8. Facessant igitur stultissimi mortalium, immo *descendant in infernum uiuentes,* sicut psalmista testatur, et praeceptorem inpietatis suae ibi esse cernentes, clamitent: *Et tu captus es sicut et nos, et inter nos reputatus es; descendit in infernum gloria tua,* et reliqua. Talis pastor gregis morbidi Christum ubique suggillat iniuriis, et diabolum honore sustollit, dum illum adserit, purgatum uitiis atque peccatis, pristinam aliquando gloriam recepturum, et hunc regnare desistere, simulque cum diabolo sub Patris imperio redigendum; ut magis ad Origenis blasphemias quam ad uociferationem Iudaeorum propheta mirabundus exclamet: *Obstupuit caelum super hoc, et inhorruit ualde, dicit Dominus, eo quod duo mala fecerit* Origenes, Christum adserens regnare desinere, et diabolum ad culmen, de quo ceciderat, ascensurum, talem sceleris sui profundum lacum fodiens, qui aquas continere non possit; aequalem, quantum in se est, diabolum facit Filio Dei, dum detrahit illi regni gloriam sempiternam, et imperio Patris eum subicit cum daemonibus. Verum istius modi uox inpia proteratur, ut sciamus regnum Christi esse perpetuum, ipso loquente ad discipulos suos: *Vos perseuerastis mecum in temptationibus meis, et ego statuam nobis testamentum aeternum, ut bibatis et comedatis sem-*

manecido conmigo en mis pruebas y yo asiento con vosotros una alianza eterna, para que comáis y bebáis siempre sobre mi mesa en mi reino (Lc 22,28ss). ¿Cómo puede cumplirse eso de «siempre», si no se da un reino perpetuo y que no haya de concluir con fin alguno? Entendiendo eso los magos, vueltos a penitencia, inquirían con todo empeño: *¿Dónde está el rey de los judíos que acaba de nacer? Porque hemos visto su estrella en Oriente y venimos a adorarlo* (Mt 2,2). Los magos confiesan que Cristo es rey, y Orígenes lo niega, al afirmar que no ha de reinar por siempre, y no cae en la cuenta de que blasfema como un judío.

9. Leemos en el evangelio que cuando el Señor y Salvador nuestro subió a la cruz para darnos ejemplo de su fortaleza y paciencia, Pilatos *escribió el título y lo puso sobre la cabeza del Señor. Y estaba escrito: «Jesús nazareno, rey de los judíos»*. Este título lo leyeron muchos judíos, pues estaba escrito en hebreo, griego y latín. Dijéronle, pues, a Pilatos los príncipes de los sacerdotes y de los judíos: *No escribas que es rey de los judíos, sino que El dijo ser rey de los judíos.* A lo que respondió Pilatos: *Lo que he escrito, he escrito* (Io 19,19-22). Pilatos, pues, ni por sedición ni por ruegos pudo ser movido a retirar el rótulo sobre el reino de Cristo; sepa, por tanto, Orígenes que hace sin necesidad alguna lo que hicieron los judíos de imaginar que el reino de Cristo ha de tener término. Ellos, por cierto, negaban ser rey el que estaba aún en la tierra; Orígenes, empero, en cuanto de él depende, se empeña en derrocarlo del cielo, de modo que tiene por su acusador a Pilatos, que respondió a los judíos: *Lo que he escrito, he escrito.* Salga también al medio la palabra

per super mensam meam in regno meo. Quomodo inpleri potest hoc quod dicitur «semper», nisi perpetuum regnum sit et nullo fine claudendum? Quod et Magi intellegentes, uersi ad paenitentiam, studiosius percunctabantur: *Vbi est qui natus est Rex Iudaeorum? uidimus enim stellam eius in Oriente, et uenimus ut adoremus eum.* Magi fatentur Christum regem, et Origenes negat, dicens eum non in perpetuo regnaturum, nec animaduertit se Iudaeorum blasphemiis similem.

9. Legimus in Euangelio: cum Dominus atque Saluator fortitudinis suae et patientiae exemplar ostendens crucem scanderet, *Pilatus inscripsit titulum, et posuit super caput eius; scriptum autem erat: «Iesus Nazarenus rex Iudaeorum»*. Istum titulum multi legerunt Iudaeorum, qui erat scriptus Hebraice, Graece, et Latine. Dicebant ergo Pilato principes sacerdotum et Iudaeorum: *Noli scribere quod rex Iudaeorum sit, sed quod ille se dixerit regem Iudaeorum.* Respondit Pilatus: *Quod scripsi, scripsi.* Cum ergo Pilatus nec seditione, nec precibus ad hoc potuerit adduci, ut regnum Christi de titulo tolleret, sciat Origenes absque ulla necessitate se hoc facere quod fecerunt Iudaei, ut regnum Christi aestimet terminandum. Illi quidem in terra positum regem negabant, hic regnantem in caelo, quantum in se est, detrahere nititur, ut accusatorem sceleris sui habeat Pilatum, qui Iudaeis respondit: *Quod scripsi, scripsi.* Veniat et

profética y, con toda libertad, proclame el reino de Cristo: *Regocíjate, hija de Sión; proclama, hija de Jerusalén; alégrate y exulta de todo corazón, hija de Israel, porque el Señor ha quitado todas tus iniquidades, te ha redimido de mano de tus enemigos. El rey de Israel está en medio de ti, no verás ya más males* (Soph 3,14-15). Y es así que a los que una vez ha salvado no los precipitará de nuevo del cielo, ni los abandonará, según los desvaríos y fábulas de Orígenes, para que otra vez caigan de las alturas. Y eso que se dice: *No verás ya más males,* indicio es de eterna seguridad, es decir, que los que una vez hubieren sido liberados y gozaren de la posesión del reino de los cielos, en modo alguno han de ser derrocados por los vicios a la tierra, ni se verán jamás privados del auxilio de Dios, quien, según el oráculo profético, *pondrá el muro y antemural* (Is 26,1), rodeándolos de su virtud. De ahí que cante el salmista: *No se conmoverá jamás el que habita a Jerusalén* (Ps 124,9). Y el Señor asevera: *No te dejaré ni te abandonaré.* Y en vano sueña que las almas suben al cielo y descienden y que ora adelantan, ora degeneran a lo inferior, de modo que, a través de caídas innúmeras, mueren muchas veces, con lo que se hace vana la pasión de Cristo. Porque el que una vez murió por nosotros, nos dio la alegría de su victoria eterna, que no puede menoscabarse por peso alguno de vicios. Ni hay hombre alguno que muera muchas veces, cosa que se atrevió a escribir Orígenes, deseando asentar un dogma impiísimo de los estoicos con la autoridad de las Escrituras divinas.

10. Mas ¿a qué recordar estos errores? Fue tal su necedad

prophetalis sermo in medium, ac regnum Christi tota praedicet libertate: *Gaude, filia Sion, praedica, filia Hierusalem; laetare et exulta de toto corde tuo, filia Israhel; abstulit Dominus iniquitates tuas, redemit te de manu inimicorum tuorum; rex Israhel in medio tui, non uidebis ultra mala.* Neque enim quos semel saluos fecit iterum praecipitabit e caelo, et dimittet iuxta Origenis deliramenta et fabulas, ut rursum de sublimibus conruant. Et hoc quod dicitur: *Non uidebis ultra mala,* aeternae securitatis indicium est, quod qui semel fuerint liberati et regni caelorum possessione perfruiti, nequaquam uitiis trahantur ad terram, nec Dei priuentur auxilio, qui eis iuxta eloquium prophetale *ponet murum, et circamurale,* sua eos uirtute circumdans. Vnde et psalmista canit: *Non commouebitur in aeternum, qui habitat in Hierusalem.* Et Dominus protestatur: *Non te dimittam nec deseram.* Frustraque somniat ascendere animas in caelum, et descendere, et nunc proficere, nunc ad inferiora delabi, ut per ruinas innumerabiles saepe moriantur, et Christi passio irrita fiat. Qui enim semel pro nobis mortuus est, aeternam nobis uictoriae suae laetitiam dedit, quae nulla uitiorum mole tenuetur. Nec quisquam hominum crebrius moritur, quod Origenes ausus est scribere. Stoicorum inpiissimum dogma diuinarum cupiens scripturarum auctoritate firmare.

10. Verum quid ista memoramus? cum in tantam eruperit uecor-

o, por mejor decir, su demencia, que todavía hace otro cargo al Salvador, afirmando que ha de ser crucificado en el cielo por los démones y espíritus del mal. Y no cae en la cuenta del profundo abismo de impiedad a que se precipita. Y es así que si Cristo, para padecer por los hombres, se hizo hombre, como lo atestiguan los oráculos de las Escrituras, lógico será que diga Orígenes: «Puesto que ha de padecer por los démones, se hará también demon». Si no quiere contradecirse a sí mismo, esto es lo que tendrá que inferir, con lo que imitará las blasfemias de los judíos, a los que siempre imita. Porque también ellos hablaban de forma parecida a Cristo: *Tienes un demonio* (Io 7,20); y: *Por virtud de Belcebú, príncipe de los demonios, arrojas a los demonios* (Lc 11,15). Pero lejos de nosotros pensar que Cristo haya de padecer por los démones y haya de hacerse demon. Los que eso dicen crucifican de nuevo al Hijo de Dios y lo hacen objeto de irrisión. Pero no; el que socorrió a la raza de Abrahán (Hebr 6,6), no socorrerá también la de los démones, de modo que haya de ser crucificado por ellos. Jamás gritarán con el profeta los démones al contemplar a Dios padeciendo por ellos: *Este cargó con nuestros pecados y por nosotros sufre.* Ni dirán con Isaías: *Con su llaga hemos sido sanados* (Is 53,4ss). Cristo no será conducido como oveja al matadero por los démones, ni se dirá por la salud de ellos: *A su propio hijo no le perdonó* (Rom 8,32). Ni tampoco clamarán jamás los démones: *Fue entregado por nuestros pecados y resucitó para nuestra justificación* (Rom 4,25). Pablo escribe ciertamente con toda claridad: *Yo os*

diam, immo dementiam, ut aliud Saluatori crimen inpingat, dicens eum et pro daemonibus ac spiritalibus nequitiis apud superos adfigendum cruci. Nec intellegit in quam profundum inpietatis conruat barathrum. Si enim Christus pro hominibus passus, homo factus est, ut scripturarum testantur eloquia, consequens erit ut dicat Origenes: «Et pro daemonibus passurus, daemon futurus est»; hoc enim necessitate cogetur ut inferat ne, ab eo quod coepit, discrepare uideatur et ut imitetur blasphemias Iudaeorum, quos semper imitatur; et illi enim Christo similiter loquebantur: *Daemonium habes;* et: *In Belzebul principe daemoniorum eicis daemonia.* Sed absit ut pro daemonibus Christus passurus sit, ne et ipse daemon fiat. Et qui hoc credunt, rursum crucifigunt, et ostentui habent Filium Dei, qui nequaquam ut semen Abraham adprehendit, ita adsumet et daemonum, ut pro illis quoque crucifigatur. Nec daemones pro se, Deum in passione cernentes, cum propheta clamabunt: *Hic peccata nostra portauit, et pro nobis dolet.* Neque cum Isaia dicent: *Liuore eius sanati sumus.* Nec pro daemonibus, sicut pro hominum genere, quasi ouis Christus ducetur ad uictimam; nec pro eorum salute dicetur: *Proprio Filio non pepercit;* quia nec daemones clamabunt: *Traditus est pro peccatis nostris, et resurrexit pro iustificatione nostra.* Paulus quidem perspicue scribit: *Tradidi enim uobis in primis quod et accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris, secundum scripturas,* illas in testimo-

he transmitido en primer término lo que yo mismo recibiera: que Cristo murió por nuestros pecados según las Escrituras (1 Cor 15,3). Y el testimonio de las Escrituras invoca, queriendo que por autoridad de ellas se afirme lo que fuere dudoso; pero Orígenes, sin testimonio alguno de la voz divina, se empeña en violentar a la verdad y quiere hallarla con la linterna apagada.

11. Abogado de los démones y no de los hombres, hiere con frecuentes mentiras al Hijo de Dios, y lo crucifica de nuevo, sin advertir el profundo y espantoso abismo a que se arroja. Porque lo lógico es que quien sentó principios, acepte también las consecuencias; y pues dijo que Cristo había de ser crucificado por los démones, acepte también que a ellos tendrá que decirles: *Tomad y comed, éste es mi cuerpo* (Mt 26,26). Y: *Tomad y bebed, ésta es mi sangre* (ibid.). Porque, si también por los démones ha de ser crucificado, como afirma este nuevo inventor de dogmas, ¿qué privilegio o qué razón hay para que solos los hombres comulguen en su cuerpo y sangre, y no también los démones, por los que vertió en la pasión su sangre? Pero no. Ni los démones oirán jamás: *Tomad y comed,* y: *Tomad y bebed,* ni anulará el Señor sus propios mandatos, cuando dijo a sus discípulos: *No deis lo santo a los perros ni echéis vuestras piedras preciosas ante los cerdos, no sea que las pisen con sus patas y se vuelvan y os despedacen a vosotros* (Mt 7,6). Y cuando el Apóstol escribe: *No quiero que os hagáis partícipes de los démones: no podéis beber a par el cáliz del Señor y el cáliz de los démones; no podéis tomar a la vez parte en la mesa del Señor y en la mesa de los demonios* (1 Cor 10,20-21), demuestra ser impo-

nium uocans, et uolens earum auctoritate firmare quod dubium est; Origenes autem absque ullo diuinae uocis testimonio uim facere nititur ueritati, et extincta lucerna inuenire eam.

11. Fautor daemonum et non hominum, crebris calumniis lacessit Filium Dei, et denuo crucifigit, non intellegens in quam profundam et horribilem inpietatis uoraginem detrahatur. Consequens enim est, ut qui priora susceperit, suscipiat et quae sequuntur; et qui pro daemonibus Christum dixerit crucifigi, ad ipsos quoque dicendum esse suscipiat: *Accipite et edite: hoc est corpus meum.* Et: *Accipite, et bibite: hic est sanguis meus.* Si enim et pro daemonibus crucifigetur, ut nouorum dogmatum adsertor adfirmat, quod erit priuilegium, aut quae ratio, ut soli homines corpori eius sanguinique communicent, et non daemones quoque, pro quibus in passione sanguinem fuderit? Sed nec daemones audient: *Accipite, et edite;* et: *Accipite, et bibite;* nec Dominus sua praecepta dissoluet, qui discipulis ait: *Nolite dare sanctum canibus, nec mittatis margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, et conuersi disrumpant uos.* Nam et Apostolus scribens: *Nolo uos participes daemonum fieri. Non potestis calicem Domini bibere, et calicem daemoniorum; non potestis mensae Domini participari, et mensae daemoniorum,* inpossibile esse demonstrat daemonas de calice Domini bibere et de

sible que los démones beban del cáliz del Señor ni participen de su mesa. Comida del diablo son los negadores de Dios, como dice Habacuc: *Sus manjares son escogidos* (Hab 1,16). Y comida execrable de todos los impíos es el diablo mismo, como grita el oráculo del profeta: *Lo diste por comida a los pueblos etíopes* (Ps 73,14). Por todo lo cual se demuestra que Cristo no puede ser crucificado por los démones, no sea que los démones tengan parte en su cuerpo y sangre.

12. Así, pues, como el Apóstol dé a entender acerca del Salvador: *Eso lo hizo una sola vez al ofrecerse a sí mismo* (Hebr 7,27)., y Orígenes contradiga tan audazmente a su sentencia, tiempo es de alegar aquel texto: *Tierra, tierra, oye la palabra del Señor: Escribe que este hombre está reprobado* (Ier 22,29-30). Porque ¿qué infierno puede recibir estos males? ¿Qué tártaro pensar cosas semejantes? ¿Qué locura de gigantes existió jamás tan rebelde y levantó tamaña torre de impiedad? ¿Qué deshonesta lascivia, perdida por el amor de los démones, abrió así las piernas de su alma a toda doctrina pasajera? ¿Quién bebió hasta punto tal de la viña de Sodoma, que, emborrachado con el vino de su furor, cayó de todo corazón? ¿Quién se bañó de tal modo en los remolinos de los ríos de Babilonia, que abandonó las fuentes vivas de Israel? ¿Quién, saliendo de Jerusalén e imitando a Jeroboán, hijo de Nabat, fabricó tantos altares de errores y quemó los profanos inciensos de las aras? ¿Por qué Datán y Abirón, que pecaron menos, no han de presentarse ante el tribunal de Cristo y acusar a Orígenes, que, fuera de la Iglesia del Salvador,

mensa eius participari. Cibus diaboli negatores Dei sunt, Ambacum loquente: *Escae eius electae;* cibus autem inpiorum omnium execrabilis ipse diabolus, prophetae uaticinio concrepante: *Dedisti eum escam populis Aethiopibus.* Ex quibus omnibus adprobatur, Christum pro daemonibus non posse crucifigi, ne daemones corporis et sanguinis eius participes fiant.

12. Cum ergo et Apostolus de Saluatore significet: *Hoc enim fecit semel, seipsum offerens,* et Origenes tam audaciter illius sententiae contradicat, tempus est illud inferre: *Terra, terra, audi uerbum Domini; scribe uirum istum abdicatum.* Quis enim infernus haec mala suscipere potest? qui tartarus de rebus istius modi cogitare? quae gigantum insania tam rebellis exstitit, et turrem inpietatis extruxit? quae libido lasciuiens, et daemonum amore deperiens, sic uniuerso dogmati transeunti diuaricauit crura mentis suae? quis in tantum de Sodomitica uinea bibit, ut inebriatus uino furoris eius, toto corde conciderit? quis Babyloniorum ita fluminum gurgitibus inrigatus, uiuos Israhel fontes reliquit? quis egrediens de Hierusalem, et Hieroboam filii Nabat imitator existens, tot errorum fabricatus altaria est, et ararum profana tura succendit? Cur Dathan et Abiron, qui minora peccarunt, non ueniant ante tribunal Christi, et sui eum conparatione condemnent, qui extra ecclesiam Saluatoris uariarum doctrinarum turibula diabolico igne conpleuit? Neque enim Dominus qui

llenó los incensarios de doctrinas varias con fuego diabólico? Y es así que no fue el Señor, que habla por él profeta: *Yo he multiplicado las visiones y, por manos de los profetas, he hablado por parábolas* (Os 12,10); no fue, digo, el Señor quien le enseñó a propalar doctrinas adulterinas, ni le instruyeron en esas cosas los que desde el principio vieron por sí mismos y fueron ministros de la palabra, ni el coro de profetas, en otro tiempo llamados «videntes». No. El mismo, por arbitrariedad de su mente, de sus pensamientos, lanzó por todo el orbe, a las inteligencias de los indoctos, una manada y, por así decir, un enjambre de teorías perversas. Este es el que abrió su boca a los ríos de Asiria y Babilonia, el que trató de anegar entre las olas la nave de la Iglesia, cargada de buenas mercaderías, que son la doctrina de salud, y, exaltado por la gloria de los ignorantes y explicando las Escrituras en un sentido que no tienen, se engríe en su propia confusión. Porque ¿quién escribió tantos y tan gárrulos libros, llenos de ignorancia y palabrería, y juntó con infatigable esfuerzo los días con las noches, para dejar a la posteridad monumentos de errores y merecer que se le diga: «Te has extraviado en tus muchos caminos»? Y es que se dejó conducir de un guía pésimo, que es el aura popular, y, compuestos muchísimos volúmenes y combatiendo a Dios con espíritu rebelde, mezcló con el ungüento de las celestes doctrinas el pus y hedor de su propia podredumbre, de modo que, una vez más, se le puede decir a su alma: *Eres inmunda e infame y excesiva en tus iniquidades* (Ez 22,5). No quiso oír el aviso del profeta: *¿Por qué amáis la vanidad y bus-*

loquitur per prophetam: *Ego uisiones multiplicaui, et in manibus prophetarum adsimilatus sum,* adulterinas eum docuit proferre doctrinas, nec qui a principio ipsi uiderunt, et ministri fuerunt uerbi Dei, nec prophetarum chorus, qui olim uocabantur «uidentes», haec eum instituit; sed ipse suae mentis arbitrio, furori daemonum seruiens, et blando cogitationum errore deceptus, gregem, et ut ita dicam, examen dogmatum peruersorum, per totum orbem inmisit mentibus indoctorum. Iste est qui Assyriis Babyloniisque fluminibus aperuit os suum, qui nauem ecclesiae bonarum mercium plenam salutis doctrinam, fluctibus operire conatus est; dum inperitorum laude sustollitur, et scripturarum sensum aliter quam se habet ueritas edisserens, gloriatur in confusione sua. Quis enim tam innumerabiles et garrulos, et uerbositatis atque inperitiae plenos conscripsit libros, et infatigabili studio dies noctesque coniunxit, ut errorum monimenta dimittens, mereretur audire: «Multis itineribus tuis deceptus es?» Vsus est enim duce pessimo aura populari, et plurimis falsae scientiae uoluminibus exaratis, ac rebelli contra Deum mente pugnans, unguento caelestium doctrinarum saniem quandam et paedorem sui fetoris inmiscuit, ut rursum ad suam animam diceretur: *Inmunda et famosa, et nimia iniquitatibus.* Neque enim prophetam audire uoluit conmonentem: *Quare diligitis uanitatem et quaeritis mendacium?* qui pro daemo-

cáis la mentira? (Ps 4,3); y así afirmó que Cristo tenía que ser crucificado por los démones, para ser mediador no sólo entre Dios y los hombres, sino también entre los démones y Dios. Pero lejos de nosotros creer de nuestro Salvador sacrilegio tan enorme, que haya de perder el templo de su cuerpo que se dignó resucitar por nosotros y ajustarse otro de condición demónica, para tomar la semejanza de ellos y sufrir por su salud el patíbulo de la cruz.

13. Yo os suplico, hermanos carísimos, que perdonéis mi dolor, que ha de oponerse a doctrinas impías. Y es así que, al esforzarnos en repeler la impudencia de sus secuaces, hemos hecho patente la trama de su loriga y los embustes de su pecho envenenado, de modo que venga a cumplirse también en él lo que está escrito: *Descubriré tu ignominia y la pondré al descubierto a tus amantes* (Ez 16,36). Y es así que, entre otras cosas, de tal modo violenta y corrompe la resurrección de los muertos, que es la esperanza de nuestra salud, que se atreve a decir que nuestros cuerpos, después de resucitados, han de estar sujetos a corrupción y muerte. Respóndeme, cabeza de impiedad: Si nuestros cuerpos han de resucitar sujetos nuevamente a corrupción y muerte, ¿cómo venció Cristo, según palabra del apóstol Pablo, al que tenía el imperio de la muerte, es decir, al diablo? (Hebr 2,14). ¿De qué nos valió la pasión de Cristo, si la muerte y corrupción han de poseer otra vez nuestros cuerpos? O, si la muerte cruel ha de dominar de nuevo a los que resucitan, ¿qué quiere decir el Apóstol cuando escribe: *A la manera que todos mueren en Adán, así son todos vivificados en Cristo?* (1 Cor 15,22). ¿O cómo pueden decir sinceramente los que tales cosas creen: *Cristo poder de Dios y sabiduría de Dios?* (1 Cor 1,24). Como quiera que pretenden

nibus Christum adfigit cruci, ut non solum Dei et hominum, sed daemonum quoque mediator fiat. Verum absit tam inmane nefas de Saluatore credere, ut templum corporis sui, quod pro nobis suscitare dignatus est, amissurus, aliud sibi templum daemoniacae conditionis adfigat, ut illorum quoque recepta similitudine, pro ipsis patibulum subeat.

13. Obsecro, fratres carissimi, ut ignoscatis dolori meo, doctrinis inpiis resistenti; dum enim inpudentiam sectatorum eius repercutere nititur, compagem loricae ipsius et uenenati pectoris fraudulentias in medium protulimus, ut illud quoque conpleretur in eo: *Reuelabo ignominiam tuam, et ostendam eam amatoribus tuis.* Nam inter cetera etiam resurrectionem a mortuis, quae spes salutis nostrae est, ita corrumpit et uiolat, ut audeat dicere, corpora nostra rursum corruptioni et morti subiacentia suscitari. Responde mihi, o inpietatis caput, quomodo, iuxta apostolum Paulum, uicerit Christus eum qui mortis habebat imperium, hoc est diabolum, si corruptibilia et mortalia iterum corpora surrectura sunt? Quid nobis profuit Christi passio, si mors atque corruptio denuo nostra corpora possessura est? Aut quid sibi uult Apostolus, scribens: *Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes uiuificabuntur,* si resurgentibus mors saeua dominabitur? Vel quomodo qui ista credunt, pos-

ser más fuerte que El la muerte, la cual ha de borrar los cuerpos por El resucitados, y no se demuestra haber sido de todo en todo vencida. Pero Cristo nuestro Señor venció lo mismo a Orígenes, que tan impíamente le ataca, como a la muerte y al diablo, que tenía el imperio de la muerte. A todos los destruyó por su virtud y nos preparó en el cielo el triunfo de sus victorias. No resucitó a los cuerpos para que perezcan de nuevo, sino que, por su incorrupción eterna, destruyó la muerte y la corrupción.

14. Libres, pues, de todo mal, celebremos las fiestas de la pasión del Señor; y pues vemos, según la parábola del evangelio, cómo la Sabiduría inmola toros y aves, comamos los manjares más fuertes y pingües de la doctrina, manjares llenos de tendones; dejemos la leche de la infancia y tomemos alimentos más sólidos; huyamos la ignorancia, causa de todos los males, que, después de trabar los pies de muchos con herejías varias, con nadie goza tanto como con Orígenes, amante suyo. Orígenes, digo, que, entre otras cosas, se atrevió a decir que no hay que orar al Hijo ni al Padre junto con el Hijo. Con lo que, después de tantos siglos, vino a repetir la blasfemia de Faraón, que decía: *¿Quién es para que yo oiga su voz? Yo no conozco al Señor ni quiero soltar a Israel* (Ex 5,2). No otra cosa es decir: *No conozco al Señor,* que lo que dice Orígenes: «No hay que orar al Hijo», a quien desde luego confiesa por Señor. Pero, por más que él profiriera tan patente blasfemia, adoración merece Aquel de quien da testimonio el profeta diciendo: *Y te adorarán y te suplicarán, porque en ti hay un Dios y fuera de ti no hay Dios* (Is 45,14). Y otra vez: *Todo el*

sint ex animo dicere: *Christus Dei uirtus et Dei sapientia,* uolentes illo fortiorem esse mortem, quae suscitata ab eo corpora deletura est, nec probetur ex omni parte superata? Verum et Origenem tam inpie resistentem Christus Dominus noster, et mortem uicit, et diabolum qui habebat mortis imperium, sua uirtute destruxit, parato nobis in caelo uictoriarum suarum triumpho. Nec idcirco corpora suscitauit ut rursum perirent, sed illorum incorruptione perpetua, mortem corruptionemque deleuit.

14. Vnde liberati a cunctis malis, Passionis dominicae festa celebremus, et iuxta euangelii parabolam, cernentes a sapientia immolari tauros et altilia, uescamur fortioribus plenisque neruorum et pinguioribus doctrinae cibis, ut lac infantiae deserentes, solidiora capiamus alimenta, causamque malorum omnium fugiamus, inperitiam, quae cum multorum diuersis heresibus uinxerit pedes, Origene maxime sui fruitur amatore, qui inter cetera ausus est dicere, non esse orandum Filium, neque cum Filio Patrem; ac post multa saecula Pharaonis instaurauit blasphemiam, dicentis: *Quis est ut audiam uocem eius? nescio Dominum. et Israhel non dimittam.* Nec est aliud dicere *nescio Dominum,* quam hoc quod dicit Origenes «non est orandus Filius», quem certe Dominum confitetur. Et quamquam ille in tam apertam proruperit blasphemiam, tamen orandus est; de quo Propheta testatur, dicens: *Et adorabunt te, et in te deprecabuntur, quia in te est Deus, et absque te non est Deus.* Et rursum:

que invocare el nombre del Señor se salvará (Rom 10,13). Y Pablo, en su argumentación: *¿Cómo,* dice, *invocarán a Aquel en quien no creen?* (Rom 10,15). Es menester ante todo creer que es Hijo de Dios, para que su invocación sea justa y consecuente. Y así como no hay que orar al que no es Dios, hay que adorar, por lo contrario, al que consta que es Dios. De ahí que Esteban mismo, dobladas sus rodillas y suplicando por los que lo apedreaban, decía al Hijo: *Señor, no les imputes esto a pecado* (Act 7,59). Además, *al nombre de Jesús ha de doblarse toda rodilla, de los moradores del cielo, de la tierra y de bajo tierra* (Phil 2,10). Ahora bien, la expresión *doblar la rodilla* indica la fervorosa y humilde oración. Síguese de ahí que Orígenes no tiene siquiera por Dios al Hijo de Dios, puesto que, en su opinión, no debe ser adorado, y lo desgarra con sus insultos. Un hombre que se precia de su memoria de las Escrituras y piensa que las entiende, no oye cómo habla contra él Moisés: *El hombre que maldijere a Dios, tendrá pecado, y el que blasfemare el nombre del Señor, morirá sin remedio; toda la muchedumbre lo cubrirá de piedras* (Lev 24,15-16). ¿Y quién lanzó contra Cristo tantos insultos como éste que se atrevió a decir que «no debe ser rogado», con lo que le atribuye un nombre vano de divinidad?

15. Mas ¿a qué detenernos en tan enormes impiedades? Pasemos a otro de sus errores. Dice que los cuerpos que resucitan han de reducirse, después de muchos siglos, a nada; ni han de ser nada, a no ser que las almas, caídas de las mansiones celestes a las regiones inferiores, necesiten de cuerpos nuevos, que serán a su vez otros, pues los primeros están de todo punto deshechos.

Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Et Paulus disputans: *Quomodo,* inquit, *inuocabunt, in quem non crediderunt?* Oportet primum credere, quod Filius Dei sit, ut recta et consequens fiat eius inuocatio. Et quo modo orandus non est qui non est Deus, sic e contrario, quem Deum esse constiterit adorandus. Vnde et Stephanus, positis genibus, et obsecrans pro his qui se lapidibus obruebant, dicebat ad Filium: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum. In nomine* quoque *Iesu Christi omne genu flectetur, caelestium, terrestrium, et infernorum.* Quod autem dicitur *genu flectetur,* sollicitae et humillimae orationis indicium est. Itaque nec Deum credit Origenes Filium Dei, quem non putat adorandum, et lacerat eum conuiciis; cumque sibi in scripturarum memoria blandiatur et putet se eas intellegere, non audit contra se loquentem Moysen: *Homo qui maledixerit Deum, peccatum habebit, et qui nominauerit nomen Domini, morte morietur; lapidibus obruet eum omnis multitudo.* Et quis tantis Christum adficit contumeliis, ut hic, qui ausus est dicere: «non debet orari», cassum tantum ei diuinitatis nomen indulgens?

15. Verum quid necesse est in tam inpiis immorari? ad alium eius transeamus errorem. Dicit corpora quae resurgunt, post multa saecula in nihilum dissoluenda, nec futura aliquid, nisi cum de caelorum mansionibus animae ad inferiora dilapsae indiguerint nouis, quae alia rursum

¿Quién, oyendo esto, no se estremece en cuerpo y alma? Porque si después de la resurrección los cuerpos han de reducirse a nada, la muerte segunda será más fuerte que la primera, como que ha de destruir enteramente la sustancia corporal. Pero, si los cuerpos han de ser de todo en todo deshechos, ¿cómo escribe Pablo: *La muerte no tendrá señorío sobre El, pues morir al pecado, murió una sola vez?* (Rom 5,9-10). ¿O cómo tendrá sentido «una sola vez», si la carne separada de la compañía del alma ha de reducirse a nada? ¿Con qué razón añadió además: *Se siembra en corrupción, resucita en incorrupción; se siembra en flaqueza, resucita en fuerza; se siembra en ignominia, resucita en gloria; se siembra cuerpo animal, resucita cuerpo espiritual?* (1 Cor 15,42-44). Porque si la incorrupción ha de reducir a nada los cuerpos, lo lógico fuera decir que están destinados para siempre a la corrupción, y ésta sería más fuerte que la incorrupción. Pero Dios nos libre de pensar que Pablo escriba cosas contrarias a sí mismo y que la incorrupción y la corrupción son de la misma naturaleza. Ahora bien, si, como falsamente opina Orígenes, el cuerpo ha de resucitar no sólo corruptible, sino también mortal, síguese que corrupción e incorrupción, muerte y vida, han de llamarse una sola y misma cosa; tendrán el mismo poder sobre los cuerpos resucitados, y la corrupción y la incorrupción, la muerte y la vida, no se distinguirán entre sí realmente, sino sólo por sus nombres. Pero si el cuerpo ha de resucitar corruptible y mortal, más lógico fuera haber dicho el Apóstol: «Se siembra en corrupción, resucita en corrupción; se siembra en flaqueza, resucita en flaqueza; se siembra en ignominia, resucita en ignominia; se siembra cuerpo animal, resucita cuerpo

fiant, prioribus omnino deletis. Quis ista audiens, non et mente et corpore pertremiscat? Si enim post resurrectionem corpora redigentur in nihilum, fortior erit mors secunda quam prima, quae delere omnino poterit substantiam corporalem. Cur Paulus scribit: *Mors non dominabitur illius, quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel,* si corpora delenda sunt penitus? Aut quomodo hoc quod dicitur «semel» firmum erit, cum caro ab animae consortio separata, redigenda sit in nihilum? Qua ratione rursus adiunxit: *Seminatur in corruptione, surgit in incorruptione; seminatur in infirmitate, surgit in uirtute; seminatur in ignobilitate, resurgit in gloria; seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale?* Si enim incorruptio corpora in nihilum redigit, consequens fuerat dicere corruptioni ea in perpetuum reseruari, essetque fortior incorruptione. Sed absit Paulum contraria sibi scribere, et incorruptioni et corruptioni eandem esse naturam. Quod si, ut falso putat Origenes, non solum corruptibile, sed et mortale corpus est suscitandum, ergo unum atque idem corruptio et incorruptio, mors et uita dicentur; eandem habebunt in suscitatis corporibus potestatem, et nequaquam rebus, sed tantum nominibus corruptio et incorruptio, mors et uita separabuntur. Sin autem corruptibile et mortale corpus surrecturum est, consequentius fuerat Apostolum dicere: «Seminatur in corruptione, surgit in corruptione; semina-

animal». Ahora bien, puesto que remueve de los cuerpos resucitados la corrupción, la flaqueza y la ignominia, y afirma, por lo contrario, que han de vestirse de incorrupción, fortaleza y gloria, y por el cuerpo animal se nos ha de devolver un cuerpo espiritual, entonces, sí, la muerte quedará deshecha y, en lugar de muerte y corrupción, reinarán en los cuerpos resucitados la inmortalidad o incorrupción. Porque el cuerpo mismo resucitará inmortal e incorruptible, para poder permanecer coeterno con el alma. Consiguientemente, tampoco el Salvador, que, en la resurrección de su cuerpo, ha dado a los muertos una prenda de salud, puede creerse haya de morir más, sentencia en que conviene el Apóstol cuando dice: *Cristo, resucitado de entre los muertos, no vuelve a morir más, la muerte no ha de tener ya señorío sobre El* (Rom 6,9). Pues, de tenerlo sobre El, fuera de temer nos dominara también a nosotros.

16. Confundido sea Orígenes, que, entre otros géneros de infamias que imaginó, defiende también las artes mágicas. Y es así que en sus obras ha consignado estas palabras: «El arte mágica no me parece a mí vocablo de cosa subsistente; pero, si existe, no es obra mala ni que deba desdeñarse». Con estas palabras demuestra ser fautor de Elimas mago, que se opuso a los apóstoles (Act 13,8), y de Jannés y Jambrés, que, con sus artes mágicas, resistieron a Moisés. Pero ninguna fuerza ha de tener el patrocinio de Orígenes, puesto que Cristo, con su advenimiento, deshizo todos los embelecos de los magos. Responda ese asertor de nueva impiedad o, por mejor decir, oiga abiertamente: Si el arte mágica no es cosa mala, tampoco será mala la idolatría, que estriba en

tur in infirmitate, surgit in infirmitate; seminatur in ignobilitate, surgit in ignobilitate; seminatur corpus animale, surgit corpus animale». Quod si corruptionem et infirmitatem et ignobilitatem amouet a corporibus suscitatis, et dicit e contrario incorruptione et fortitudine et gloria corpora uestienda, et pro animali spiritale corpus esse reddendum, soluta erit mors, et in corporibus suscitatis pro morte et corruptione inmortalitas incorruptioque regnabunt; quia et ipsum corpus inmortale et incorruptum resurget, ut possit permanere animae coaeternum. Igitur et Saluator pignus salutis nostris corporibus in resurrectione sui corporis tribuens, non potest credi ultra moriturus, Apostolo in hanc sententiam congruente: *Christus resurgens ex mortuis, ultra non morietur, mors ei nequaquam dominabitur,* ne si illius fuerit dominata, dominetur nostri.

16. Confundatur Origenes, inter cetera flagitiorum genera quae confingit, magicis quoque artibus patrocinium tribuens. Nam in tractatibus suis his locutus est uerbis: «Ars magica non mihi uidetur alicuius rei subsistentis uocabulum, sed et si sit, non est operis mali, nec quod habere possit contemptui». Haec dicens utique fautorem se esse demonstrat Elymae magi, qui apostolis repugnauit, et Iannae atque Iambrae, qui Moysi magicis artibus restiterunt. Sed nullas Origenis patrocinium habebit uires, quia Christus magorum praestigias suo deleuit aduentu. Respondeat nouae

fuerzas de arte mágica. Pero, si la idolatría es mala, lo será igualmente el arte mágica, en que se funda la idolatría. Ahora bien, puesto que, por la majestad de Cristo, quedó destruida la idolatría, eso quiere decir que, por el mismo caso, quedó también borrada la madre de ella, que es el arte mágica. Sobre lo cual claramente proclama el profeta: *Levántate ahora sobre tus encantamentos y muchas hechicerías que aprendiste desde tu mocedad, a ver si te pueden ayudar* (Is 47,12). Así, pues, puesto que esto atestiguan los escritos de los profetas, y nadie jamás se haya atrevido a proponer que las artes mágicas hayan de contarse entre lo mejor del mundo, y las mismas públicas leyes castigan a magos y hechiceros, yo no puedo comprender qué razón impulsó a Orígenes, quien, por lo demás, se gloría de ser cristiano, a imitar al falso profeta Sedecías (cf. 3 Reg 22,11) y hacerse unos cuernos de hierro para atacar, armado con ellos, los dogmas de la verdad. No tiene sentido alguno de la Jerusalén celeste ni imita a Moisés, Daniel, Pedro y otros santos que, como en orden de batalla, lucharon contra magos y encantadores con denuedo incansable. Con ellos hemos de formar nosotros los coros del día festivo, ya que, pasando por entre los peligros de Babilonia, hemos evitado los venenos de Orígenes y hemos obedecido al mandato del profeta: *Sal de Babilonia, tú que huyes de la tierra de los caldeos* (Is 48 20), para entrar en Jerusalén, donde se predica la verdad.

17. Porque si es cierto que, por resistir a la mentira, algo hemos sufrido al modo de los jóvenes que en el horno de fuego ardiendo vencieron la naturaleza de las llamas, no ha prevalecido,

inpietatis adsertor, immo aperte audiat: si non est malum ars magica, non erit malum et idolatria, quae artis magicae uiribus nititur. Quod si malum est idolatria, malum erit et ars magica, ex qua subsistit idolatria. Cum autem idolatria Christi maiestate deleta sit, indicat et parentem suam artem magicam secum pariter dissolutam, propheta super hoc liquido proclamante: *Sta nunc in incantationibus tuis et multis ueneficiis tuis, quae didicisti ab adulescentia tua, si potuerint prodesse tibi.* Cum igitur haec prophetarum scripta testentur, et nullus umquam ausus sit memoriae prodere magorum artes inter optima quaeque numerandas, leges quoque publicae magos et maleficos puniant, scire non possum qua ratione inpulsus Origenes, qui Christianum se esse iactat, Sedeciae pseudoprophetae aemulator existens, cornua sibi ferrea fecerit, quibus contra dogmata ueritatis armatus incedat, nec sapiat quicquam de caelesti Hierusalem, neque imitetur Moysen et Daniel Petrumque et alios sanctos, qui contra magos et incantatores, quasi in acie stantes indefesso certamine dimicarunt. Cum quibus festae diei ducamus choros, quod per media Babylonis pericula transeuntes Origenis uenena uitauimus, et oboediuimus prophetae sermonibus imperantis: *Egredere de Babylone, qui fugis de terra Chaldaeorum,* ut ingrederemur Hierusalem, in qua praedicatio ueritatis est.

17. Quamquam enim mendacio resistentes, passi sumus aliquid trium puerorum, qui in camino aestuantis incendii flammarum uicere naturam,

sin embargo, contra nosotros el fuego de Babilonia, no se han quemado nuestros cabellos (como si dijéramos, los extremos dogmas de la verdad de la Iglesia), ni se han cambiado estas bragas que, para protección de las almas, nos tejiera la sabiduría de textos de la Escritura santa, ni hay en nosotros olor a chamusquina, llama de falsa ciencia que ondee de acá para allá. Y es así que no hemos asentido a la doctrina de ese teorizante que imagina formarse los cuerpos por razón de caídas de criaturas racionales y, fundándose en la etimología de la palabra griega, dice que las almas *(psychai)* se llaman así por haber perdido el calor de la inteligencia y de la caridad ardentísima para con Dios, y recibieron su nombre del frío *(psychrós)*. Y no asentimos, para no tener que pensar que también el alma del Salvador estaba sujeta a tales niñerías. Tampoco afirmamos que el curso del sol, la luna y las estrellas y la bellísima armonía, dentro de su variedad, del mundo entero, tenga su origen en culpas precedentes, pecados varios y caída de las almas, y que la bondad de Dios tuviera que aguardar mucho tiempo y no pudiera hacer las criaturas visibles, si antes no pecaban las invisibles. Tampoco llamamos vanidad a la sustancia corporal, como él piensa, viniendo a dar con otras palabras en las tesis de Manes, para no pensar que también el cuerpo de Cristo está sujeto a vanidad, cuando de El nos alimentamos y rumiamos diariamente las palabras de quien nos dice: *El que no comiere mi carne y bebiere mi sangre, no tendrá parte conmigo* (Io 6,54; 13,8). Porque si la naturaleza corpórea es vana y fútil, según el error de Orígenes, ¿por qué Cristo resucitó de entre los muertos? ¿Por qué resucitó nuestros cuerpos? ¿Qué quiere decir Pablo cuan-

tamen non praeualuit contra nos ignis Babylonius, nec capilli nostri adusti sunt (extrema uidelicet ecclesiasticae dogmata ueritatis), nec sarabara mutata quae in protectionem animarum de testimoniis Scripturae sanctae nobis sapientia texuit, nec odor ignis in nobis est, peruersae scientiae flamma discurrens. Non enim adquieuimus doctrinae eius, qui propter lapsus rationabilium creaturarum corpora fieri suspicatur, et dicit iuxta Graeci sermonis etymologiam, animas idcirco uocitatas, quod calorem mentis, et in Deum feruentissimae caritatis amiserint, ut ex frigore nomen acceperint, ne et Saluatoris animam isdem subiacere neniis sentiremus. Solis quoque et lunae, ac stellarum cursus, et totius mundi pulcherrimam in diuersitate consonantiam non adserimus ex causis praecedentibus, uariisque peccatis, et animarum uitiis accidisse, nec bonitatem Dei multo tempore praestolatam, ut non ante faceret uisibiles creaturas, nisi inuisibiles deliquissent. Nec uanitatem appellamus substantiam corporalem, ut ille aestimat, aliis uerbis in Manichei scita concedens, ne et Christi corpus subiaceat uanitati, cuius edulio saturati ruminamus cotidie uerba dicentis: *Nisi qui comederit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non habebit partem mecum.* Nam si natura corporea uana est et futilis, iuxta Origenis errorem, cur Christus surrexit a mortuis? quare nostra corpora suscitauit? quid sibi uult Paulus scribens: *Si mortui non*

do escribe: *Si los muertos no resucitan, luego tampoco resucitó Cristo; mas si Cristo no ha resucitado, vana es vuestra fe?* (1 Cor 15,13-14).

18. De donde claramente resulta no ser vana la naturaleza de los cuerpos, sino que creen en la vanidad los que piensan que no ha de resucitar ni permanecer eterna. Condena también *el matrimonio honorable* (Hebr 13,4) al negar que no puedan subsistir los cuerpos si antes no pecan las almas en el cielo y, precipitadas de allí, no son encerradas, como en una especie de calabozo, en los cuerpos. Pero piense él como quiera y hable como no teme. A nosotros óiganos que le gritamos al oído: *El matrimonio es honroso, y el lecho sin mácula* (Hebr 13,4). Y ¿cómo es sin mácula, si el alma se viste de carne estando manchada de vicios? Y será culpable Ana, la mujer de Elcana, que pedía a Dios descendencia masculina, de modo que, por el deseo de una mujerzuela, las almas peligren en el cielo, y una de ellas, pesada por el pecado, caiga a la tierra y pierda su prístina bienaventuranza. Ahí está también Moisés, que ora diciendo: *Que el Señor Dios nuestro os multiplique, y he aquí que ya hoy sois en muchedumbre como las estrellas del cielo. Que el Señor Dios de vuestros padres añada mil veces más a los que sois y os bendiga, como ha hablado* (Deut 1,10-11); pero, evidentemente, no pedía que catervas de almas que pecaran en el cielo vinieran a aumentar la nación israelítica. Hay una patente contradicción en que un hombre que rogaba así por el pecado de su pueblo: *Si perdonas este pecado al pueblo, perdónaselo; pero, si no, bórrame del libro que has escrito* (Ex 32,31s), pida ahora que se multipliquen los hijos

resurgent, nec Christus surrexit; si autem Christus non resurrexit, uana est fides nostra?

18. Ex quo perspicuum est, non corporum naturam esse uanam, sed eos credere uanitati, qui non putant eam resurgere et manere perpetuam. Honorabiles quoque condemnat nuptias, negans subsistere corpora nisi prius animae in caelo peccauerint, et inde praecipitatae, quasi quibusdam ergastulis corporum uinctae fuerint. Et ille quidem sentiat ut uult, loquatur ut non timet; audiat nos cum Paulo suis auribus inclamantes: *Honorabiles nuptiae, et cubile inmaculatum.* Et quomodo inmaculatum, si anima uitiis sordidata carne circumdatur? Et culpae subiacebit Anna uxor Elcanae semen uirorum postulans, ut propter desiderium mulierculae, animae in caelis periclitentur, et una earum peccato grauis labatur in terram, ac pristinam beatitudinem deserat. Nec Moyses inprecans, et dicens: *Dominus Deus uester multiplicet uos, et ecce estis hodie sicut stellae caeli in multitudine. Dominus Deus patrum uestrorum addat uobis sicut estis, milies, et benedicat, ut locutus est,* hoc petebat ut animarum in caelo cateruae peccantes Israhelitici populi gentem conderent. Quod esse discrepans, apertissime patet, ut qui pro delicto populi precabatur: *Si dimittis peccatum hoc populo, dimitte; sin autem, dele me de libro quem scripsisti,* postulet multiplicari filios Israhel, quos si nouerat anima-

de Israel. Si sabía que habían de crecer a costa de caídas de almas, ¿no debía, por lo contrario, rogar que no se creara una sustancia inferior por razón de los vicios de otra superior? Si por el pecado de las almas se aumenta el linaje del varón justo, ¿cómo es que David hace votos en el salmo: *Bendígate el Señor desde Sión, y así veas lo que es bueno en Jerusalén todos los días de tu vida, y veas a los hijos de tus hijos* (Ps 127,5-6); y se atreve a decir: *Mirad que así es bendecido el hombre que teme al Señor* (Ps 127,4), sabiendo que las almas pecadoras son atadas por las cadenas del cuerpo y pagan, por juicio de Dios, en esta cárcel la pena de sus pecados? ¿Cómo habla Dios por el profeta: *Si hubieras oído mis mandamientos, tu paz hubiera ciertamente sido como un río, y tu justicia como las olas del mar, y como arena tu descendencia, y la prole de tu vientre como el polvo de la tierra?* (Is 48,18-19). Porque los que guardan los mandamientos de Dios no han de recibir por galardón las caídas de almas del cielo que, encadenadas a los cuerpos, multipliquen su prole. Ahora, si quieren saber cuál sea el principio del género humano, oigan a Moisés, que cuenta: *Tomó Dios de la tierra y plasmó al hombre y sopló sobre su faz hálito de vida, y el hombre fue hecho alma viviente* (Gen 2,7), es decir, inmortal. Y Dios mismo, bendiciendo a Adán y a Eva, dice: *Creced y multiplicaos y henchid la tierra* (Gen 1,28).

19. Si las almas son enviadas a la tierra para que nazcan, después que pecaron, en los cuerpos, no había razón para bendecir a Adán y a Eva, pues el pecado más bien hubiera merecido maldición. En fin, una vez que los plasmó, dirigió palabras de bendición a los que, ya que voluntariamente pecaron, hirió con su

rum ruinis crescere, non e contrario precaretur, ne propter uitia melioris substantiae natura uilior conderetur? Cur Dauid inprecatur in psalmo: *Benedicat te Dominus ex Sion, et uideas quae bona sunt in Hierusalem omnibus diebus uitae tuae, et uideas filios filiorum tuorum,* si animarum peccato iusti uiri augetur genus? Et audet dicere: *Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum,* cum sciat animas delinquentes corporum uinculis alligari, et in huiusce modi carcere iudicio Dei poenas luere peccatorum? Quomodo Deus loquitur per prophetam: *Si audisses praecepta mea, fuisset utique quasi fluuius pax tua, et iustitia tua sicut fluctus maris, et sicut harena semen tuum, et soboles uteri tui ut puluis terrae?* Qui enim Dei praecepta conseruant, non debent accipere praemium, animarum de caelo ruinas, quae ligatae corporibus, sobolis eorum incrementa multiplicent. Si autem uolunt discere quae sint humani generis exordia, audiant dicentem Moysen: *Tulit Deus de terra, et finxit hominem, et insufflauit in faciem eius spiritum uitae, et factus est homo in animam uiuentem,* id est, inmortalem. Deus quoque benedicens Adam et Euae, ait: *Crescite et multiplicamini, et replete terram.*

19. Si animae post peccatum mittuntur in terras ut nascantur in corporibus, non erat rationis benedici Adam et Euae, cum causa peccati maledictionem potius mereretur. Denique postquam plasmauit eos, bene-

maldición. De todo lo cual se colige que la naturaleza de los cuerpos no subsiste en modo alguno por causa de los pecados de las almas. Oigan una vez más a Dios, que dice: *Yo he hecho la tierra y al hombre en ella* (Ier 27,5). Y David: *El cielo del cielo para el Señor; mas la tierra se la dio a los hijos de los hombres* (Ps 113,16). Basta ya de dejarse guiar por los errores de sus pensamientos, y déjense más bien conducir por la autoridad de las Escrituras. Los que están enervados por los placeres, aquellos de cuyo pecho se enseñorea la lujuria, al contemplar la hermosura de los cuerpos, no buscan la belleza de las costumbres, sino de los miembros, y su inteligencia, agravada por la hez de la tierra, no penetra más profundamente; así, los que se dejan arrastrar por la ordenada construcción de las palabras y cautivar por la música de la elocuencia, se avergüenzan de confesar su prístino error y, obcecados por la hinchazón de su arrogancia, no quieren ser discípulos; pues, de ser corregidos, darían la impresión de haber antes errado.

20. Rechazados, pues, los errores de Orígenes, y dando de mano a las trampas de las escrituras llamadas apócrifas (es decir, secretas), *pues yo no he hablado a escondidas,* dice el Señor (Io 28,20), una y otra vez os exhorto, hermanos carísimos, a celebrar las solemnidades de la pasión del Señor. Adornemos nuestra fe con nuestra conducta, imitemos por nuestra compasión con los pobres a Dios, a quien no se asemeja forma alguna de las naturalezas corporales. Mantengamos en todo la imagen de su bondad, corrijamos por la penitencia nuestros errores, oremos por nuestros enemigos, supliquemos a Dios por nuestros detractores, imitando

enriquecida de todas las virtudes, síguese que la prudencia de la carne no puede ser alma suya, pues habríamos de creer haber El unido consigo la muerte y la enemistad de Dios. Dejen los discípulos de Apolinar de defender lo que escribió contra las reglas de la Iglesia, alegando otros escritos suyos. Cierto que escribió contra arrianos y eunomianos y refutó con su lógica a Orígenes y otros herejes; pero el que recuerde aquel precepto: *No mires en el juicio a la persona* (Deut 1,17), ha de amar siempre la verdad y no las personas, y no puede ignorar que Apolinar, en punto a la economía del hombre que el Hijo unigénito de Dios se dignó asumir para nuestra salud, no está exento de culpa por haber pensado y escrito cosas tan erróneas acerca del alma del Señor. Y es así que a la manera como dice el Apóstol: *Si gastare toda mi hacienda y entregare mi cuerpo a las llamas de modo que se abrasase, pero no tuviere caridad, de nada me vale* (1 Cor 13,3); por modo semejante, ni Apolinar, de quien ahora hablamos, ni Orígenes ni otro hereje alguno, no porque hayan escrito algunas cosas que no contravienen a la regla de la Iglesia, pueden ser absueltos de culpa si, en puntos capitales y que pertenecen a la salud de los creyentes, han combatido la fe de la Iglesia. Y es así que nuestro Señor y Salvador no asumió un alma sin razón ni inteligencia, como él y sus secuaces se esfuerzan en demostrar, ni media alma, ni un tercio de ella, de modo que salvara a un hombre imperfectamente asumido. Porque ni la mitad ni cualquier otra porción pueden llamarse alma perfecta. Y como lo que es perfecto carece del vicio de lo imperfecto, así lo imperfecto no

carnis non erit anima eius, ne ipse mortem et inimicitiam contra Deum sibi iunxisse credatur. Cessent Apollinaris discipuli ea quae contra ecclesiasticas regulas est locutus, propter alia eius scripta defendere; licet enim aduersus Arrianos et Eunomianos scripserit, et Origenem aliosque hereticos sua disputatione subuerterit, tamen qui memor est illius praecepti: *Non accipies personam in iudicio,* ueritatem semper debet diligere, non personas; et scire quod in dispensatione hominis, quem pro salute nostra unigenitus Filius Dei est dignatus adsumere, non sit alienus a culpa, qui super anima illius peruersa et intellexit, et scripsit. Sicut enim Apostolus ait: *Si expendero omnem substantiam meam, et tradidero corpus meum ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi proderit,* ita siue iste, de quo nunc sermo est, siue Origenes et alii heretici, quamuis scripserint aliqua, quae ecclesiasticae fidei non repugnent, tamen non erunt absque crimine, et in his quae principalia sunt et ad salutem credentium pertinent, ecclesiasticae fidei repugnantes. Neque enim, ut ipse cum sectatoribus suis nititur adprobare Dominus noster atque Saluator animam sine sensu adsumpsit et mente, aut mediam partem eius, duasque de tribus, siue tertiam, ut inperfecte hominem saluaret adsumptum: quia nec media, nec reliquae portiones perfecti nomen accipient. Et sicut quod perfectum est, caret inperfecti uitio, sic quod inperfectum est, perfectum non potest dici. Et si inperfecte similitudinem nostram uel ex parte susceperat, quo-

puede llamarse perfecto. Y si imperfecta o parcialmente tomó nuestra semejanza, ¿cómo hablaba el Señor en el evangelio: *Nadie me quita mi alma; yo tengo poder de dejarla y volverla a tomar?* (Io 10,18). Ahora bien, el alma que se quita y se deja no puede decirse irracional y sin espíritu ni inteligencia, sino, por el contrario, alma racional e inteligente, dotada de espíritu y conciencia.

7. Así, el encadenamiento mismo de la argumentación convence de que nada imperfecto fue asumido por el Señor. No; plenamente fue por El asumido el hombre y perfectamente salvado. Porque nadie puede dudar de que las almas de los brutos animales no se dejan y se vuelven a tomar, sino que perecen con los cuerpos y se disuelven en el polvo. Ahora bien, el Salvador, que dejó su alma y la separó del cuerpo al tiempo de su pasión, la volvió a tomar en su resurrección. Y mucho antes de hacer eso hablaba en el salmo: *No abandonarás mi alma en el infierno ni consentirás que tu santo vea la corrupción* (Ps 15,10). Y no es creíble que su carne descendiera a los infiernos, o que la prudencia de la carne, que se habría llamado el alma del Salvador, apareciera a los moradores del infierno, sino que su cuerpo estaba depositado en el sepulcro, y El no habló de su cuerpo, ni de la prudencia de la carne, ni de su divinidad, cuando dijo: *No abandonarás mi alma en el infierno,* sino verdaderamente del alma de nuestra naturaleza, a fin de demostrar que la que bajó a los infiernos fue un alma perfecta y racional, inteligible y consciente. Exhortamos a los que así sienten a que, dejando los errores heréticos, asientan a la verdad de la Iglesia y no trunquen la festividad

modo in euangelio loquebatur: *Nemo tollit animam meam a me; potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo sumendi eam?* Quae autem tollitur atque deponitur, nec inrationalis, nec absque mente et intellegentia dici potest, sed e contrario rationalis et intellegibilis et mentem habens ac sentiens.

7. Atque ita ipse disputationis ordo conuincit nihil a Domino imperfectum esse susceptum, sed adsumptum ab eo hominem plene perfecteque saluatum. Nulli enim dubium quin inrationabilium iumentorum animae non ponantur et resumantur, sed cum corporibus pereant et in puluerem dissoluantur. Porro Saluator tollens animam et separans a corpore suo in tempore passionis, rursum eam in resurrectione suscepit. Ea multo antequam id faceret, loquebatur in Psalmo: *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem.* Nec credibile est quod ad inferos caro eius descenderit, uel prudentia carnis, quae appellata sit anima, inferis apparuerit, sed quod corpus eius positum in sepulchro sit, et ipse nec de corpore et sapientia carnis, nec de diuinitate sua dixerit: *Non derelinques animam meam in inferno;* sed uere de nostrae naturae anima, ut perfectam ac rationalem et intelligibilem atque sensibilem ad inferos animam descendisse monstraret. Hortamur eos qui talia sapiunt, ut errores hereticos relinquentes adquiescant ecclesiasticae ueritati, et festiuitatem dominicae Passionis non faciant inperfectam, ne principalem

de la pasión del Señor; no nieguen la principal y mayor parte del hombre en el Salvador, afirmando en El un cuerpo sin alma ni espíritu. De haber sido así, ¿qué quería El decir cuando afirmaba: *El buen pastor da su alma por sus ovejas?* (Io 10,11). Y si sólo había asumido la carne del hombre, ¿cómo es que decía en su pasión: *El espíritu está pronto, pero la carne es flaca?* (Mt 26,41).

8. De todo lo cual resulta que el Señor, para presentar el misterio de la condición humana templado o equilibrado en todos sus elementos, tomó la perfecta semejanza de nuestra condición; no asoció consigo solamente la carne ni un alma irracional y sin conciencia, sino todo el cuerpo y toda el alma, a fin de mostrar en sí un hombre perfecto y dar a todos los hombres, en sí y por sí, una salud igualmente perfecta. Fue realmente compañero de quienes fuimos creados de la tierra, y no se trajo la carne de allá arriba del cielo, ni unió a su cuerpo, como se obstinan en enseñar los discípulos de Orígenes, un alma que antes subsistiera y hubiera sido creada antes de la carne. Y es así que, si el alma del Salvador moraba en las regiones celestes y no era alma suya antes de que El tomara cuerpo humano, hay que decir la enorme impiedad de que fue antes que el cuerpo del Señor obrando algo y dotada de vigor, y que luego fue cambiada en alma del Señor. Otra cosa sería que pudieran demostrar por las Escrituras que el Dios Verbo, antes de nacer de María, tuvo esa alma, y que, antes de la asunción de la carne, hubiera sido llamada alma suya. Ahora bien, si por la autoridad de las Escrituras y por la razón misma se ven constreñidos a conceder que Cristo no tuvo alma antes de nacer

et maiorem hominis partem in Saluatore negent, absque anima et mente corpus illius adserentes. Si enim ita erat, quid de se uolens intellegi, loquebatur: *Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus?* Et si tantum carnem hominis adsumpserat, cur in Passione dicebat: *Spiritus promptus, caro autem infirma?*

8. Vnde sciendum est, quod ex omni parte temperatum humanae condicionis exhibens sacramentum, perfectam similitudinem nostrae condicionis adsumpserit, nec carnem tantum nec animam inrationalem et sine sensu, sed totum corpus totamque animam sibi socians, perfectum in se hominem demonstrarit, ut perfectam cunctis hominibus in se et per se largiretur salutem; habensque nostri consortium qui de terra conditi sumus, nec carnem deduxit de caelo, nec animam, quae prius substiterat et ante carnem eius condita erat, suo corpori copulauit, sicut Origenis nituntur docere discipuli. Si enim anima Saluatoris, antequam ille humanum corpus adsumeret, in caelorum regionibus morabatur, et necdum erat anima illius, inpiissimum est dicere, ante corpus eam fuisse Domini, agentem aliquid et uigentem, et postea in animam illius conmutatam. Aliud est, si possunt de Scripturis docere, antequam nasceretur ex Maria, habuisse hanc animam Deum Verbum, et ante carnis adsumptionem animam illius nuncupatam. Quod si et auctoritate Scripturarum et ipsa suscipere ratione coguntur, Christum non habuisse animam antequam de

de María (pues en la asunción del hombre fue también asumida su alma), paladinamente quedan convictos de afirmar que la misma alma fue y no fue suya. Pero ¡dejen ya de estar furiosos con la impiedad de dogmas nuevos! Nosotros, siguiendo la autoridad de las Escrituras, prediquemos con toda franqueza que ni el alma ni la carne del Señor existieron antes de que naciera de María. Ni su alma moró tampoco en el cielo antes de que se la uniera consigo; pues, viniendo del cielo, nada de nuestra condición se trajo de allá el Señor consigo. Por eso, cortando con la hoz evangélica todo lo que es contrario a la verdad, dice: *Toda planta no plantada por mi Padre será arrancada de raíz* (Mt 15,13). Lo que dijo lo cumplió de hecho, la amenaza se consumó al cabo, el poder de la palabra se comprobó con su cumplimiento, de modo que cuanto prometió la palabra se vio en la realidad de los acontecimientos.

9. Sepan, pues, que, como extraños a esta solemnidad, no pueden celebrar con nosotros la pasión del Señor aquellos que siguen a Orígenes, hidra que es, por citar algo de las fábulas de los poetas, de todas las herejías, y se glorían de tenerlo por maestro y capitán de su error. Cierto que compuso libros innumerables y dejó al mundo la herencia de su garrulería, como de un bien dañino; pero sabemos estar mandado por la ley: *No constituirás sobre ti un rey extranjero, porque no es de tus hermanos* (Deut 17,15). Y es así que quien echó por derroteros extraños a los cánones de los apóstoles es arrojado, como indigno y profano al coro de Cristo y al consorcio de sus misterios, de la so-

Maria nasceretur (in adsumptione enim hominis et anima eius adsumpta est), perspicue conuincuntur eandem animam et illius et non illius fuisse dicentes. Sed cessent illi a nouorum dogmatum inpietate furibundi! Nos Scripturarum normam sequentes, tota cordis audacia praedicemus, quod nec caro illius nec anima fuerant priusquam de Maria nasceretur; nec ante anima in caelis sit commorata quam sibi postea iunxerit: nihil enim nostrae condicionis e caelo ueniens secum Dominus deportauit. Vnde quidquid contrarium est ueritati euangelica falce succidens, loquitur: *Omnis plantatio quam non plantauit Pater meus caelestis, eradicabitur.* Verbum opere, comminationem fine consummans, et dictorum potentiam expletione rerum probans, ut quidquid sermo pollicitus est, gestorum ueritas exhiberet.

9. Sciant igitur se huius sollemnitatis alienos non posse celebrare nobiscum dominicam Passionem, qui Origenem, ut loquar aliquid de fabulis poetarum, hydram omnium sequuntur hereseon, et erroris se habere magistrum et principem gloriantur. Quamuis enim innumerabiles texuerit libros, et garrulitatis suae quasi damnosae possessionis mundo reliquerit hereditatem, tamen scimus lege praeceptum: *Non poteris constituere super te hominem alienum, quia non est frater tuus.* Qui enim diuerso tramite ab apostolorum regulis aberrauit, quasi indignus et profanus choro Christi et consortio mysteriorum eius, de sollemnitate Christi eicitur; et a patribus, maioribusque natu, qui Saluatoris Ecclesiam fun-

lemnidad del mismo Cristo. También nuestros padres y antepasados, que fundaron la Iglesia de Cristo, lo expulsan muy lejos, pues se empeña en zurcir al nuevo y firmísimo vestido de la Iglesia los harapos rotos de los filósofos; con ello ciertamente se comprueba, por la vecindad misma, lo flaco de la filosofía, pero se viola la hermosura de la Iglesia misma.

10. Porque ¿qué razón, qué lógica de razonamiento lo pudo llevar a anular la verdad de las Escrituras con las sombras y vanas imágenes de la alegoría? ¿Qué profeta le enseñó a opinar que, por haber caído las almas del cielo, se vio Dios forzado a fabricar los cuerpos? ¿Quién de los que, según el bienaventurado Lucas, vieron y fueron ministros de la palabra (Lc 1,2), le enseñó la doctrina de que, por la negligencia y movilidad de las criaturas racionales y por su flujo de regiones más altas, se vio Dios provocado a crear toda la variedad que constituye este mundo? La verdad es que Moisés, contando la creación del mundo, no dijo ni dio indicios de que lo sensible surgiera de lo racional, lo visible de lo invisible ni lo mejor de lo peor, como predica abiertamente Orígenes. Dice éste, en efecto, que, por los pecados de las criaturas inteligentes, empezó a ser este mundo, no queriendo celebrar la pascua con los santos ni decir con Pablo: *Lo invisible de Dios, desde la creación del mundo, se hace patente y se entiende por las cosas que han sido hechas* (Rom 1,20). No quiere tampoco alzar la voz con el profeta: *He considerado tus obras y quedé pasmado* (Hab 3,2). Y es así que no pudiera darse la belleza del mundo de no llenarlo el ornato vario de las criaturas. Finalmente, el sol y la luna, los dos luminares mayores, y las demás estrellas,

dauerunt, procul pellitur, philosophorum laceros pannos nitens nouo et firmissimo Ecclesiae consuere uestimento, et ueris falsa sociare, ut et illorum ex uicinitate fortioris probetur infirmitas, et huius pulchritudo uioletur.

10. Quae enim illum ratio, qui disputationum ordo perduxit, ut allegoriae umbris et cassis imaginibus Scripturarum tolleret ueritatem? Quis propheta sentire docuit, ob lapsus de caelis animarum, Deum esse conpulsum corpora fabricare? Quis, iuxta beatum Lucam, eorum qui uiderunt et ministri fuerunt sermonis Dei, huic tradidit ad docendum neglegentia et motu et fluxu de altioribus rationabilium creaturarum, prouocatum Deum mundi huius condere diuersitatem? cum creationem eius Moyses explicans (nec) dixerit, nec indicauerit propter aliquas causas praecedentes, de rationabilibus sensibilia, de inuisibilibus uisibilia, de melioribus peiora prolata, quod apertissime Origenes praedicat? Dicit enim propter peccata intelligibilium creaturarum mundum esse coepisse; nolens Pascha celebrare cum sanctis, neque cum Paulo dicere: *Inuisibilia Dei, a creatura mundi per ea quae facta sunt, intellecta conspiciuntur;* nec cum propheta uociferari: *Consideraui opera tua, et obstupui.* Aliter enim mundi pulchritudo subsistere non ualebat, nisi eum uarius creaturarum inplesset ornatus. Denique sol et luna, duo magna luminaria, et stellae

no existían sin cuerpos antes de ser creadas para lo que el oficio de su cotidiana carrera demuestra que fueron criadas, ni por no sabemos qué causas, perdiendo su prístina sencillez, fueron vestidas de cuerpos, como él sueña, forjando doctrinas contrarias a la fe. Tampoco las almas cometieron pecado alguno en las regiones celestes y fueron por ellos desterradas a los cuerpos. Si ello fuera así, no tenía el Salvador por qué tomar cuerpo, sino librar a las almas de los cuerpos. En el momento en que, por el bautismo, perdona los pecados, debiera soltar inmediatamente al bautizado de las cadenas del cuerpo, unas cadenas que Orígenes imagina haber sido fabricadas por causa de los pecados para condenación del pecado. En vano igualmente promete el Señor la resurrección de los cuerpos, si es que las almas, sin el peso del cuerpo, tienen que volar de la tierra al cielo. Y El mismo, en su resurrección, no debió resucitar su carne, sino unir únicamente el alma a la divinidad, puesto caso que sea mejor vivir sin cuerpos que con cuerpos.

11. Ahora bien, ¿qué quiere decir eso de que las almas se ligan y desligan a menudo de los cuerpos y hacernos pasar por muchas muertes? Es que ignora que Cristo vino no para desatar, después de la resurrección, las almas de sus cuerpos; ni, una vez libres, vestirlas de otros cuerpos; ni, caídas de las regiones celestes, vestirlas de carne y sangre, sino para resucitar a los cuerpos y dotarlos de incorrupción e inmortalidad. Y es así que como Cristo, que murió, no vuelve a morir más, ni la muerte tiene señorío sobre El; así los cuerpos resucitados, después de la resu-

reliquae antequam hoc essent, in quod eas creatas cotidiani cursus testatur officium, non erant absque corporibus, nec propter aliquas causas, simplicitatem pristinam relinquentes, corporibus circumdatae sunt, ut ille somniat, contraria fidei dogmata struens. Nec animae in caelorum regionibus aliquid peccauerunt, et idcirco in corpora relegatae sunt. Si enim hoc ita esset, oportuerat Saluatorem nec ipsum corpus adsumere, et animas de corporibus liberare; debebat eo tempore, quando in baptismate peccata dimittit, statim baptizatum de corporis uinculis soluere, quae propter peccata in condemnatione peccati facta commemorat. Sed et resurrectionem corporum frustra pollicetur, si expedit animabus absque grauitate corporum ad caelum subuolare. Ipse quoque resurgens carnem suam suscitare non debuit, sed solam diuinitati animam copulare, si melius est absque corporibus quam cum corporibus uiuere.

11. Quid sibi autem uult, crebro animas et uinciri corporibus, et ab eis diuidi praedicare, et multas nobis inferre mortes? ignorat Christum idcirco uenisse, non ut post resurrectionem corporibus animas solueret, aut liberatas rursus aliis corporibus indueret, et de caelorum regionibus descendentes, sanguine et carne uestiret, sed ut semel corpora suscitata incorruptione et aeternitate donaret. Sicut enim Christus mortuus ultra non moritur, nec mors ei dominatur, ita nec corpora suscitata post resurrectionem secundo, uel frequenter intereunt, nec mors eis ultra domina-

rrección, no mueren segunda vez ni muchas veces, ni la muerte tiene ya imperio sobre ellos, ni se resuelven en nada, puesto que el advenimiento de Cristo salvó al hombre entero.

12. Otra cosa hace también a Orígenes extraño a la solemnidad de Cristo, y es afirmar que los principados, potestades, fortalezas (virtudes), tronos y dominaciones no fueron al principio creados para eso, sino que, después de creados, unos hicieron obras dignas de honor y otros, semejantes a ellos, fueron negligentes; con lo que éstos cayeron a las regiones inferiores y aquéllos fueron distinguidos con estos nombres gloriosos; es decir, que, según el error de Orígenes, Dios no los creó principados ni potestades, etc., sino que los pecados de los otros fueron para ellos ocasión de gloria. Pero entonces, ¿cómo escribe Pablo: *En Cristo fue creado todo en los cielos y en la tierra, lo visible y lo invisible, lo mismo tronos que dominaciones, principados y potestades, todo fue creado por El y en El, y El es antes que todo?* (Col 1,16-17). Si entendiera Orígenes la fuerza de la frase: *Por quien fue creado todo,* sabría que fueron creadas las jerarquías de los ángeles desde el principio y no fue la negligencia de los otros ni la caída a lo inferior lo que dio ocasión a Dios para llamarlas principados y potestades y demás fortalezas, mayormente cuando la belleza de las criaturas estriba en la jerarquía de las dignidades. Y es así que, al modo que del sol, la luna y las estrellas está escrito: *Hizo Dios dos lumbreras grandes, la lumbrera mayor para que presidiese al día y la lumbrera menor para que presidiese a la noche, y las estrellas, que puso en el firma-*

bitur, neque in nihilum resoluentur, quia totum hominem Christi saluauit aduentus.

12. Sed et illud a sollemnitate Christi Origenem alienum facit, quod principatus, potestates, fortitudines, thronos, ac dominationes, non ab initio in hoc conditas, sed post creationem sui aliqua honore digna fecisse, et aliis sui similibus propter neglegentiam ad inferiora delapsis, has inclitis nominibus appellatas: ut (iuxta errorem eius) non eas condiderit Deus principatus et potestates, et reliqua, sed aliorum peccata illis materiam tribuerint gloriarum. Et quomodo Paulus apostolus scribit: *In Christo creata sunt omnia in caelis et in terra, uisibilia et inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per illum et in illo creata sunt, et ipse est ante omnia,* si intellegeret uim uerbi *per quem* dicitur: *creata sunt omnia,* nosset ab initio ita eas conditas, et non aliorum socordiam, et in inferiora prolapsum, occasionem dedisse Deo, ut illas, principatus et potestates, et fortitudines reliquas nominaret, maxime cum creaturarum pulchritudo consistat in ordine dignitatum. Sicut enim de sole et luna, et stellis scriptum est: *Fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius ut praeesset diei, luminare minus ut praeesset nocti, et stellas, et posuit illas in firmamento caeli ut lucerent super terram,* nec praemium bonorum operum receperunt, ut post conditionem sui firmamento caeli lucerent, et diebus sibi noctibusque succederent; sic prin-

mento del cielo para que lucieran por la tierra (Gen 1,16-17), y no recibieron premio de buenas obras para que lucieran después de su creación en el firmamento y se sucedieran los días y las noches; así los principados y potestades que fueron creados en las regiones celestes, opinamos no haber sido promovidos a esos grandes grados después de obra alguna buena, sino que fueron ya al principio así creadas. Porque no imitamos el error de Orígenes y sus discípulos, que piensan que, a semejanza de los démones y del diablo, que por propia voluntad recibieron esos nombres y oficios, también los principados y potestades, las virtudes y tronos y dominaciones, obraron, después de su creación, algún bien, de modo que, cayendo otros a regiones inferiores, ellos subieron a lo alto y fueron distinguidos con esos nombres, teniendo después lo que antes no tuvieran. Al hablar así, no se dan cuenta de que van contra la sentencia de Pablo, que afirma haber sido creados en Cristo principados y potestades, tronos y dominaciones. Y al decir *creados*, a nadie cabe duda haber sido creados así desde el principio, no que posteriormente recibieran esas dignidades.

13. Pero baste haber rozado brevemente este punto. Pasemos ya a otra impiedad que parece eructar de profundísimas tinieblas, dejando al mundo recuerdo pésimo de sus blasfemias. Dice, en efecto, que el Espíritu Santo no opera sobre los seres inanimados ni llega a lo irracional. Al afirmar eso, no reflexiona que las aguas místicas del bautismo son santificadas por el advenimiento del Espíritu Santo y que el pan del Señor, en que se muestra el cuerpo del Salvador y que nosotros rompemos para nuestra santificación, y el sagrado cáliz (cosas ciertamente inanimadas que se colocan sobre

cipatus et potestates, quae in caelorum regionibus conditae sunt, non post bona opera in haec profecisse sentimus, sed sic ab initio conditas. Neque enim Origenis et discipulorum eius imitamur errorem, qui putant in similitudinem daemonum et diaboli, qui propria uoluntate talia nomina officiaque sortiti sunt, principatus et potestates, uirtutes et thronos, et dominationes post conditionem sui, boni aliquid perpetrasse, ut aliis ad inferiora delapsis, ad excelsa conscenderent, et his nominibus insignirentur, habentes postea quod prius non habuerant. Quae dicentes, non intellegunt, se Pauli sententiae contra ire, in Christo creatos principatus et potestates et thronos et dominationes loquentis. Quod autem dicit, *creatos*, nulli dubium est quin sic ab exordio conditi sint, et non postea istiusmodi acceperint dignitates.

13. Verum haec breuiter strinxisse sufficiat; ad aliam eius ueniamus inpietatem, quam uelut de profundissimis tenebris eructans loquitur, et blasphemiarum suarum pessimam mundo reliquit memoriam. Dicit enim Spiritum Sanctum non operari ea quae inanimia sunt, nec ad inrationabilia peruenire. Quod adserens non recogitat, aquas in baptismate mysticas aduentu Sancti Spiritus consecrari, panemque dominicum, quo Saluatoris corpus ostenditur, et quem frangimus in sanctificationem nostri, et sa-

el altar de la Iglesia), son consagrados por la invocación y advenimiento del Espíritu Santo. Si la virtud del Espíritu Santo no llega a lo irracional e inanimado, ¿por qué canta David: *Adónde iré lejos de tu espíritu?* (Ps 138,7). Al decir esto da a entender que todo es contenido por el Espíritu Santo y todo está rodeado de su majestad. Si todo en todo, luego también lo irracional e inanimado. Y en otro lugar leemos: *El Espíritu del Señor hinchió la redondez de la tierra* (Sap 1,7). Cosa que jamás recordara la Escritura si su divinidad no llenara también lo irracional e inanimado. Pero no se contentó con esta enorme blasfemia, sino que, a estilo de los lunáticos, que manifiestan su furor con rechinar de dientes y arrojando espumarajos por la boca, nuevamente vomita y dice que el Hijo de Dios, es decir, el que es razón, palabra y fuerza de Dios, sólo alcanza a lo dotado de razón. Al oír esto, yo me maravillo de dónde lo pudiera tomar o cómo ignore haber leído: *Todo fue hecho por El* (Io 1,3), por donde se prueba que la virtud del Verbo de Dios se extiende a todo. Acaso se olvidó también de la historia de la resurrección de Lázaro, que salió de la tumba por virtud de Cristo, y no cabe duda que su cuerpo, al tiempo de pasar de muerte a vida, como carecía de alma, carecía también de razón. Ignoró también Orígenes aquel milagro del Señor en que con cinco panes se hartaron cinco mil hombres, sin contar niños ni mujeres, y aun sobraron doce canastos de pedazos. Y no cabe duda haber hecho ese milagro la virtud o poder de Cristo. Paréceme también no haber recordado el otro milagro, cuando, pisando el Señor con su pie divino las olas del mar irracional, lo calmó para tranquilidad de los navegantes. Hazaña que

crum calicem (quae in mensa ecclesiae conlocantur et utique inanimia sunt) per inuocationem et aduentum Sancti Spiritus sanctificari. Si ad inrationabilia et ad ea quae absque anima sunt, sancti Spiritus fortitudo non peruenit, cur Dauid canit: *Quo abibo ab Spiritu tuo?* Quod dicens, ostendit Sancto Spiritu omnia contineri et illius maiestate circumdari. Si omnia in omnibus, utique et inrationabilia et ananimia sunt. Et alibi legimus: *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.* Quod numquam scriptura memoraret, nisi inrationabilia quoque et inanimia illius numine conplerentur. Verum non est contentus hoc fine blasphemiae, sed in morem lunaticorum, qui furorem suum inlisione dentium et spumantium saliuarum eiectione testantur, rursum eructat, et dicit Filium Dei, id est, rationem et sermonem ac uirtutem eius, ad ea tantum quae rationabilia sunt peruenire. Quod audiens, miror unde sumpserit, aut quomodo legisse se nesciat: *Omnia per ipsum facta sunt* (ex quo adprobatur ad cuncta Verbi Dei fortitudinem peruenire) forsitan oblitus et illius historiae, quando uirtute Christi Lazarus suscitatus est, cuius utique corpus, eo tempore quo de morte surgebat in uitam, ut anima, ita et ratione caruit. Ignorauit et illud, quod de quinque panibus quinque milia saturata sunt hominum, exceptis mulieribus et infantibus, et superfuerunt duodecim cophini fragmentorum. Quod utique Christi fortitudo perfecit. Arbitror

obró la virtud de Cristo, y no el imperio de otro. ¿Cómo, pues, no tiembla todo en cuerpo y alma al afirmar que la fuerza del Verbo de Dios no puede alcanzar a las criaturas irracionales? Y el que alardea de su ciencia de las Escrituras y de haber leído cuanto ningún otro mortal leyera, sepa que está escrito (Act 5,15) cómo llevaban a los enfermos en sus camillas y los ponían en las encrucijadas y plazas para que los tocara y sanara la sombra de Pedro. Así lo atestigua el libro sagrado de los Hechos de los Apóstoles, que confunden la ignorancia de Orígenes. El libro sagrado demuestra qué podía hacer la sombra de los apóstoles, lo que él afirma no haber podido el Hijo y Verbo de Dios.

14. Engañado por parejo error y sin saber lo que se dice, sigue la opinión de quienes no quieren que la providencia se extienda a todas las criaturas ni que descienda a estas partes inferiores del mundo, sino que mora únicamente en las regiones celestes; de modo que la sombra de Pedro pudo ejecutar lo que no habría podido la fortaleza del Salvador.

Pues pasemos a otros puntos famosos. El Apóstol proclama con toda claridad acerca del Hijo primogénito de Dios: *Sienta cada uno de nosotros lo mismo que sintió Cristo Jesús, el cual, estando en la forma de Dios, no tuvo por rapiña ser igual a Dios, sino que se anonadó a sí mismo tomando la forma de siervo* (Phil 2,5-7). Mas Orígenes se propasó a decir haber sido el alma del Salvador la que se anonadó a sí misma y tomó la forma de siervo, de modo que se ve haber mentido Juan cuando dice: *El Verbo se hizo carne*, y nos presenta un Salvador semejante a nos-

eum nec illius miraculi recordatum, quando inrationabilis maris fluctus diuino calcans pede, tranquillitati nauigantium reddidit. Quae Christi uirtus, et non alterius patrauit inperium. Quomodo ergo non toto et animo et corpore perhorrescit, dicens fortitudinem Verbi Dei ad inrationabiles creaturas non posse pertingere? Et qui iactat se in scientia Scripturarum, et putat tanta legisse quanta nullus hominum legerit, sciat scriptum, quod aegrotantes in lectulis deferebant et ponebant in triuiis et plateis, ut Petri eos umbra contingeret et sanaret, quod sacra Apostolorum Acta testantur, arguentia Origenis stultitiam, per quae id apostolorum umbra fecisse conuincitur, quod ille Filium et Verbum Dei non potuisse testatur.

14. Simili errore deceptus, et nesciens quid loquatur, (opinionem sectatur) eorum qui nolunt prouidentiam usque ad omnes creaturas et mundi inferiora descendere, sed tantum in caelorum regionibus commorari, ut scilicet id umbra fecerit Petri quod inplere Saluatoris fortitudo non quiuerit.

Sed et ad illa ueniamus. Apostolo enim de primogenito Filio Dei perspicue proclamante: *Hoc intellegat unusquisque in nobis, quod et in Christo Iesus, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed seipsum exinaniuit, formam serui accipiens*, ille ausus est dicere quod anima Saluatoris se euacuauerit et formam serui acceperit, ut Iohannes mentitus esse credatur, qui iat: *Verbum caro fac-*

otros por naturaleza, cuando no es El quien se anonadó ni tomó la forma de siervo, sino su alma. Así, una fe que fue confirmada por la confesión de todos, Orígenes la disuelve con su impiedad. Ahora bien, si es el alma del Salvador la que estuvo, según la insania de Orígenes, en la forma de Dios y fue igual a Dios; como el Hijo de Dios es igual a Dios, y lo que es igual a Dios es, evidentemente, de su misma naturaleza, la lógica misma del razonamiento nos lleva a creer que el alma y Dios son de una sola y misma naturaleza. Al decir eso, síguese que ha de sostener no ser nuestras almas de naturaleza distinta a la de Dios (y nadie duda de que nuestras almas son de la misma naturaleza que la del Salvador), de suerte que el Hacedor y su hechura serían de una misma naturaleza. ¿Y cómo decir que todo fue creado en Cristo, puesto caso que las almas humanas son de la misma sustancia que el Creador? Pero no es así, hermanos. No fue el alma del Salvador, sino el Hijo mismo de Dios quien, estando en la forma de Dios y siendo igual a Dios, se anonadó a sí mismo tomando la forma de siervo. Pero Orígenes, hundido en el cieno profundo de la impiedad, no advierte que se mete entre los gentiles, los cuales, dando culto a los ídolos en lugar de Dios y *afirmando ser sabios, se entontecieron y trocaron la gloria del Dios incorruptible por la semejanza de una imagen de un hombre corruptible* (Rom 1,22-23). En pareja tontería incurre Orígenes y por el mismo error se deja engañar; pues al afirmar que el alma del Salvador estaba en la forma e igualdad de Dios, como ha demostrado el anterior razonamiento, se iguala a sí mismo con la impiedad gentílica. Y es así que, a la manera que aquéllos trocaron la gloria del Dios incorruptible por la semejanza de la

tum est, similem nostrae condicioni ingerens Saluatorem, dum non est ipse qui se euacuauit et formam serui accepit: sed anima illius; et fidem, quae omnium confessione firmata est, sua inpietate dissoluit. Si enim anima Saluatoris est, quae fuit in forma Dei et aequalis Deo, iuxta Origenis insaniam, aequalis autem Deo Filius Dei est, et quod aequale Deo est, eiusdem conuincitur esse substantiae, ipse nos disputationis ordo perducit ut unius naturae animam et Deum esse credamus. Quod cum dicat, sequitur ut nostras quoque animas non alterius a Deo naturae esse contendat (nullique dubium, nostras animas et animam Saluatoris unius esse substantiae) ut iam factor atque factura unius naturae sint. Et quomodo in Christo creata sunt omnia, si animae hominum eiusdem cum creatore substantiae sunt? Verum non est ita, fratres; nec anima Saluatoris, sed ipse Filius Dei, cum esset in forma Dei et aequilis Deo, se exinaniuit, formam serui accipiens. Et Origenes in profundum inpietatis demersus coenum, non intellegit se gentilium esse participem, qui idola pro Deo uenerantes, *dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, et inmutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis:* quod et iste incurrens, simili errore deceptus est; in forma enim et aequalitate Dei animam Saluatoris adfirmans, sicut superior sermo me-

imagen de un hombre corruptible, afirmando ser dioses los que no lo eran, así éste trocó la gloria del Dios corruptible, afirmando del alma del Salvador que fue creada, la forma e igualdad del mismo Dios, y que ella fue la que se anonadó y no que el Verbo de Dios viniera a la tierra, como lo asevera la autoridad del Apóstol.

15. Tampoco se sonroja, olvidándose, por su charlatanería, de sus propias tesis, de afirmar que el alma humana no se llamó así desde el comienzo de su creación, sino que, siendo antes espíritu e inteligencia, cogió frío de negligencia e infidelidad, y de ahí le vino el nombre (esta etimología cuadra mejor al griego que al latín). Ahora bien, como afirma que el alma del Salvador fue constituida igual a Dios y en la forma de El, síguese que también ella recibió su nombre por el enfriamiento de la caridad y perdió la dignidad de su nombre anterior. Porque su tesis general es que las almas de los hombres fueron así llamadas por haber perdido el fervor de su calor primero. Ahora bien, si todas las almas fueron así llamadas por haber recibido en sí frío, y confiesa que el Salvador tuvo alma, síguese decir que también ella pasó, de la inteligencia y conciencia, a parejo vocablo. Cierto que sobre esto no chista palabra y la patente impiedad sofrena su insania; sin embargo, tiene que decirlo por la necesidad misma que une lógicamente a las premisas con la conclusión. Porque una de dos: o tiene que negar que el Salvador tuviera un alma, y entonces choca evidentemente contra la autoridad de los evangelios; o, si no puede contradecirse a sí mismo, tendrá que con-

morauit, inpietati ethnicae aequalis est. Vt enim illi inmutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, dicentes deos esse qui non erant; sic iste inmutauit gloriam incorruptibilis Dei, in forma illius et aequalitate animam Saluatoris adserens, quae creata est; et hanc se euacuasse, et non Verbum Dei ad terrena uenisse, sicut Apostoli adfirmat auctoritas.

15. Nec erubescit, ex multiloquio inmemor suit, et animam hominis nolens a conditionis exordio sic uocatam, sed ex eo quod quae prius mens et sensus erat, frigus neglegentiae et infidelitatis adsumpserit; quae etymologia magis Graecae quam Latinae linguae conuenit. Sin autem aequalem Dei et in forma illius constitutam animam adserit Saluatoris, ergo et illa ex frigore caritatis sortita uocabulum est, et prioris nominis perdidit dignitatem. Generalis enim illius disputatio est, animas hominum appellatas ex eo quod calorem pristini feruoris amiserint. Igitur si omnium animae, recepto frigore, sunt uocatae, et confitetur habuisse animam Saluatorem, sequitur ut et ipsam de mente et sensu dicat ad huiusmodi uocabulum commigrasse. Quod licet sermone taceat, apertaque inpietas illius insaniam reprimat, tamen ipsa dicere necessitate conpellitur, quae prioribus datis ordine nectit sequentia. Aut enim negare debet habuisse animam Saluatorem, ut apertissime contra euangeliorum ueniat auctoritatem; aut si non potest sibi contraria loqui, etiam hanc ex frigore cari-

fesar que también ella, que sería antes inteligencia y conciencia, fue llamada alma por haberse enfriado en la caridad, como quiera que, según él, todas las almas que se apartaron de Dios y perdieron el calor de la divina caridad fueron, del frío, llamadas almas. ¿Quién no creyera que Orígenes habría de darse por contento con este extremo de sacrilegio?

16. Todavía lanza otra blasfemia contra el Hijo de Dios, que formula con estas palabras: «Como el Padre y el Hijo son una sola cosa, así el alma que tomara el Hijo y el Hijo mismo de Dios son también una sola cosa». No advierte Orígenes que el Padre y el Hijo son una sola cosa por comunidad de sustancia o naturaleza, pero el Hijo mismo y su alma son de naturaleza distinta y muy distante una de otra. En efecto, si como el Padre y el Hijo son una sola cosa, así lo son también el alma del Hijo y el propio Hijo, una cosa serán también el Padre y el alma del Salvador, de modo que ésta podrá decir: *El que me ve a mí, ve al Padre* (Io 14,9). Pero no es así, y lejos está de la fe de la Iglesia pareja aberración. El Hijo y el Padre son una sola cosa, porque no hay entre ellos diversidad de naturaleza; pero el alma y el Hijo de Dios se diferencian entre sí por su naturaleza y sustancia, como quiera que el alma ha sido creada por el Hijo mismo y es de nuestra misma condición y naturaleza. Si como el Padre y el Hijo son una misma cosa, así lo fueran el alma del Hijo de Dios y el mismo Hijo de Dios, serían, como ya hemos dicho, una misma cosa el alma y el Padre, y habría que creer que el alma del Salvador es *resplandor de su gloria y marca de su sustancia* (Hebr 1,3). Ahora bien, decir eso fuera impío y blas-

tatis de mente et sensu confitebitur animam nuncupatam; omnium quippe animas qui recesserint a Deo, et calorem diuinae caritatis amiserint, ex frigore aestimat appellatas. Quis non credat eum hoc sacrilegii fine contentum?

16. Aliam rursus Filio Dei nectit calumniam, et his uerbis loquitur: «Sicut Pater et Filius unum sunt, ita et anima quam adsumpsit Filius, et ipse Filius Dei unum sunt». Nec intellegit Patrem et Filium unum esse propter communionem substantiae et eandem diuinitatem, Filium autem et animam eius diuersae, et multum inter se distantis esse naturae. Etenim si, sicut Pater et Filius unum sunt, sic et anima Filii et ipse Filius unum sunt, unum erit Pater et anima Saluatoris, et ipsa dicere poterit: *Qui uidit me, uidit Patrem.* Sed non est ita (absit hoc ab ecclesiastica fide!), Filius enim et Pater unum sunt, quia non est inter eos diuersa natura; anima autem et Filius Dei et natura inter se discrepant et substantia, eo quod et ipsa a Filio condita sit, nostrae condicionis atque naturae. Si enim sicut Pater et Filius unum sunt, sic anima Filii Dei et ipse Filius unum sunt, unum erit, ut iam diximus, anima et Pater; et anima Saluatoris, *splendor gloriae et forma substantiae eius* esse credetur. Verum hoc

femo. En conclusión, tan impío es decir que el Hijo y su alma son una misma cosa como negar que lo sean el Padre y el Hijo.

Una vez más, olvidado de sí mismo, se contradice cuando afirma: «El alma que se turbó y entristeció no era el Unigénito y Primogénito de toda la creación, ni el Verbo de Dios, que, superando la condición del alma y como verdadero Hijo de Dios, hablaba en el Evangelio: *Tengo poder de dejar mi alma y poder para volverla de nuevo a tomar* (Io 10,18). Luego, si el Hijo de Dios es mejor y más poderoso que su propia alma, cosa de que a nadie cabe duda, ¿cómo podía estar su alma en la forma de Dios y ser igual a Dios, para decir, finalmente, que se anonadó y tomó la forma de siervo, con lo que deja tamañicos, por la grandeza de su blasfemia, a todos los herejes? En efecto, si el Verbo de Dios está en la forma de Dios y es igual a Dios, y también el alma del Salvador está en la forma de Dios y es igual a Dios, ¿cómo puede haber entre lo igual diferencia de mayor o menor? Lo que es de naturaleza inferior, por su misma inferioridad delata a la naturaleza y sustancia superior.

17. Todavía no le basta esta blasfemia, sino que, dirigiendo el curso de su estulticia más allá de los ríos de Etiopía (Is 18,1), se agita nuevamente furibundo, y afirma que Dios creó por su voluntad tantas criaturas racionales cuantas podía gobernar. Así empareja la virtud o poder de Dios con la flaqueza del hombre y de las cosas creadas. Cierto que, en el cuerpo humano, la fuerza de éste sustenta y rige tantos miembros cuantos, infundida en ellos, es capaz de animar, y nos da aquel temperamento que

dicere inpium est atque blasphemum. Eiusdem igitur inpietatis est, Filium et animam illius unum dicere, cuius Patrem et Filium unum negare.

Rursum inmemor sui, contraria sibi loquitur, ait enim: «Anima quae turbata est et tristis effecta, non erat ipsa unigenitus et primogenitus omnis creaturae, nec Verbum Dei, quod conditionem animae superans, et uere Filius Dei in euangelio loquebatur: *Potestantem habeo ponendi eam et potestatem habeo sumendi illam*. Ergo si melior est et potentior Filius Dei anima sua, quod nulli dubium est, quomodo anima illius in forma Dei esse poterat et aequalis Deo, quam cum dicat se euacuasse et serui adsumpsisse formam, omnes hereticos magnitudine blasphemiae superat? Si enim in forma Dei et aequalis Deo Verbum Dei est, in forma autem Dei et aequalitate eius anima Saluatoris est, quomodo potest inter aequalia aliud esse maius, aliud minus? Ea enim quae inferioris naturae sunt, sublimiorem naturam atque substantiam sui deiectione testantur.

17. Non ei sufficit ista blasphemia, sed trans flumina Aethiopiae cursum stultitiae suae dirigens, iterum furibundus exsultat, tot dicens uoluntate sua Deum condidisse rationabiles creaturas, quot poterat gubernare: ut uirtutem Dei inbecillitati hominum, et ceteris quae creata sunt, conparet. Nam in humano corpore tot fortitudo eius membra sustentat et regit, quod potest eis infusa uegetare: et eam nobis tribuit temperantiam, quam ualet sua praesentia regere, tantumque uirtute sustentat,

puede regir con su presencia, y sólo sustenta con su virtud cuanto los miembros del hombre pueden soportar. Pero Dios es mayor que las cosas que El mismo ha fabricado y, después de señalarles en la creación la medida que pedía el orden general de las cosas y más allá del cual no pudieran sostenerse, El puede más de cuanto cabe en las cosas mismas por El creadas. Pero Orígenes, cima de la verdad, pone límites a la fuerza de Dios y afirma ser inferior a las artes humanas. Y es así que los albañiles y cuantos entienden en la construcción de casas, siempre pueden edificar más de lo que hacen (caso, claro está, que los fundamentos puedan sostener lo que se les añada). La fabricación no es límite de lo que las artes pueden imaginar. Se hacen y acaban las obras que pide la necesidad de las cosas; hay una medida en la construcción que no se puede traspasar sin caer en lo indecoroso o inútil; pero el arte mismo contiene en su mente mucho más de lo que se ejecuta de hecho, y el término de las cosas no es el término de la ciencia. Eso, como he dicho, si lo de abajo puede soportar cuanto la mente concibe y cuanto el pensamiento planea más allá de lo que la obra realiza. ¿Y no será impío no poner límites al arte humano ni parear la ciencia de los artífices con sus obras, y decir luego que Dios hizo sólo las criaturas racionales que podía hacer? Pues oiga y aprenda ese impío: No se limita el poder de Dios a las criaturas racionales que se dice haber creado. No. El impuso a sus obras la medida más allá de la cual no pudieran subsistir, y encerró el número de las cosas en el arte de su providencia; pero El no se atiene a medida ni a número.

quantum possunt membra hominum sustinere. Deus autem maior his quae ipse fabricatus est, cum illis mensuram in creatione praestiterit quam rerum ordo poscebat, et quod amplius sustinere non poterant, plus potest, quam ea quae facta sunt capiunt. At ille, columen ueritatis, terminabilem Dei adserit fortitudinem, et minorem artibus hominum. Caementarii quippe, et hi qui struendarum domorum callent scientiam, maiora possunt aedificare quam fecerunt (si tamen queant fundamenta sustinere quae superaedificanda sunt); nec fabricatio cogitationis artium finis est. Cumque opera tanta perfecerint quanta rerum necessitas flagitabat, habeantque mensuram ultra quam si fuisset aliquid exstructum, indecens et inutile probaretur, ars ipsa plus mente continet, quam opere demonstrauit, nec fine rerum finis inponitur scientiae; si tamen, ut dixi, quidquid mens conceperit, et magnitudine operum cogitatio dilatarit, possint ea quae subiecta sunt, sustinere. Et quomodo non inpium est humanae arti finem non inponere, nec operibus suis artificum scientiam coaequare, et Deum tanta fecisse dicere rationabilium creaturarum, quanta facere poterat? Audiat ergo et discat inpius: non tanta est uirtus Dei, quantas fecisse dicitur rationabiles creaturas; sed inponens mensuram operibus, ultra quam esse non poterant, et rerum numerum dispositionis suae arte concludens, ipse mensura et numero non tenetur. Ex quibus liquido apparet, non eum tanta fecisse, quanta poterat, sed quantum rerum necessitas expetabat,

De donde claramente se colige que no hizo sólo cuanto podía hacer, sino que su poder hizo cuanto pedía la necesidad de las cosas. Pongamos un ejemplo, por que se vea más claro lo que decimos. Un padre de familia, opulento, convida a unos amigos a un banquete y les pone delante los manjares que puedan satisfacer el apetito de los comensales. Pero no vamos a decir que aquel rico señor sólo tenía lo que se comieron los convidados y él les preparó, sino que les puso lo que pedía la dignidad del convite. Así Dios omnipotente, dejando muy atrás nuestra comparación, no hizo todas las criaturas que podía, sino que hizo las que debía hacer. Pero Orígenes, en una verdadera urdimbre de charlatanismo, nos replica y dice: «Dios sólo hizo cuanto podía abarcar y tener sujeto a sí y gobernar con su providencia». Y no oye al profeta que dice: *Si todas las naciones son como gota de una herrada y como grano de polvo en la balanza y serán contadas como saliva, ¿a quién habéis asemejado a Dios?* (Is 40, 12). Y otra vez: *¿Quién ha medido con la mano el agua, y con la palma el cielo, y la tierra entera con el puño?* (ibid.). Si, en comparación de la fortaleza de Dios, el agua se mide con la mano, el cielo con la palma y la tierra toda con el puño (todo lo cual se dice metafóricamente para demostrar, por la magnificencia del Creador, la vileza de lo creado, puesto que Dios no está compuesto de miembros diversos), ¿cómo puede decirse haberse hecho sólo cuanto podía abarcar con su virtud?

18. Demos cabo a lo que hemos comenzado y expliquemos más plenamente nuestro pensamiento. «Si todas las naciones son

tantum eius fecisse uirtutem. Ponamus exemplum, ut quod dicimus manifestius fiat. Si quis opulentus paterfamilias conuiuas ad cenam uoluerit inuitare, et tantas offerre dapes, quae inplere possint auiditatem cenantium, non statim quantum illi comederint, et quantum eis fuerit praeparatum, tantum diues dominus habere poterat; sed praebuit eis quantum conuiuii dignitas exposcebat; sic et omnipotens Deus, uincens conparationis exemplum, non tantas fecit creaturas, quantas poterat, sed tantae ab eo factae sunt, quantae debebant fieri. At ille uerbositatis seminarium contexit, et replicat, et ait: «Tanta fecit Deus quanta poterat conprehendere, et sibi habere subiecta, suaque prouidentia gubernare». Nec audit prophetam dicentem: *Si omnes gentes, ut stilla de situla, et sicut momentum staterae computatae sunt, et quasi saliua deputabuntur, cui adsimulastis Deum?* Et rursum: *Quis mensus est manu aquam, et caelum palma, et omnem terram pugillo?* Si ad conparationem fortitudinis Dei aqua mensuratur manu, et caelum palma, et omnis terra pugillo (haec autem per metaforam dicuntur, ut eorum quae facta sunt uilitas ex factoris magnificentia conprobetur, neque enim diuersitate membrorum conpositus est Deus), quo modo tanta fecisse dicitur, quanta poterat sua uirtute conprehendere?

18. Calcemus quod coepimus, et sensum nostrum plenius explicemus. «Si omnes gentes quasi stillae de situla, et quasi momentum staterae

En conclusión, el cese en el pecado es el comienzo de la virtud, y la incansable meditación de la ley es medicina de los vicios pasados, presentes y venideros. Cuando la ley mantiene seguro a su posesor, éste carece de toda perturbación. Y es así que la sabiduría opera en nosotros el bien, una vez que le hayamos ofrecido, limpia, la morada de nuestro corazón y hayamos convertido nuestros pensamientos en obra. No cabe duda de que tenemos libre albedrío para una y otra parte, para hacer o no hacer el bien, y que, ahogado el mal, nace el bien, y, cuando en el alma se hace el vacío de los vicios, resuena al unísono y bien concertado el coro de las virtudes. Y es así que como la continencia, cuando obtiene la primacía en nuestros cuerpos, no deja que nazcan las enfermedades, y no debilita ni mata a los que la aman, y restablece los pasados achaques a su prístina sanidad, y, expeliendo lo que es contra naturaleza, atrae de nuevo lo conveniente a ella, de manera que, con templanza o equilibrio, se mantenga la razón y orden de la presente vida; así el alma que guarda los preceptos de la ley en cuanto puede soportar la humana naturaleza, se ve

nobis atque dicentis: *Noli timere, quia tecum sum.* Mali interitus est, mala ultra non facere: radix uitiorum legis scita contemnere. Vt peccata germinat neglegentia, ita sollicitudo uirtutes parit. Lex custodita fugat ignominiam, neglecta parturit poenas, et quanto, si despiciatur, seueri iudicis imitatur truculentiam, tanto, si seruetur, clementissimi patris exhibet mansuetudinem.

Igitur peccati cessatio uirtutis principium est, et medicina praeteritorum ac praesentium futurorumque uitiorum legis indefessa meditatio: quae cum possessoris sui habuerit securitatem, cunctis perturbationibus caret. Sapientia quippe in nobis operatur bonum, postquam ei mundum cordis praebuerimus habitaculum, et cogitationes in opera uerterimus. Nec ambigitur quin in utramque partem, uel faciendi, uel non faciendi bona, habeamus liberam facultatem, et oppressis prauis, recta nascantur, tuncque uirtutum inter se concinat chorus, cum uitiorum in animis fuerit solitudo. Sicut enim continentia in corporibus nostris obtinens principatum, infirmitates nasci prohibet, et amatores sui nec debilitat nec occidit, praeteritosque languores in pristinam restituit sanitatem, et expellens quod contra naturam est, reuocat ea quae naturae congrua sunt, ut aequali temperamento uitae huius ratio conseruetur; sic anima legum iussa conseruans, quantum recipere potest humana natura, a malorum contagione

libre del contagio de los males y, de todo punto solícita y mirándose bien en torno, nada consiente que entre en ella que pueda ser contrario a los gloriosos pensamientos. Convertida más bien en templo de Dios, goza a la continua de la solemnidad celeste, teniendo por su riqueza la observancia de la ley que levanta a los caídos y, mientras castiga a unos, corrige a otros, y clamando siempre: *¿Acaso el que cayó no se levantará o el que se alejó no volverá?* (Ier 8,4), infunde esperanza de salud a los penitentes. Avisa para aprovechar, corrige para mejorar e, infundiendo vergüenza de los pasados pecados, obliga a seguir lo mejor, lo cual nadie puede apetecer si antes no condena las llagas de la propia conciencia.

4. Mas, como quiera que la ley se apresura a reducir con óptimos consejos a mejores pensamientos a quienes la descuidan y se hallan hundidos en el error, por ejemplo, cuando traza la lista de las obras malas, y, por lo contrario, no consiente se queden sin galardón aquellos que la obedecen, ni que se vean oprimidos por las eternas angustias, procuremos cuantos celebramos la santa Pascua hacernos amigo, con continencia y ayunos, al dador mismo de la ley; y, pues el profeta promete a quienes celebran la Pascua: *Será corona de honor en mano del Señor y diadema de rey en mano del Dios tuyo* (Is 62,3), busquemos el opíparo banquete de las virtudes, adornándonos, como de ropas de fiesta, de la ciencia de las Escrituras. Preparemos ósculos santos para los ángeles que con nosotros se alegran en el cielo, desterrando toda negligencia y rompiendo toda tardanza, a fin de caminar con alegre paso a par de los discípulos del Señor y decirle a El: *¿Dónde quieres que te preparemos la Pascua?* (Mt 26,17).

secernitur, et ex omni parte sollicita, seque circumspiciens, nihil ad se introire permittit, quod contrarium sit praeclaris cogitationibus. Quin potius in templum uersa Dei, caelesti iugiter sollemnitate perfruitur, habens diuitias obseruantiam legis, quae iacentes suscitat aliosque puniens alios corrigit, et semper clamitans: *Numquid qui cecidit non resurget? aut qui auersus est non reuertetur?* spem salutis largitur paenitentibus; dum monet ut prosit; corripit ut emendet; pudoremque pristinorum iniciens peccatorum, facit meliora sectari, quae appetere non possunt, nisi prius conscientiae uulnera condemnarint.

4. Verum quia lex neglegentes sui et in errore demersos consiliis optimis ad meliora reuocare festinat, quasi norma prauorum operum, eos autem qui sibi oboediunt, absque praemio esse non patitur, neque aeternis angustiis premi; quotquot sanctum Pascha celebramus, continentia atque ieiuniis latorem legis amicum nobis esse faciamus, et propheta his qui Pascha celebrant promittente: *Eris corona decoris in manu Domini et diadema regni in manu Dei tui,* opulentum uirtutum conuiuium requiramus, ornantes nos scientia Scripturarum, quasi sollemnibus uestimentis. Sancta laetantibus nobiscum angelis in caelo oscula praeparemus, fugantes omnem neglegentiam, et rumpentes moram, ut alacri cum discipulis

Así, entrando en el cenáculo de los cielos y celebrando la mística Pascua, podremos cantar: *¡Qué amadas son tus tiendas, Señor de los ejércitos!* (Ps 83,2). Allí, en efecto, hallaremos a los coros de los ángeles y, celebrando con ellos la fiesta, los tendremos por compañeros de los misterios de Dios y nos estremeceremos de gozo inefable, aprendiendo con ellos los secretos de la sabiduría, allí donde no hay engaño de fraude alguno, donde no se deja entrar al convite a quien no lleve ropa de boda, por más que en este mundo se jacte de ser justo. Todos son allí de edad senil, provecta y plena, y, según el profeta, nadie se hallará allí de no madura sabiduría: *Porque habrá,* dice, *niño de cien años* (Is 65,20), dando a entender por la grandeza del número lo consumado de la ciencia. Por eso, *hermanos santos, que tenéis parte en el celeste llamamiento* (Hebr 3,1), oigamos al Salvador, que nos grita por el profeta: *Yo vendré a congregar a todas las naciones, y vendrán y verán mi gloria, y enviaré sobre ellos un signo del mundo* (Is 66,18-19).

5. Apresurémonos a la solemnidad y digamos: *Lejos de mí gloriarme si no es en la cruz de Cristo* (Gal 6,14). Dará, sí, dará gozo a los que trabajan y bendecirá a los que ayunan, diciendo: *Serán para la casa de Judá para gozo y alegría y para solemnidades buenas y os alegraréis: Amad la verdad y la paz* (Zach 8,19). Porque no de todos es la solemnidad, sino de la casa de Judá, es decir, de la Iglesia de Cristo. Así, pues, ya que, según el salmista, es *tiempo de obrar por el Señor* (Ps 118,126), y Pablo escribe: *Ha pasado la noche y se acerca el día; rechacemos, por ende, las*

ad Saluatorem pergamus incessu, dicamusque ei, *Vbi uis paremus tibi Pascha?* atque in caelorum cenaculo constituti ac mysticum Pascha facientes, possimus canere: *Quam dilecta tabernacula tua, Domine uirtutum!* Ibi enim angelorum repperiemus choros, et cum eis festa celebrantes, habebimus eos socios mysteriorum Dei, et exultatione ineffabili gestiemus, sapientiae cum illis sacramenta discentes, ubi nulla fraudis deceptio est, ubi qui uestem non habet nuptialem conuiuium intrare prohibetur, licet in praesenti saeculo iustum esse se iactet. Omnes sunt ibi senescentis ac prouectae plenaeque aetatis; nullusque ibi, iuxta prophetam, inmaturae sapientiae repperietur: *Erit enim,* inquit, *iuuenis centum annorum,* magnitudine numeri perfectionem eruditionis ostendens. Vnde, fratres sancti, caelestisque uocationis participes, Saluatorem per prophetam audiamus clamantem: *Veniam congregare omnes gentes, et uenient et uidebunt gloriam meam et dimittam super eos signum mundi.*

5. Ad sollemnitatem properemus, atque dicamus: *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Christi.* Dabit, inquam, dabit, laborantibus gaudium, et ieiunantibus benedicens loquetur: *Erunt domui Iudae in gaudium et laetitiam, et in sollemnitates bonas, et laetabimini; ueritatem ac pacem diligite;* non est enim omnium sollemnitas, sed domui Iuda, id est, Ecclesiae Christi. Igitur quia secundum psalmistam, *tempus faciendo Domino,* et Paulus scribit: *Nox praecessit, dies autem appropinquauit; abicia-*

obras de las tinieblas y vistámonos las armas de la luz; como de día que es, caminemos honestamente, no en comilonas y embriagueces, no en disolución e impureza, no en contienda y emulación; revestíos, más bien, del Señor Jesucristo y no hagáis caso de la carne y sus concupiscencias (Rom 13,12ss), justo es que todos celebremos dignamente la solemnidad purificados por el temor de Dios; que compremos la castidad a precio de continencias y ayunos y, con fe vigilante, despertemos nuestra dormida inteligencia e imitemos al sapientísimo Daniel, de quien se escribe: *Hay un varón en tu reino en que está el espíritu de Dios, y en los días de tu padre se halló en él vigilancia y sabiduría* (Dan 5,11). Y es así que quienes tienen cuidado de sí mismos para adelantar siempre hacia lo mejor, llevando la ley como guía fortísima, obedecen a los mandatos de ella, derriban los pecados que los acometen e ilustran con el brillo de sus obras la festividad de la Pascua, y, despreciando por la tranquilidad de la conciencia los tiros de las perturbaciones, anticipan por la esperanza la victoria. Y a los que a éstos imitan, antes de entrar en la batalla, por el deseo de la virtud arrebatan la palma de los triunfos y, contemplando a cara descubierta la corona que poseen en el cielo los vencedores del lúbrico placer, vociferan y dicen: *El Señor Dios es mi fortaleza y pondrá mis pies sobre lo más alto, me asentará sobre la cima, para vencer mientras le canto* (Hab 3,19).

6. Y no pensemos, hermanos carísimos, que la lucha ha de ser eterna, y por ello nos cansemos. Sepamos que su término es la corona de justicia, que ninguna sucesión de siglos marchitará.

mus ergo opera tenebrarum, et induamur armis lucis, sicut in die honeste ambulemus, non comessationibus et ebrietatibus, non cubilibus et inpudicitiis, non contentione et aemulatione; sed induite Dominum Iesum Christum, et carnis curam ne feceritis in desideriis. Iustum est cunctos Domini timore purgatos dignam sollemnitatem, continentiis et ieiuniis redimere castitatem, et dormientem sensum uigili suscitare fide, imitarique sapientissimum Danihelem, de quo scribitur: *Est uir in regno tuo, in quo est spiritus Dei, et in diebus patris tui uigilantia et sapientia inuentae sunt in eo.* Qui enim curam sui gerunt, ut ad meliora proficiant, habentes legem quasi fortissimum ducem, parent imperiis eius, et uenientia contra se peccata subuertunt, splendore operum inlustrantes Paschae festiuitatem; et securitate conscientiae perturbationum iacula neglegentes, spe anticipant uictoriam. Qui autem horum imitatores sunt, antequam ineant praelium, desiderio uirtutis palmam occupant triumphorum, coronamque quam uictores lubricae uoluptatis in caelestibus possident, reuelata facie, animo contemplantes, uociferantur et dicunt: *Dominus Deus, fortitudo mea, et ponet pedes meos in consummationem, super excelsa statuens me, ut uincam in cantico eius.*

6. Nec putemus, fratres carissimi, certamen esse perpetuum, ut idcirco lassemur; sed sciamus finem huius coronam esse iustitiae, quam nulla saeculorum corrumpet aetas. Stadium uitae istius et certaminis tem-

El estadio de esta vida en que combatimos es temporal, y quienes lo recorran sin tropezar y lleguen a la meta de los galardones hallarán mansiones nuevas y celebrarán entre cánticos su victoria. Así, pues, como quiera que la gracia del Señor nos asegura el triunfo contra los perversísimos démones, celebremos ritualmente los ayunos a fin de participar también ritualmente de la solemnidad. No suspiremos, como suelen algunos ricos glotones, por la copa de vino durante los días de cuaresma, ni en plena batalla, donde se requiere sudor y trabajo, nos deleitemos con la comida de carnes. Y es así que la crápula y embriaguez y demás regalos de la vida presente agotan el opulentísimo tesoro de las almas, y, mezclándose con ella, sofocan la ubérrima semilla de la ciencia y la doctrina. Por eso, nuestro Señor y Salvador, incitando a sus discípulos al rigor de la templanza, les decía: *¡Cuidado, no se agraven vuestros corazones con la crápula y embriaguez y preocupaciones de la vida presente y os sorprenda repentinamente aquel día. Porque como lazo caerá sobre todos los que se sientan sobre la haz de la tierra* (Lc 21,34-35). Levantaos, separémonos de aquellos a quienes, por su negligencia, muy pronto los alcanzarán los suplicios. Mas los que guardan los preceptos de la ley ignoran el vino durante los ayunos, repudian la comida de carnes y reprimen por el temor de Dios la avaricia insaciable. De ahí que la Escritura no cesa de clamar a los continentes: *No beberán vino ni bebida fermentada.* Los judíos, al contrario, por su culpa oyen: *Dabais de beber vino a los santos, y a los profetas les mandabais diciendo: No profeticéis* (Am 2,12). Los que se dejan llevar del placer de la intemperancia no pueden recibir la corrección, ni es

porale est; qui autem inoffenso cucurrerint gradu, et ad calcem uenerint praemiorum, nouas inuenient mansiones, uictoriam canticis demonstrantes. Itaque gratia Domini triumphos nobis de sceleratissimis daemonibus pollicente, ieiunia rite celebremus, ut sollemnitatis quoque rite participes simus. Nequaquam diebus quadragesimae, sicut luxuriosi diuites solent, uini poculum suspiremus, neque in procinctu et praelio, ubi labor et sudor est necessarius, carnium edulio delectemur. Crapula quippe et ebrietas, et ceterae huius uitae inlecebrae opulentissimum animarum thesaurum exhauriunt, et sementem scientiae doctrinaeque uberrimam sui admixtione suffocant. Quam ob rem Dominus atque Saluator prouocans discipulos suos ad rigorem continentiae, loquebatur: *Adtendite uobis, ne forte grauentur corda uestra in crapula et ebrietate et curis huius uitae, et superueniat in uos repentina dies illa; tamquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terrae. Surgite: abeamus hinc,* quos ob neglegentiam sui poenae ilico consequentur. Qui autem legum praecepta custodiunt, ignorant uinum in ieiuniis, carnium esum repudiant, et insatiabilem auaritiam Dei timore conpescunt. Vnde ad continentes scriptura cotidie clamitat: *Vinum et siceram non bibent.* Et e contrario Iudaei ob culpam audiunt: *Dabatis bibere sanctis uinum et prophetis praecipiebatis, dicentes: ne prophetetis.* Non possunt suscipere cor-

posible amen los ayunos quienes no refrenan por la razón y consejos los hartazgos de su vientre, ellos que, por su desidia y por un placer fugaz y perecedero, infaman la profesión de la virtud, no se avergüenzan de beber vino a escondidas y, evitando a sus fauces ávidas los testigos, ingurgitan en sus aposentos licores suaves, y de este modo truecan por demasías y embriagueces, en tiempo de ayuno, la abstinencia y ayunos que espontáneamente debieran apetecer. No saben que, aun suponiendo que eludan el conocimiento de los hombres y, a sombra de tejado, se harten de carnes y con inmundas manos despedacen aves de altanería durante los días de cuaresma y en la proximidad de la Pascua, simulando por fuera el ayuno con cara triste; no saben, decimos, que a los tales reprende el Señor diciendo: *Estos cometen grandes iniquidades, y se apartan de mi santuario* (Ez 8,6). No conviene que los ayunantes coman carnes durante el tiempo del combate y la batalla, pues la Escritura nos avisa: *Afligiréis vuestras almas* (Lev 16,29). Tampoco andar a la búsqueda, con solícito trabajo, de faisanes y aves parleras, y engullir su gordura con anhelante garguero; ni adquirir a precio de oro cocineros que calmen el furor del estómago con múltiples caldos, con carnes que la maceración trueca de todo punto y con el vario sabor de los manjares, cuando vahean los platos y con su buen olor halagan la furia del garguero. Buscar vinos de vario color y gusto es igualmente una injuria a la templanza.

7. La historia del santo Daniel y la concorde virtud de los tres jóvenes nos enseña a apetecer y honrar los ayunos. Para encerrar en breves palabras largos discursos, sólo diré que, trocada

reptionem, qui luxuriae oblectatione capiuntur, neque uentris ingluuiem ratione et consiliis non refrenantes amare ieiunia, qui desidia et peritura cito uoluptate, studium uirtutis infamant, non erubescentes uinum clam bibere, et auidis faucibus arbitros declinantes, in cubiculis mulsa potare, ut innediam et ieiunia, quae ultro adpetere debebant, ieiuniorum tempore luxuria et ebrietate conmutent: nescientes quod, etiam si hominum conscientiam fugiant, et clausis parietibus uescantur carnibus, atque aues altiles diebus quadragesimae et propinquante Pascha inmundis manibus lacerent, tristi uultu foris ieiunia promittentes, corripiat huiuscemodi Dominus, et dicat: *Iniquitates magnas faciunt isti, ut recedant a sanctis meis.* Non decet ieiunantes tempore agonis et praelii uesci carnibus, monente scriptura: *Adfligetis animas uestras.* Neque fasides aues sollicito labore perquirere, et garrulas uolucres, aerumque pinguedinem hianti ingerere gulae; nec inuestigare magni pretii cocos, qui uentris rabiem iure multiplici, et carnibus contusione mutatis, diuersoque ciborum sapore demulceant, fumantibus patinis et nidore sui furori gutturis blandientibus, cum in iniuriam continentiae diuersi saporis et coloris uina quaerantur.

7. Docet nos sancti Danihelis historia et trium puerorum uirtus consona adpetere et honorare ieiunia, qui, ut longos sermones breui artem conpendio, in seruitutem libertate mutata, cum captiui debuerint deside-

su libertad en servidumbre, cuando, como cautivos, debieran haber echado menos el regalo, ellos despreciaron los manjares de Babilonia, y a la mesa del rey prefirieron una comida sencilla. Había, en efecto, mandado el rey Nabucodonosor al príncipe de los eunucos que introdujera en palacio algunos muchachos, de entre los cautivos de Israel, que fueran de regia alcurnia, sin tacha, hermosos de cuerpo y aptos para aprender a fondo la ciencia. Tenían que vivir en el palacio del rey, aprender las letras y lengua de los caldeos, comer de los restos de la regia mesa y beber vinos tomados de ella. Así, pues, son escogidos de la tribu de Judá Daniel, Ananías, Azarías y Misael, concordes por su linaje y por su fe, cuya nobleza se había trocado por dura servidumbre. De ellos, Daniel, como atestigua la Escritura, *se propuso en su corazón no mancillarse de la mesa del rey* (Dan 1,8). Los otros tres jóvenes, no menos unidos por la religión que por el parentesco, admiran el consejo de Daniel y aprueban su sabiduría, y todos juntos ruegan al príncipe de los eunucos y, con ayuda de la clemencia de Dios, alcanzan lo que desean y, en tierra de cautividad, mantienen la nobleza de su linaje. Temía el encargado de ellos que el rostro más risueño de los otros muchachos lo condenara a él a pena capital; pero ellos, con razón y consejo, lo calman y le dicen estas palabras: *Prueba a tus siervos durante diez días y désenos de comer legumbres, y beberemos agua, y luego aparezcan ante tu vista los rostros nuestros y los rostros de los jóvenes que comen de la mesa del rey, y, conforme vieres, así obra con tus siervos* (Dan 1, 12-13). Confiaban, efectivamente, que el deseo de la virtud, sostenido por la bondad de Dios, mantendría sus cuerpos hermosos

rare delicias, contempserunt Babylonias dapes, et simplicem cibum regali mensae praetulerunt. Praeceperat quippe rex Nabuchodonosor eunuchorum principi, ut de filiis captiuitatis Israhel et de regio semine pueros, in quibus nulla esset macula, pulchros corpore, et aptos ad sapientiam perdiscendam, intro duceret palatium, ut essent in aula regis, discerent litteras ac linguam Chaldaeorum, et de reliquiis mensae eius uiuerent, atque inde accepta uina potarent. Eliguntur itaque de tribu Iuda, Danihel, Ananias, Azarias, Misahel, et genere concordes et fide, quorum nobilitatem dura mutauerat seruitus. E quibus Danihel, sicut Scriptura testatur, *posuit in corde suo non coinquinari de mensa regis*. Tres quoque pueri non minus religione quam propinquitate sociati, suscipiunt uiri consilium et adprobant sapientiam, simulque eunuchorum principem deprecantes, Dei opitulante clementia, inpetrant quod desiderant, et in terra captiuitatis seruant generis nobilitatem. Nam timentem praepositum, ne aliorum puerorum uultus hilarior capitali se poenae addiceret, ratione et consilio leniunt, his uerbis loquentes: *Tempta pueros tuos diebus decem, et detur nobis de seminibus, et comedemus, et aquam bibemus, et appareant in conspectu tuo uultus nostri et uultus puerorum qui comedunt de mensa regis, et sicut uideris, ita facies cum seruis tuis*. Fidebant enim quod uirtutis desiderium Dei clementia sustentatum, pulchra et fortia

y fuertes, la fe vencería toda deformidad y ninguna flaqueza habría de menoscabar el brillo de la hermosura.

8. Os hemos recordado, hermanos carísimos, esta historia —pues conocemos las palabras del apóstol Pablo, que, ensalzando las virtudes de los santos, dice: *Considerando el término de su vida, imitad también su fe* (Hebr 13,7)—, a fin de persuadir a quienes en tiempo de ayunos se regalan con comidas de carnes, a que imiten la templanza de los santos, a los que ninguna violencia pudo vencer, y hacerles perder el rigor de la virtud. No dieron muestras, por temor al imperio de los babilonios, de un deleite cautivo, sino que permanecieron libres y superaron por la razón los deseos del vientre, y vencieron la demasía picante de la gula, y nos dejaron, en fin, los ejemplos de su fortaleza. Habitaban con el cuerpo en Babilonia; pero, con su espíritu y con su fe, moraban con los ángeles en la Jerusalén celeste. Así enseñaban a toda edad por venir que, en tiempo de ayunos, hay que abstenerse de vino y carnes, hay que buscar las legumbres de la tierra y beber agua, todo lo cual es cortejo de la castidad.

9. ¿A qué hacer mención de las insignes victorias de los Macabeos? Ellos que, antes que comer de las carnes prohibidas y tocar manjares profanos, entregaron sus cuerpos a los tormentos. Por todo el orbe, en las iglesias de Cristo, se cantan sus alabanzas, por haber sido más fuertes que los suplicios, más ardientes que el fuego que los abrasaba. Vencidas fueron en ellos todas las máquinas de la crueldad, y cuanto inventara la furia del perseguidor lo sobrepujó la fortaleza de los mártires. Recordando en-

corpora conseruaret, et omnem deformitatem fides uinceret, et nitorem pulchritudinis nulla macies conmutaret.

8. Haec idcirco, fratres carissimi, replicauimus, ut Pauli apostoli de sanctorum uirtutibus praedicantis uerba noscentes, in quibus ait: *Quorum considerantes exitum conseruationis, imitamini fidem,* suadeamus eis qui tempore ieiuniorum esu carnium delectantur, imitari sanctorum continentiam, qui nulla ui superari potuerunt, ut rigorem uirtutis amitterent, ut Babyloniorum imperium formidantes, captiuam in se ostenderent uoluptatem, sed manserunt liberi, uentrisque desideria ratione superarunt, et titillantem gulae uicere luxuriam, nobisque suae fortitudinis exemplaria reliquerunt, habitantes in Babylone corporibus, sed sensu et fide cum angelis in caelesti Hierusalem morantes, ut omnem deinceps aetatem docerent, ieiuniorum tempore a uino et carnibus abstinendum, quaerenda de terra semina, potandam aquam, quibus comitibus utitur pudicitia.

9. Quid memorem insignes Machabaeorum uictorias? qui, ne inlicitis carnibus uescerentur et communes tangerent cibos, corpora obtulere cruciatibus, totiusque orbis in ecclesiis Christi laudibus praedicantur, fortiores poenis, ardentiores quibus conburebantur ignibus. Victa sunt in eis omnia crudelitatis ingenia, et quidquid ira persecutoris inuenerat patientium fortitudo superauit. Inter poenas magis paternae legis quam dolorum memores lacerabantur uiscera, tabe et sanie artus defluebant, et tamen sententia perseuerabat inmobilis; liber erat animus, et mala praesen-

tre los tormentos más la ley paterna que sus propios dolores, se desgarraban sus entrañas, los miembros manaban materia y pus, y, sin embargo, su sentir seguía inmóvil; el alma estaba libre, y, con la esperanza de los bienes futuros, despreciaba los males presentes. Los verdugos se cansaban, pero no se cansaba la fe; se quebrantaban los huesos y, en la rueda voluble, se descoyuntaba toda la trabazón de los nervios y articulaciones, y las llamas que respiraban muerte se levantaban a inmensa altura; llenas estaban las sartenes de aceite hirviendo, y, para freír los cuerpos de los santos, crepitaban con terror increíble. Y, sin embargo, entre todos estos horrores, no sentían lo que padecían, sino lo que deseaban ver. Y es así que el alma que tiene por valla el temor de Dios, supera las llamas y desprecia los dolores varios de los tormentos. Una vez que se ha entregado a la virtud, pisa y desprecia cuanto de adverso pueda sucederle. Tal fue Pablo cuando escribía: *Pero en todo esto vencemos por Aquel que nos ha amado* (Rom 8,37). Y es así que lo que no puede soportar la fragilidad de la carne, superada la natural flaqueza, lo vence el alma que por la fe conversa con Dios.

10. Así, pues, los que ayunan, es decir, los que imitan en la tierra la vida de los ángeles y se acuerdan del dicho del Apóstol: *El reino de Dios no es comida y bebida, sino justicia, y gozo, y paz, y alegría* (Rom 14,17), se granjean por la continencia, con breve y ligero trabajo, grandes y eternos galardones. Reciben mucho más de lo que ofrecen y mitigan las aflicciones presentes con la gloria del tiempo futuro, pues quienes luchan por la virtud de este palenque verán un día el fin de su combate. Ahora bien, los que traban batalla contra los vicios y consagran sus almas a las

tia futurorum spe despiciebat; lassabantur tortores, et non lassabatur fides; frangebantur ossa, et uolubili rota omnis conpago neruorum atque artuum soluebatur, et in inmensum spirantia mortem incendia consurgebant; plenae erant feruentis olei sartagines, et ad frigenda sanctorum corpora terrore incredibili personabant; et tamen inter haec omnia paradisum animo deambulantes, non sentiebant quod patiebantur, sed quod uidere cupiebant. Mens enim Dei timore uallata flammas superat, uarios tormentorum spernit dolores. Cumque semel uirtuti se tradiderit, quidquid aduersi euenerit, calcat et despicit. Qualis fuit Paulus scribens: *In his omnibus superamus per eum qui nos dilexit.* Quod enim sustinere non potest carnis fragilitas, naturali infirmitate superata, uincit animus, fide conloquens Deo.

10. Ergo qui ieiunia, id est, conuersationem angelicam imitantur in terris et meminerunt illius dicti: *Regnum Dei non est cibus et potus, sed iustitia et gaudium et pax et laetitia,* per continentiam breui et paruo labore magna sibi et aeterna conciliant praemia; et multo plus accipiunt quam offerunt, et futuri temporis gloria praesentes angustias mitigant, quia in hoc stadio pro uirtute pugnantibus, finis erit aliquando certaminis. Qui autem pugnam ineunt contra uitia et sapientiae disciplinis suas animas dedicarunt, quantumque patitur humana conditio, scientiam adpe-

disciplinas de la sabiduría, a despecho de todo lo que sufra la humana naturaleza, contemplando por espejo e imagen, por la inteligencia y la fe, el reino de los cielos, alcanzarán los premios eternos, a los que tiempo alguno no pondrá fin.

El día y la noche se suceden a intervalos fijos de horas y, decreciendo paulatinamente, pierden lo que reciben y devuelven lo que recibieron, conviniendo en la misma medida dos veces al año. Y no permanecen en el mismo estado, sino que, por la brevedad y longitud de las horas, distinguen los momentos y constituyen una variedad de tiempos útil para el mundo. Y es así que el día, por su orden y circuito, toma prestado de los tiempos de la noche, y la noche, a su vez, recibe lo que diera; y al dar y recibir alternativamente y, por una especie de rueda, lo que poco a poco perdieron en su decrecimiento, lo recuperan insensiblemente en su crecimiento, y así pregonan la sabiduría de Dios creador.

Y por esta sucesión de intervalos se cumple el giro mensual de la luna o se termina el año del sol, que vuelve sobre sus pasos, y mientras crecen y decrecen y al caer de lo pasado sucede lo futuro, se van mudando los tiempos, que son siempre a par los mismos y otros. De ahí que la luna, creada por sapientísimo artificio de Dios y pasando por sus varias fases, tiende a su plenitud y se apresura luego a su mengua, de modo que cuanto creciendo adquirió lo pierde y se le va en sus menguantes. Nunca permanece en un mismo estado, sino que, subiendo y bajando, de la pobreza pasa a las riquezas y de las riquezas vuelve a la pobreza, demostrando por la diversidad misma de sus formas que es mudable y creada. Mas ¿quién podrá con palabras dignas explicar la ca-

tunt futurorum, per speculum et imaginem, sensu et fide caelorum regna cernentes, consequentur aeterna praemia, et nullo temporum fine claudenda.

Dies et nox certis horarum sibi succedunt spatiis, paulatimque decrescentes, quod amittunt recipiunt, et quod receperint tribuunt, ad eandem mensuram bis in anno conuenientes; nec manent in eodem statu, sed breuitate et longitudine horarum momenta discriminant, ut utilem mundo faciant temporum diuersitatem. Namque dies ordine et circulo suo de noctis temporibus mutuatur, et rursum nox recipit quod largita est; dumque uicissim et tribuunt et accipiunt, et orbe quodam quod paulatim amiserant decrescentes, sensim crescentes recipiunt, creatoris Dei interpretantur sapientiam.

Atque ex hac uicissitudine spatiorum uel menstruus lunae orbis efficitur, uel solis sua per uestigia reuertentis annus inpletur, dumque crescunt dumque decrescunt et lapsui praeteritorum futura succedunt, eadem semper atque alia tempora conmutantur. Vnde et luna prudentissimo Dei artificio condita, et formarum mutans uarietates, ad plenitudinem tendit et festinat ad diminutionem, ut quidquid crescens adquisierat, perdat amittatque decrescens. Nec stat in eodem statu, sed quibusdam gradibus ascendens atque descendens, de paupertate pergit ad diuitias, et de diuitiis

rrera del sol y el círculo del año que corresponde a la medida mensual? Gira por las cuatro estaciones y vuelve siempre sobre sí mismo y se desliza con orden eterno; de modo que lo que el espacio lunar llena en treinta días y noches, el curso del sol lo realiza en un ciclo que dura un año. Y cuando llega a la igualdad del día y de la noche, se detiene un momento en el fiel de la balanza; pero en seguida se apresura a la desigualdad, dejando el punto a que había llegado. Esto pienso yo que dice el Eclesiastés en su libro (para no tomar lo nuestro de fuentes ajenas): *El espíritu va girando que gira, el espíritu vuelve sobre sus giros* (Eccl 1,6). Con lo que indica la carrera anual del sol, que, por la misma rueda del tiempo, vuelve sobre sí mismo y se encamina al punto de donde partiera.

11. Empero la santa y celeste solemnidad, que nos envía los rayos de su fulgor, no se encierra en espacio alguno, y cuando terminaren los combates de los santos y el trabajo del siglo presente, a ellos sucederán perpetuo gozo y festividad eterna. Por eso, los varones perfectos, separando sus almas de toda niebla de error, cantan ya ahora la fiesta: *Entremos por sus puertas entre bendiciones y por sus atrios con himnos* (Ps 99,4), saludando así con alegres voces el advenimiento del Salvador. Hubo un tiempo en que la maldad imperaba en el orbe entero y los démones derramaban tinieblas sobre los ojos humanos. Nadie había que pudiera ayudarnos, según lo que está escrito: *Miré en derredor mío, y no había quien me auxiliara; levanté los ojos, y no vi a nadie que me protegiera* (Is 63,5). Y para poner un día término a la

redit ad paupertatem, ipsa diuersitate formarum mutabilem et conditam se esse demonstrans. Quis uero possit digno sermone exprimere solis cursum et anni circulum rationi menstruae congruentem, dum per quattuor uoluitur tempora, et in se semper reuertitur, eademque mensura conscendit atque descendit, et aeterno ordine labitur: ut quod lunare spatium triginta diebus inplet ac noctibus, hos solis cursus spatiis anni uertentis efficiat? Cumque ad aequalitatem diei noctisque peruenerit, et parumper in libra iusti cursus steterit, festinat ad inaequalitatem, deserens ad quod peruenerat. Quod puto Ecclesiasten, ne de alienis nostra fontibus hauriamus, in uolumine suo dicere: *Gyrans gyrando uadit spiritus, et in circulos suos reuertitur spiritus,* annuum solis cursum significantem qui eadem temporum rota in semet reuertitur, rediens ad ea unde profectus fuerat.

11. Sancta uero caelestisque sollemnitas radios nobis sui splendoris emittens, nullis spatiis terminatur; cumque sanctorum certamina et praesentis saeculi labor finem acceperint, succedent perpetuum gaudium et aeterna festiuitas. Vnde perfecti uiri animas suas ab omni errorum caligine separantes, iam nunc festa decantant: *Introeamus portas eius in confessione, atria eius in hymnis,* Saluatoris aduentum laetis uocibus personantes. Cum enim in toto orbe regnaret malitia, et tenebras humanis oculis daemones offudissent, neque posset eis ullus opitulari, iuxta illud quod scriptum est: *Respexi, et non erat qui auxiliaretur; consideraui, et*

impiedad y destruir el embuste de la idolatría, la Palabra viva de Dios, sin omitir nada de nuestra semejanza, a excepción del pecado, que no tiene consistencia, se dignó venir a nosotros de nueva manera, es decir, haciéndose hijo del hombre y permaneciendo hijo de Dios. Cierto que, nacido de una virgen, las inteligencias necias lo tenían por lo que aparecía a los ojos; pero, por sus obras y por la magnitud de sus milagros, los inteligentes lo discernían como Dios invisible, y al que su faz lo mostraba como hombre, sus milagros hacían ver que era Dios, cubierto por la vileza de la forma servil. Aunque los judíos lo entregaron y gritaron con impías voces que fuera crucificado, blasfemando de Dios al matar su cuerpo o, por mejor decir, hechos esclavos de la impiedad por matar la carne del Señor, sin embargo, al marchar intrépidamente a la muerte para darnos ejemplo de virtud, se mostró en la pasión misma señor de la gloria, pues permaneció impasible en la majestad de su divinidad y sólo se le vio pasible en su carne, según la palabra del bienaventurado Pedro (1 Petr 3,18). Por eso, padeciendo por nosotros, no huyó de la muerte, no fuera que nosotros, por miedo a la muerte, perdiéramos, en nuestra lucha por la religión, la victoria que El consiguiera. La verdad es que, de haber temido la cruz, haciendo lo contrario de lo que enseñara, ¿qué discípulo suyo tuviera ganas de luchar por la religión?

Así, pues, necios e incrédulos hacen burla de Aquel que ha sometido a su fe la redondez de la tierra y ha dado a los santos la dignidad del nombre cristiano. Y, no obstante brillar para todos

nullus qui susciperet, ut finem haberet aliquando inpietas, et destrueretur idolatriae fraudulentia, uiuens Sermo Dei nihil de nostra relinquens similitudine, absque solo peccato quod substantiam non habet, nouo modo ad nos uenire dignatus est, ut fieret filius hominis et permaneret Dei Filius; natus quippe ex uirgine, hoc tantum stultis mentibus credebatur quod oculi demonstrabant. Ex operibus uero et signorum magnitudine Deus inuisibilis a prudentibus cernebatur, quemque facies hominem demonstrabat, hunc uirtutes significabant Deum seruilis formae uilitate coopertum. Quamquam enim tradiderint eum Iudaei, et crucifigendum uocibus inpiis conclamarint, interfectione corporis eius Deum blasphemantes, immo occisione carnis dominicae serui inpietatis effecti, tamen ad mortem intrepidus accedens ut nobis uirtutis praeberet exemplum, Dominus gloriae in ipsa passione monstratus est, inpassibilis diuinitatis permanens maiestate, et carne passibilis iuxta beati Petri repertus eloquium. Et ideo pro nobis patiens, non fugit mortem, ne nos timore mortis eius pro pietate bellantes, uictoriam perderemus. Nam si timuisset crucem, contraria his quae docuerat gerens, quis discipulorum eius libens pro religione pugnasset?

Inridetur itaque ab stultis et incredulis, qui orbem terrarum suae subiecit fidei, et nominis Christiani sanctis largitus est dignitatem. Cumque magnitudo uirtutum eius omnibus clareat, blasphemare non cessant.

la magnitud de sus prodigios, ellos no cesan de blasfemar. Mas ese que es objeto de burla ha demostrado por sus obras ser Dios, pues ha derribado los templos de los ídolos y ha confundido la astuta impiedad de los origenistas. El padre de éstos, Orígenes, engañó con su persuasión los oídos de los simples y ligeros, pero fue a la manera como las oleadas que vienen de alta mar suelen chocar en la costa y, entre moles de espuma, romperse sobre sí mismas.

12. Así, pues, nosotros, a ese hombre que se atrevió a escribir que los cuerpos fueron fabricados por razón de la caída de criaturas racionales, digámosle incitados por el celo de la fe: «Si te place pareja impiedad, ¿cómo es que Pablo escribe: *Quiero que las mozas se casen y procreen hijos?* (1 Tim 5,14). ¿Mandó Pablo las nupcias para que los cuerpos que nacen de las mujeres sirvan de cárcel a los ángeles que caen del cielo y que, según tu sentencia, se convierten en almas, o la unión marital, que obedece a la sentencia de Dios, tiene por fin la conservación del género humano? Porque si quiere el Apóstol que las mozas se casen y procreen hijos y de ellas nazcan cuerpos humanos; si, por otra parte, las almas errantes son vestidas de cuerpos por razón de castigos y suplicios, a nadie cabe duda que los vínculos del matrimonio se imponen a las mozas no por razón de la generación, sino por los castigos de las almas». Pero lejos de nosotros creer eso, creer que la alianza de marido y mujer proceda no de bendición, sino de pecado.

Tampoco, al plasmar Dios a Adán y Eva, los unió con su bendición por razón de las almas que se precipitan del cielo ni

Ille uero qui inridetur Deus operibus demonstratus est, ut daemonum templa subuerteret, ut Origenistarum inpietatem argueret uersipellem; quorum auctor Origenes, ita aures simplicium et leuiorum sua persuasione decepit, ut solent in litora ex alto uenientes inlidi gurgites, et in semet spumanti mole confringi.

12. Nos ergo ad eum qui ausus est scribere, ruina rationabilium creaturarum esse corpora fabricata, zelo fidei concitati loquamur: «Si tibi huiusce modi inpietas placet, quomodo Paulus apostolus scribit: *Volo adolescentulas nubere, filios procreare?* Vtrum idcirco praecepit nuptias, ut ex mulieribus nascentia corpora, ruentibus de caelo angelis et uersis iuxta te in animas, carceres praepararent? An ut coniunctio maritalis, Dei sententiae seruiens, conseruet humanum genus? Si enim uult adolescentulas nubere et filios procreare, per quas nascuntur corpora humana, corporibus autem propter poenas atque supplicia errantes animae uestiuntur, nulli dubium quin propter poenas animarum et non propter generationis ordinem nuptiarum adulescentulis uincla tribuantur». Verum absit ut ita esse credamus, et mariti uxorisque foedera non ob benedictionem, sed ob peccatum iuncta credamus.

Nec Adam et Euam plasmans Deus, propter animas de caelo ruentes et lapsum rationabilium creaturarum benedictione sociauit: *Crescite et*

por caída alguna de criaturas racionales, cuando les dijo: *Creced y multiplicaos y llenad la tierra* (Gen 1,28). Si por pecados anteriormente cometidos en el cielo son enviadas las almas a la tierra para ser aquí encadenadas a los cuerpos, miente Pablo cuando escribe: *Honroso es el matrimonio y el lecho sin mácula* (Hebr 13,4). Pero Pablo no miente en absoluto. Luego los cuerpos no son fabricados por razón de la caída de las almas, sino para compensar en el mundo, por la sucesión de los que nacen, la mengua de los que mueren, y así vencer, por sucesión perpetua, la brevedad de la vida humana. Porque si, al caer y quedar ligadas a los cuerpos, son bendecidas por Dios, serán de mejor condición una vez que hayan recibido los cuerpos; pero, si son echadas acá abajo para recibir cuerpos en castigo de pecados, ¿cómo son bendecidas en cuerpos a que vinieron a parar por razón de pecados? Una de dos: o antes de la caída gozaron de bendición, o después de la caída y ligadas a los cuerpos no pueden en modo alguno ser bendecidas. Porque, si a aquella vida le sigue la bendición, a ésta tiene que dejarla; si se pasa a ésta, se demuestra que en aquélla no la hubo. Ahora, si antes de caer, y cuando no estaban aún vestidas de cuerpo, fueron bendecidas, y, caídas y con cuerpos, también lo fueron, vida anterior y posterior estarán en la misma condición en punto a bendiciones. Lo cual no es en modo alguno lógico, pues las pecadoras merecen suplicio, y las no pecadoras, bendición. Respondan lo que quisieren del dilema; no dejarán de caer en defecto por no querer someterse a la regla de la doctrina de la Iglesia. Porque si las almas, cayendo del cielo por sus pecados, han sido atadas a los cuerpos como en cárceles y cade-

multiplicamini, dicens, *et replete terram.* Si enim propter peccata in caelis praecedentia ad terras missae sunt animae ut corporibus ligarentur, mentitur Paulus scribens: *Honorabiles nuptiae et cubile inmaculatum.* Sed nequaquam ille mentitur. Igitur non propter ruinam animarum corpora fabricantur, sed ut mundus successione nascentium, morientium damna conpenset, et breuitatem humanae uitae uincat successione perpetua. Nam si ruentes uinctaeque corporibus benedicuntur a Deo, melioris condicionis erunt, postquam corpora susceperint; quodsi idcirco deiciuntur, ut in ultionem peccatorum corpora accipiant, quomodo benedicuntur in corporibus ad quae ob peccata uenerunt? E duobus enim alterum erit; aut ante ruinam fuisse eas in benedictione, aut post ruinam uinctas corporibus nequaquam posse benedici. Si enim illam uitam benedictio sequitur, istam deserit; si ad istam transfertur, in illa non fuisse conuincitur. Quod si et antequam ruerent, necdumque humanis corporibus uestirentur, fuerunt in benedictione, et ruentes, habentesque corpora, rursus benedictae sunt, similis erit iuxta benedictionis conditionem et prior uita, et posterior; quod nequaquam consequens est, quia peccatrices supplicia, non peccantes benedictionem merentur. Quidquid e duobus uerum esse responderint, uitio subiacebunt, nolentes ecclesiasticae doctrinae regulam custodire. Siue enim propter peccata de caelo animae corruentes instar carceris et cate-

nas, dígannos cómo fueron bendecidos Adán y Eva, varón y hembra, mientras vivían en sus cuerpos (porque no hay que pensar, siguiendo los delirios de los herejes, que las almas desnudas se llaman varón y mujer, sino los cuerpos que distinguen uno y otro sexo), o si antes de estar en los cuerpos moraban en las regiones celestes y vivían bienaventuradas sin sus cuerpos y merecían bendición, ¿por qué razón antes de que cayeran fueron bendecidos, o después que cayeron y, en pena de su caída, fueron atadas a los crasos cuerpos, otra vez se les hizo merced de bendición? Porque no vamos a decir que tanto monta bendición como suplicio, cosas que andan muy distantes por sus nombres y su realidad. No puede unirse entre sí lo que divide tan fuerte contradicción. ¿Y cómo es que a los justos se les promete, como prenda de bendición, la muchedumbre de hijos? Ahí está el profeta que dice: *El que es mínimo, se multiplicará en millares, y el último se hará nación grande* (Is 60,22).

13. Así, pues, los que quieren celebrar las fiestas del Señor han de despreciar los ídolos de Orígenes y vencer por la razón la torpeza de sus doctrinas. A la manera como los impíos paganos prefieren su error y costumbre a la verdad, fabricando ídolos en forma humana y blasfemando del Dios invisible, pues le atribuyen en ellos figura y miembros y órganos genitales, teniéndolos ora por varón, ora por hembra, y así *truecan la gloria del Dios incorruptible por la semejanza del hombre corruptible;* así Orígenes, por la ligereza e impiedad de los creyentes, ha dejado, como templos de ídolos, los monumentos de sus obras, que nos-

narum corporibus inligatae sunt, respondeant quomodo Adam et Eua, masculus et femina, uiuentes in corporibus benedicti sunt (neque enim iuxta deliramente eorum nudae animae uir et mulier appellantur, sed corpora quae sexum utrumque distingunt); siue ante corpora in caelestibus morabantur, et beata eis tunc erat dignaque benedictione absque corporibus conuersatio, qua ratione aut, priusquam ruerent, benedictae sunt, aut postquam corruerunt, et in poenam ruinae crassis corporibus copulatae sunt, rursus benedictione donantur? Neque enim id ipsum est benedictio atque supplicium, quae et nominibus et operibus procul distant; nec possunt ullo modo inter se sociari, quas tanta diuidit repugnantia. Quomodo autem et iustis multitudo liberorum pro benedictione promittitur, propheta dicente: *Qui minimus est, erit in milia, et qui nouissimus, in gentem magnam?*

13. Ergo qui uolunt Domini festa celebrare, Origenis simulacra contemnant, et turpitudinem dogmatum illius ratione superent. Sicut enim ethnicorum inpiissimi errorem et consuetudinem praeferunt ueritati, fabricantes in hominum similitudinem idola et inuisibilem blasphemantes Deum, dum formam et membra et organa genitalia in eis esse confingunt, nunc uirum, nunc feminam confitentes, et *mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis* uariarumque formarum, ita Origenes facilitate et inpietate credentium, quasi

otros nos proponemos derribar con la autoridad de las Escrituras y el celo por la fe. Pongamos en este sentido una comparación. Cuando los albañiles quieren construir una casa cuadrada, miden las paredes iguales por los cuatro lados y, dirigiéndolas por la escuadra y plomada, llevan a cabo lo que en la mente concibieron, unen por sus ángulos los cuatro lados por arriba y por abajo y, poco a poco, van manteniendo la igualdad comenzada según crece la obra, de manera que la belleza de ésta armonice la variedad de la materia y la sabia estructura conserve las líneas angulares; pues, por modo semejante, los maestros de la Iglesia, con los textos de la Escritura en la mano, echan los fundamentos firmes de la doctrina y permanecen intrépidos, ofreciendo obras a Cristo y diciendo: *Afiánzame en tus palabras* (Ps 118,28). El es, en efecto, de quien está escrito: *La piedra que rechazaron los constructores ha venido a ser piedra angular* (Mt 21,42), uniéndonos en una sola solemnidad a nosotros y a los moradores del cielo. A esa festividad hemos de navegar a velas desplegadas, sin temor a la furia de las olas de los herejes contra nosotros, pues bien pronto han de deshacerse en espuma.

14. Los pilotos de los grandes navíos, al ver venir sobre ellos de alta mar una enorme ola, como los cazadores a una fiera ferocísima, reciben sobre sí las ondas espumeantes y soportan su embate oponiéndoles la proa, haciendo girar en sentido contrario el timón y apretando o aflojando las maromas, conforme pidiere la necesidad. Cuando la ola se ha calmado, sueltan a uno y otro

delubra idolorum, tractatuum suorum monumenta dimisit, quae nos auctoritate Scripturarum et zelo fidei subuertentes, utamur illa similitudine. Vt enim caementarii quadram uolentes aedificare domum, aequales ex omni parte parietes metiuntur, eosque norma et perpendiculo dirigentes, quod animo depinxerint, opere extruunt, et eiusdem mensurae per quadrum latera quattuor iungunt angulis sursum ac deorsum, coeptam aequalitatem paulatim per incrementa seruantes, ut materiae diuersitatem iungat operis pulchritudo, et angulares lineas artifex structura custodiat, sic Ecclesiae praeceptores habentes testimonia Scripturarum, firma doctrinae iaciunt fundamenta, et intrepidi permanent, offerentes opera sua Christo atque dicentes: *Confirma me in uerbis tuis.* Ipse est enim de quo scriptum est: *Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus est in caput anguli,* nos et eos qui sursum sunt una sollemnitate consocians, ad quam cursu celeri nauigantes, rabiem contra nos hereticorum fluctuum uelociter dissoluendam minime formidemus.

14. Sicut enim gubernatores magnarum nauium, cum uiderint inmensum ex alto uenire gurgitem, quasi uenatores ferocissimam bestiam, spumantes fluctus suscipiunt, eosque prorae obiectione sustentant, flectentes in diuersum gubernacula, et prout uentorum flatus et necessitas imperarit, stringentes funiculos uel laxantes; cumque unda subsederit, ex utroque nauis latere laborantia clauorum uincla dimittunt, ut parumper quiescentia uenturo gurgiti praeparentur; qui cum rursus aduenerit, strin-

sículo, dos líneas más abajo. Pues es de saber que se añadió del hebreo y de Teodoción en los LXX bajo asteriscos. En el salmo: *El que ha hecho mis pies de ciervos* (17,34). Escribís que, en vez de eso, el griego trae ὡσεὶ ἐλάφου, es decir, «como de ciervo», singular en vez de plural. Pero en el hebreo se pone el plural «chaialoth» y todos los intérpretes tradujeron por plural. En el mismo salmo: *Y me has dado la protección de tu salud* (17,36). En su lugar decís que el griego ha leído τῆς σωτηρίας μου, esto es, «de mi salud». Pero el hebreo «iesach» significa «de tu salud», no «de mi salud», y así lo trasladaron todos los intérpretes. En el mismo: *Has suplantado a los que se levantaban contra mí* (17,40). Decís que en el griego habéis hallado más: «Todos los que se levantaban»; pero «todos» es adición. En el mismo: *Vive el Señor y bendito sea el Dios mío* (17,47). Y decís que en el griego no se halla «mío». Pero los LXX lo trasladaron del texto hebreo, sin necesidad de asterisco, y todos los intérpretes están aquí de acuerdo. En el mismo: *Liberador mío de gentes iracundas* (17,48). En vez de eso decís haber hallado en el griego: «De mis enemigos fuertes» o «poderosos». Y como quiera que buscamos la verdad, si algo se ha corrompido por apresuramiento del traductor y por defecto de los copistas, hay que confesarlo sencillamente y corregirlo. El hebreo sólo dice: *Liberador mío de mis enemigos.* Los LXX añadieron lo de «iracundos». Y en lugar de «naciones», lo mismo en hebreo que en todos los intérpretes, se pone «enemigos». Y no me explico cómo pudo sustituirse por enemigos naciones.

Sed sciendum, quia de Hebraico et de Theodotionis editione in Septuaginta interpretibus sub asterisco additum sit. In eodem: *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum.* Pro quo scribitis in Graeco inueniri ὡσεὶ ἐλάφου, id est, «tanquam cerui», singularem numerum pro plurali. Sed in Hebraeo pluralis numerus positus est «chaialoth» et omnes interpretes pluralem numerum transtulerunt. In eodem: *Et dedisti mihi protectionem salutis tuae.* Pro quo in Graeco nos legisse dixistis, τῆς σωτηρίας μου id est, «salutis meae». Sed in Hebraeo «iesacha», «salutis tuae», significat, non «meae»; quod et omnes interpretes transtulerunt. In ipso: *Subplantasti insurgentes in me subtus me.* Pro quo in Graeco plus inuenisse uos dicitis: «Omnes insurgentes»; sed «omnes» additum est. In eodem: *Viuit Dominus, et benedictus Deus meus.* Et dicitis in Graeco non haberi, «meus». Quod non sub asterisco, sed ab ipsis septuaginta de Hebraica ueritate translatum est; et cuncti interpretes in hac parte consentiunt. In eodem: *Liberator meus de gentibus iracundis.* Pro quo in Graeco inuenisse uos dicitis: «Ab inimicis meis fortibus», siue «potentibus». Et quia semel ueritati studemus, si quid uel transferentis festinatione, uel scribentium uitio deprauatum est, simpliciter confiteri et emendare debemus. In Hebraeo nihil aliud habet: *Liberator meus ab inimicis meis.* Septuaginta autem, «iracundis» addiderunt. Et pro «gentibus», tam in Hebraeo, quam in cunctis interpretibus, «inimici» positi sunt; et miror, quomodo pro «inimicis», «gentes» mutatae sint.

10. En el salmo 18: *Saltó como un gigante a correr su camino* (18,6). Y decís que el griego no trae «su». Nosotros lo hallamos marcado del óbelo y es patente que no está en el hebreo.

11. Salmo 19: *Otórguete según tu corazón* (19,5). Y decís que en el griego habéis hallado el nombre del Señor, que realmente es superfluo, pues comúnmente se sobrentiende por lo que precede. Por lo que el salmo comienza: *Escúchete el Señor el día de la tribulación;* y en el mismo sentido se dice aquí: «Otórguete según tu corazón»; ya se entiende que el Señor mismo de quien arriba se ha hablado. En el mismo salmo: *Y escúchanos el día que te invocáremos* (19,10). En lugar de lo cual decís haber leído: «En cualquier día». Pero la primera lección concuerda con el hebreo, que escribe «biom», esto es, «el día».

12. Salmo 21: *Mas tú, Señor, no alejes tu auxilio de mí.* En su lugar decís haber hallado «mío». Lo cual es exacto y así hay que corregirlo. Para decirlo brevemente, si algo se ha cambiado por error de los copistas, creemos ser tonto empeñarse en defenderlo. En el mismo salmo: *Engrandecedle, raza toda de Jacob* (21,24). En su lugar decís haber en el griego δοξάσατε αὐτόν, es decir, «glorificadle». Pero es de saber que siempre que en el griego se escribe «glorificad», el traductor latino trasladó «engrandeced», conforme a lo que se dice en el Exodo: *Cantemos al Señor, pues gloriosamente se ha engrandecido* (Ex 15,1). El griego dice: «ha glorificado»; pero, si se traduce así en latín, la traslación pierde su gracia. Y nosotros, cuando antaño corregimos el Salterio, dondequiera el sentido era el mismo, no

10. Octauo decimo: *Exsultauit ut gigas ad currendam uiam suam.* Et dicitis quod in Graeco «suam» non habeat; sed hoc nos sub ueru additum repperimus, et in Hebraeo non esse manifestum est.

11. Nono decimo: *Tribuat tibi secundum cor tuum.* Et dicitis in Graeco uos hoc uersiculo additum nomen Domini repperisse, quod superfluum est: quia ex superioribus ἀπὸ κοινοῦ, subauditur, unde coepit et psalmus: *Exaudiat te Dominus in die tribulationis;* ut et hic sub eodem sensu dicatur: «Tribuat tibi secundum cor tuum», id est ipse Dominus, de quo supra dictum est. In eodem: *Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.* Pro quo legisse uos dicitis: «in quocumque die»; sed superius cum Hebraica ueritate concordat, ubi scriptum est «biom», id est, «in die».

12. Vicesimo primo: *Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum a me.* Pro quo dicitis inuenisse uos «meum»; quod et uerum est, et ita corrigendum. Breue enim, si quid scriptorum errore mutatum est, stulta credimus contentione defendere. In eodem: *Uniuersum semen Iacob magnificate eum.* Pro quo in Graeco scriptum sit, δοξάσατε αὐτόν, id est, «glorificate eum». Sed sciendum quod ubicumque in Graeco «glorificate» scriptum est, Latinus interpres «magnificate» transtulerit; secundum illud quod in Exodo dicitur: *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est;* pro quo in Graeco scribitur, «glorificatus est»; sed in Latino sermone si transferatur, fit indecora translatio; et nos emendantes olim psalterium

quisimos cambiar la antigua versión tradicional, a fin de no espantar con exceso de novedad el gusto del lector.

13. Salmo 22: *Mi cáliz embriagador es muy glorioso* (22,5). En su lugar decís que habéis leído en el griego: «tu cáliz». Pero esto se introdujo por error en la *koiné*. Por lo demás, lo mismo los LXX que el hebreo y todos los traductores traen «cáliz mío», que se dice en hebreo «chosi»; «tu cáliz» sería «chosach».

14. Salmo 24: *Sean confundidos todos los que obran inicuamente* (24,3). Y decís que el griego no trae «todos», y decís bien, pues tampoco está en el hebreo, y en los Setenta lleva el óbelo. En el mismo salmo: *Los inocentes y rectos se unieron a mí, porque te he esperado* (24,21). Y decís que en el griego habéis hallado «Señor», lo cual es superfluo.

15. Salmo 26: *Y ahora mirad que ha levantado mi cabeza* (26,6). Pero «mirad» es superfluo. En el mismo: *Mi faz ha ido en tu busca* (26,8). En su lugar diría el griego: «Mi faz te ha buscado». Pero es preferible la primera lección.

16. Salmo 27: *Oye la voz de mi plegaria* (27,2). En su lugar decís haber hallado: «Oye, Señor»; pero se trata también de una adición.

17. Salmo 28: *Y en su templo todos dirán «gloria»* (28,9). El griego diría: Πᾶς τις. Si quisiéramos traducirlo al latín por «omnis quis», incurriríamos en servilismo y resultaría una traducción absurda. En el mismo: *El Señor hace habitar el diluvio* (28,10). En vez de eso decís haber leído: «El Señor habita el diluvio». Lo primero se refiere a la gracia para los creyentes; lo

ubicumque sensus idem est, ueterum interpretum consuetudinem mutare noluimus, ne nimia nouitate lectoris studium terreremus.

13. Vicesimo secundo: *Calix meus inebrians quam praeclarus est.* Pro quo in Graeco legisse uos dicitis, «calix tuus»; sed hoc in κοινῇ errore obtinuit. Ceterum et Septuaginta, et Hebraicum, et omnes interpretes, «calix meus», habent, quod Hebraice dicitur «chosi»: alioquin «calix tuus» esset «chosach».

14. Vicesimo quarto: *Confundantur omnes iniqua agentes.* Et dicitis quod, «omnes», in Graeco non habeat, et bene; nam nec in Hebraeo habet, sed in Septuaginta sub ueru additum est. In eodem: *Innocentes et recti adhaeserunt mihi, quia sustinui te.* Et dicitis in Graeco uos repperisse, «Domine»: quod superfluum est.

15. Vicesimo sexto: *Et nunc ecce exaltauit caput meum.* Sed «ecce», superfluum est.—In eodem: *Exquisiuit facies mea.* Pro quo in Graeco sit positum: «quaesiuit te facies mea». Sed melius superius.

16. Vicesimo septimo: *Exaudi uocem deprecationis meae.* Pro quo inuenisse dixistis: «Exaudi Domine», sed et hoc additum est.

17. Vicesimo octauo: *Et in templo eius omnis dicet gloriam.* Pro quo in Graeco sit: πᾶς τις. Quod si transferre uoluerimus ad uerbum, «omnis quis», in κακοζηλίαν interpretationis incurrimus, et fit absurda translatio. In eodem: *Dominus diluuium inhabitare facit.* Pro quo legisse

segundo, a la morada de Aquel en quien creen. Pero como «iasaph» es palabra ambigua y puede significar una y otra cosa, pues suena a «sesión» y a «habitación», y en el mismo salmo se ha hablado de la gracia del bautismo: *La voz del Señor sobre las aguas; el Señor sobre las aguas muchas* (28,3). Y: *La voz del Señor que hace parir a las ciervas, y revela las espesuras, y en su templo dicen todos «gloria»*, lo queremos entender de los mismos que glorifican al Señor, y así hemos traducido: *El Señor hace habitar el diluvio.*

18. Salmo 30: *Porque tú eres mi protector* (30,23). También aquí se ha añadido el nombre del Señor, y, para no repetir siempre lo mismo, habéis de tener en cuenta que el nombre del Señor y de Dios se añade muy a menudo, y debéis seguir lo que hemos corregido sobre el hebreo y los LXX. En el mismo salmo: *Mas yo dije fuera de mí* (30,23). En lugar de esto se leía en los códices latinos: *in pauore meo* («en mi espanto»), pero yo traduje según el griego ἐν τῇ ἐκστάσει μου, es decir, «estando fuera de mí», pues en latín no puede expresarse la idea de éxtasis si no por estar o salir uno de sí *(excessus mentis)*. Pero yo sabía que el hebreo decía otra cosa: «En mi estupor y admiración».

19. Salmo 31: *Ni hay en su espíritu embuste* (31,2). En su lugar decís haber leído en el griego ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, es decir, «en su boca». Pero esto sólo Símmaco lo puso. Por lo demás, los LXX, Teodoción, la quinta y sexta ediciones, Aquila y el mismo hebreo traen «en su espíritu», que en hebreo se dice «brucho». De ser «en mi boca» diría: «baffio». En el mismo salmo:

uos dicitis: «Dominus diluuium inhabitat»; quorum prius ad gratiam pertinet credentibus, secundum ad eius, in quo credunt, habitaculum. Sed quia «iasaph» uerbum ambiguum est, et potest utrumque sonare, nam et «sessio», et «habitatio» dicitur; et in ipso psalmo de gratia baptismatis dicebatur: *Vox Domini super aquas: Dominus super aquas multas.* Et: *Vox Domini praeparantis ceruos, et reuelabit condensa, et in templo eius omnis dicet gloriam,* de ipsis sentire uolumus, qui glorificant Dominum; et interpretati sumus: *Dominus diluuium inhabitare facit.*

18. Tricesimo: *Quoniam tu es protector meus.* Rursum et in hoc loco nomen Domini additum est; et ne eadem semper inculcem, obseruare debetis nomen Domini et Dei saepissime additum; et id uos debere sequi quod de Hebraico et de Septuaginta interpretibus emendauimus. In eodem: *Ego autem dixi in excessu mentis meae.* Pro quo in Latinis codicibus legebatur: «in pauore meo», et nos iuxta Graecum transtulimus, ἐν τῇ ἐκστάσει μου, id est, «in excessu mentis meae»; aliter enim ἔκστασιν Latinus sermo exprimere non potest, nisi «mentis excessum». Aliter me in Hebraico legisse noueram, «in stupore et admiratione mea».

19. Tricesimo primo: *Nec est in spiritu eius dolus.* Pro quo in Graeco legisse uos dicitis, ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, id est, «in ore eius»; quod solus Symmachus posuit. Alioquin et Septuaginta interpretes, et Theodotion, et Quinta, et Sexta, et Aquila, et ipsum Hebraicum, «in spiritu

Me volví en mi miseria (31,4). En el griego indicáis que no hay «mía». Se ha añadido del hebreo y de la versión de Teodoción bajo asterisco, y en el hebreo se lee: «lasaddi», «lasaddi»...

20. Salmo 34: *Todos mis huesos dirán Señor* (34,10). En su lugar decís haber hallado en el griego dos veces «Señor». Pero hay que saber que hay muchos códices hebreos que no traen «Señor» ni una sola vez.

21. Salmo 36: *Y favorecerá su camino* (36,23). En griego decís haber leído: «Lo favorecerá mucho». Se trata de una adición que no se halla en ningún traductor.

22. Salmo 38: *Sin embargo, en vano se conturba todo hombre* (38,12). Decís que en griego no habéis hallado «se conturba». Pero esta palabra está también añadida en los LXX bajo óbelo. El error entre vosotros y en la mayoría se origina de que, suprimidos por negligencia de los copistas comas y asteriscos, resulta confusa toda la puntuación.

23. Salmo 39: *Y tu ley en medio de mi corazón* (39,9). En su lugar decís haber hallado en el griego: «en medio de mi vientre», y también en el hebreo está escrito así: «batthoch meai». Pero entre los latinos, por eufonía, se ha traducido: «en mi corazón». Y, sin embargo, no debemos alterar en nada el verdadero texto. En el mismo salmo: *Señor, mira a mi auxilio* (39,14). En su lugar decís haber visto en el griego σπεῦσον, esto es, «date

eius», habet, quod Hebraice dicitur «brucho». Sin autem esset «in ore eius», scriberetur: «baffio». In eodem: *Conuersus sum in aerumna mea;* in Graeco, «mea», non esse suggeritis. Quod ex Hebraico, et de translatione Theodotionis sub asterisco additum est, et in Hebraeo legitur «lasaddi», «lasaddi»...

20. Tricesimo quarto: *Omnia ossa mea dicent Domine.* Pro quo in Graeco bis, «Domine», inuenisse uos dicitis. Sed sciendum, quod multa sunt exemplaria apud Hebraeos, quae ne semel quidem «Dominum» habeant.

21. Tricesimo sexto: *Et uiam eius uolet.* In Graeco, «uolet nimis», uos legisse dicitis. Quod additum est, nec apud quemquam habetur interpretum.

22. Tricesimo octauo: *Verumtamen uane conturbatur omnis homo.* Et dicitis uos in Graeco non inuenisse, «conturbatur». Sed et hoc sub ueru Septuaginta additum est. Et hinc apud uos et apud plerosque error exoritur, quod scriptorum neglegentia, uirgulis et asteriscis subtractis, distinctio uniuersa confunditur.

23. Tricesimo nono: *Et legem tuam in medio cordis mei.* Pro quo in Graeco repperisse uos dicitis, «in medio uentris mei», quod et in Hebraeo sic scriptum est, «batthoch meai». Sed propter euphoniam apud Latinos, «in corde», translatum est; et tamen non debemus subtrahere quod uerum est. In eodem: *Domine, in adiutorium meum respice.* Pro quo in Graeco repperisse uos dixistis: σπεῦσον, id est, «festina». Sed apud Septuaginta πρόσσχες, id est: «respice», scriptum est.

priesa». Pero en los LXX se escribe πρόσσχες, es decir, «mira» o «atiende».

24. Salmo 40: *Y si entraba para verme* (40,7). Y decís que «si» no se pone en el griego; pero se escribe patentemente en el hebreo y en todos los traductores. Así los LXX trasladaron: καὶ εἰ εἰσεπορεύτο τοῦ ἰδεῖν.

25. Salmo 41: *Salud de mi faz, Dios mío* (41,6). En su lugar decís haber visto: «y Dios mío». Pero es de saber que esta expresión se halla dos veces en este salmo, y la primera se pone así: «Salud de mi faz, Dios mío»; y en la segunda, es decir, al final del mismo salmo: «Salud de mi faz, y Dios mío»; pero es que la conjunción «y» se ha añadido bajo asterisco del hebreo y de Teodoción. En el mismo: *Me han injuriado los que me atribulan* (41,11). En su lugar decís haber hallado: οἱ ἐχθροί μου, es decir, «mis enemigos». Pero en los Setenta se escribe: οἱ θλίβοντές με, y en el hebreo «sorarai», esto es, «mis adversarios». En el mismo: *Espera en Dios, porque todavía lo alabaré* (41,12). Y decís que «todavía» no se halla en el griego. Se ha añadido bajo asterisco. Y es así que en el hebreo hallamos escrito «chi od», que significa ὅτι ἔτι, y en latín se dice «quoniam adhuc». Esto mismo ha de entenderse en el salmo 42.

26. Salmo 43: *Y no saldrás con nuestros ejércitos* (43,10). En su lugar decís haber hallado en el griego: «Y no saldrás, Dios», lo cual es superfluo. En el mismo: *Nos has hecho proverbio de las naciones.* En su lugar está escrito en el griego: ἐν τοῖς ἔθνεσιν; pero de decir en latín «proverbio en las naciones», hu-

24. Quadragesimo: *Et si ingrediebatur ut uideret.* Et dicitis quod «si» in Graeco non sit positum, cum manifestissime et in Hebraeo et in cunctis interpretibus scriptum sit; et Septuaginta transtulerint: καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τοῦ ἰδεῖν.

25. Quadragesimo primo: *Salutare uultus mei, Deus meus.* Pro quo inuenisse uos dicitis, «et Deus meus». Sed sciendum hoc in isto psalmo bis inueniri, et in primo positum esse: «salutare uultus mei, Deus meus»; in secundo autem, id est, in fine ipsius psalmi: *Salutare uultus mei, et Deus meus;* ita dumtaxat, ut «et» coniunctio de Hebraeo et Theodotione sub asterisco addita sit. In eodem: *Exprobrauerunt mihi qui tribulant me.* Pro quo uos inuenisse dixistis: οἱ ἐχθροί μου, id est, «inimici mei»; cum et apud Septuaginta scriptum sit: οἱ θλίβοντές με, et apud Hebraeos «sorarai», id est, «hostes mei». In eodem: *Spera in Deum, quoniam adhuc confitebor illi.* Et dicitis, «adhuc», in Graeco non inueniri. Quod sub asterisco additum est. Ita enim et in Hebraeo scriptum repperimus «chi od», quod significatur ὅτι ἔτι; latineque dicitur, «quoniam adhuc». Hoc ipsum etiam in quadragesimo secundo intellegendum est.

26. Quadragesimo tertio: *Et non egredieris in uirtutibus nostris.* Pro quo in Graeco repperisse uos dicitis: «Et non egredieris, Deus»; sed superfluum est. In ipso: *Posuisti nos in similitudinem gentibus.* Pro quo in Graeco scriptum sit: ἐν τοῖς ἔθνεσιν; sed si dictum fuisset in Latino:

biera resultado cacofonía. Por eso, sin menoscabo del sentido, se ha conservado la elegancia de la traducción. Por lo demás, hallo que en el hebreo se escribe: *Nos has hecho proverbio entre las naciones.* En el mismo salmo: *Levántate, ayúdanos* (43,26). Como de costumbre, se ha añadido en griego el nombre del Señor.

27. Salmo 44: *Tus saetas son agudas* (44,4-6). En vez de eso decís haber leído en el griego: «Agudas, ¡oh poderosísimo!» Pero eso está mal, y se ha añadido del versículo anterior, en que se lee: *Cíñete la espada sobre el muslo, ¡oh poderosísimo!*

28. Salmo 47: *Pues mirad que los reyes se han congregado* (47,5). En vez de eso decís haber leído en el griego: «Porque mirad que sus reyes se han congregado». Lo que es superfluo, como lo demuestra el mismo texto de la lección. En los antiguos códices latinos se escribía: «los reyes de la tierra», que nosotros suprimimos, por no hallarse ni en el hebreo ni en los LXX. En el mismo: *Como lo oímos, así lo hemos visto.* En su lugar decís haber visto en el griego: «Así también lo hemos visto». Lo cual es redundante, pues en el hebreo se lee «chen rainu», que se traduce οὕτως εἴδομεν, «así hemos visto». En el mismo: *Hemos recibido, ¡oh Dios!, tu misericordia en medio de tu templo* (47,10). En lugar de «tu templo», que nosotros hemos vertido del hebreo y de los LXX, vosotros decís haber leído en el griego «de tu pueblo», lo que es superfluo. En hebreo se escribe «echalach», esto es, τοῦ ναοῦ σου, «de tu templo» y no «ammach», que significa «tu pueblo».

«in similitudinem in gentibus», κακόφωνον esset; et propterea absque damno sensus, interpretationis elegantia conseruata est. Alioquin in Hebraico ita scriptum repperi: *Posuisti nos prouerbium in gentibus.* In eodem: *Exsurge, adiuua nos.* Pro quo, more solito, in Graeco nomen Domini additum est.

27. Quadragesimo quarto: *Sagittae tuae acutae:* pro quo in Graeco legisse uos dicitis: «acutae, potentissime»; sed hoc male, et de superiore uersiculo additum est, in quo legitur: *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime.*

28. Quadragesimo septimo: *Quoniam ecce reges congregati sunt.* Pro quo in Graeco legisse uos dicitis: «Quoniam ecce reges eius congregati sunt». Quod superfluum esse, ipse lectionis textus ostendit; et in ueteribus codicibus Latinorum scriptum erat: «reges terrae», quod nos tulimus, quia nec in Hebraeo, nec in Septuaginta repperitur. In ipso: *Sicut audiuimus, sic uidimus.* Pro quo in Graeco repperisse uos dicitis: «sic et uidimus», quod superfluum est; legitur enim in Hebraeo «chen rainu», quod interpretatur οὕτως εἴδομεν, hoc est, «sic uidimus». In eodem: *Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui.* Pro eo quod nos de Hebraico, et de Septuaginta interpretibus vertimus, «templi tui», in Graeco uos legisse dicitis, «populi tui», quod superfluum est. In Hebraico scriptum est «echalach», id est, τοῦ ναοῦ σου, hoc est, «templi tui», et non «ammach», quod «populum tuum» significat.

29. Salmo 48: *El hombre que estaba en honor* (48,21). En su lugar decís haber hallado en el griego: «Y el hombre cuándo estaba en honor». Pero es de saber que este versículo se halla dos veces en este salmo, y la primera lleva añadida la conjunción «y», pero no al final. En el mismo salmo: *Y los dominarán los justos* (48,15). En vez de justos decís haber leído en el griego εὐθεῖς, «rectos»; pero se ha traducido así en latín por razón de eufonía. Por lo demás, también en el pasaje de la Biblia en que leemos «in libro εὐθεῖς» hemos entendido εὐθεῖς por justos: *En el libro de los justos* (Ios 10,13; 2 Reg 1,18). No hay por qué expresar palabra por palabra, de modo que, mientras perseguimos la sílaba, perdamos el sentido. En el mismo: *Cuando me librare de la mano del infierno* (48,16). En su lugar decís haber leído en el griego: «Cuando me recibiere». Y así lo tradujimos nosotros de los LXX, y me maravillo de quién pueda haberlo corrompido en vuestro códice.

30. Salmo 49: *De asiento hablabas contra tu hermano* (49,16). En su lugar decís haber visto en el griego: κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, y opináis no estar bien traducido, pues hemos puesto: «Hablabas contra tu hermano», y debimos decir: «Contra tu hermano detraías». Pero es evidente aun para tontos que eso es vicioso y no puede mantenerse en nuestra lengua. No ignoramos que καταλαλία se traduce por «detracción»; si queremos mantener esa palabra, no podemos decir: «Contra tu hermano detraías», sino: «de tu hermano detraías». Pero, si hacemos esto, nuevamente un reprochador de voquibles nos preguntará por qué no hemos dicho: κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου, esto es, «contra

29. Quadragesimo octauo: *Homo cum in honore esset.* Pro quo in Graeco inuenisse uos dicitis: «Et homo in honore cum esset». Sed sciendum, quod iste uersiculus bis in hoc psalmo sit, et in priori additam habeat «et» coniunctionem, in fine non habeat. In eodem: *Et dominabuntur eorum iusti.* Pro «iustis», εὐθεῖς, id est, «rectos», in Graeco uos legisse dicitis; sed hoc propter εὐφωνίαν ita in Latinum uersum est. Alioquin et in eo loco, ubi scriptum legimus: «in libro εὐθεῖς», «iustorum libro» intellegimus εὐθεῖς, et non debemus sic uerbum de uerbo exprimere, ut dum syllabam sequimur, perdamus intellegentiam. In eodem: *De manu inferni cum liberauerit me.* Pro quo in Graeco legisse uos dicitis: «cum acceperit me»; quod quidem et nos ita de Septuaginta uertimus; et miror a quo in uestro codice deprauatum sit.

30. Quadragesimo nono: *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris.* Pro quo in Graeco repperisse uos dicitis, κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις, et putatis non bene uersum, quia diximus, «aduersus fratrem tuum loquebaris», et debuisse nos dicere, «aduersus fratrem tuum detrahebas»; quod uitiosum esse, et in nostra lingua non stare, etiam stultis patet. Nec ignoramus, quod καταλαλία dicitur «detractio»; quam si uoluerimus ponere, non possumus dicere, «aduersus fratrem tuum detrahebas»; sed «de fratre tuo detrahebas». Quod si fecerimus, rursum contentiosus uerborum

tu hermano». Todo esto es perder tiempo, y no debemos torturarnos en una traducción afectada de las palabras, con tal de que nada sufra el sentido; pues, como antes he dicho, cada lengua se expresa con sus propios idiotismos. En el mismo salmo: *No sea que alguna vez os arrebate, y si hay quien os libre* (49,22). Y en el griego decís haber hallado «Y no haya quien os libre». También nosotros lo hemos traducido así, y así se halla en nuestros códices. Y me maravillo de que echéis al intérprete la culpa que es del copista dormitante. A no ser que hubiera: «No sea alguna vez os arrebate y no haya quien os libre», y él pusiera «y» por «ni». En el mismo salmo: *El sacrificio de alabanza me honra* (49,23). En su lugar se escribe en griego δοξάσει με, «me glorificará», sobre lo cual ya hemos hablado arriba. En el evangelio, donde leemos en el griego: Πάτερ, δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι (Io 7,5), en latín se lee: *Pater, clarifica me* («Padre, glorifícame»). No hemos querido, pues, cambiar lo que se leía en los textos antiguos, pues el sentido era el mismo.

31. Salmo 54: *Esperaba al que me ha salvado* (54,9). Y decís haber visto en el griego: «Esperaba a Dios», que es una adición. En el mismo salmo: *De la pusilanimidad del espíritu.* Y en el griego decís haber visto ἀπὸ ὀλιγοψυχίας, que propiamente es la «pusilanimidad». Pero hay que saber que, en vez de ὀλιγοψυχία, Aquila, Símmaco, Teodoción y la sexta edición ha traducido ἀπὸ πνεύματος, «del espíritu», y en el hebreo se escribe «merucha»; de modo que entre los hebreos el sentido de toda la frase

calumniator inquiret quare non dixerimus: κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου, hoc est, «aduersus fratrem tuum». Haec superflua sunt, et non debemus in putida nos uerborum interpretatione torquere, cum damnum non sit in sensibus, quia unaquaeque lingua, ut ante iam dixi, suis proprietatibus loquitur. In ipso: *Ne quando rapiat, et si qui eripiat.* Et in Graeco repperisse uos dicitis: «Et non sit qui eripiat»; quod et a nobis uersum est, et in nostris codicibus sic habetur. Et miror quomodo uitium librarii dormitantis ad culpam referatis interpretis; nisi forte fuerit hoc: «Ne quando rapiat, nec sit qui eripiat», et ille pro «nec» «et» scripserit. In eodem: *Sacrificium laudis honorificabit me.* Pro quo in Graeco scribitur, δοξάσει με, id est, «glorificabit me», de quo et supra diximus. In euangelio in eo loco, ubi in Graeco legimus: Πάτερ, δόξασόν με τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον παρὰ σοὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι, in Latino legitur: *Pater clarifica me;* noluimus ergo inmutare quod ab antiquis legebatur, quia idem sensus erat.

31. Quinquagesimo quarto: *Expectabam eum qui saluum me fecit.* Et dicitis uos inuenisse in Graeco: «Expectabam Deum», quod additum est. In eodem: *A pusillanimitate spiritus.* Et in Graeco inuenisse uos dicitis, ἀπὸ ὀλιγοψυχίας, quod proprie «pusillanimitas» dicitur. Sed sciendum quod pro ὀλιγοψυχία, Aquila, et Symmachus, et Theodotion, et quinta editio interpretati sunt: ἀπὸ πνεύματος, id est, «a spiritu»; et in Hebraeo scriptum sit «merucha»: omnisque sensus ita apud eos legatur:

sería: «Me apresuraré a salvarme del soplo de la tormenta y del huracán». En el mismo salmo: *Porque si mi enemigo me hubiera maldecido* (44,13). En el griego se pone ὠνείδισεν, esto es, «me hubiera insultado»; pero es claro que entre maldición e insulto el sentido no discrepa.

32. Salmo 55: *Porque muchos son los que me hacen la guerra, de la altura del día temeré* (55,3). Y decís que en el griego habéis hallado: «No temeré»; pero se trata de una adición. La ilación de ideas es ésta: «Como son muchos los que luchan contra mí, por eso temeré de la altura del día». Es decir, «no temeré a los que me hacen la guerra, sino tu día excelso». En el mismo salmo: *En tu ira quebranta a los pueblos* (45,8). En el griego se lee: ἐν ὀργῇ λαοὺς κατεάξεις, esto es, «quebrantarás». Y entre los latinos, en vez de «deicies», es decir, κατάξεις («derribarás»), ha prevalecido en mal hora el error de κατεάξεις «quebrantarás». El hebreo tiene también «hored», esto es, καταβίβασον, que nosotros podemos decir «depón» o «derriba», y Símmaco lo interpretó κατάγαγε.

33. Salmo 58: *Porque Dios es mi protector* (58,10). El griego trae: «Mi protector eres tú». Pero hay que saber que en hebreo no se escribe ni «eres» ni «tú», y que sólo se halla en los LXX. En el mismo: *Dios mío: su voluntad me prevendrá* (58,12). En su lugar se escribe en griego: τὸ ἔλεος αὐτοῦ, «su misericordia»; lo que es más exacto. Pero en el hebreo se escribe: «Mi misericordia me prevendrá». En el mismo: *Dios me ha mostrado entre mis enemigos* (58,12). En su lugar se pone en griego «mi Dios»;

«Festinabo, ut saluer a spiritu tempestatis et turbinis». In eodem: *Quoniam si inimicus maledixisset.* In Graeco ὠνείδισεν, hoc est, «exprobrasset», positum est. Sed inter maledicta et obprobria sensum non discrepare perspicuum est.

32. Quinquagesimo quinto: *Quoniam multi bellantes aduersum me, ab altitudine diei timebo.* Et dicitis in Graeco uos inuenisse: «non timebo»; quod additum est. Et est ordo: «quoniam multi dimicant aduersum me, idcirco ego ab altitudine diei timebo»: hoc est, «non bellantes aduersum me, sed tuum excelsum timebo lumen». In ipso: *In ira populos confringes.* Pro quo in Graeco legitur ἐν ὀργῇ λαοὺς κατεάξεις, id est, «confringes»; et apud Latinos pro eo quod est «deicies», id est «κατάξεις», male error obtinuit «κατεάξεις» id est, «confringes»; nam et in Hebraeo «hored» habet, id est, καταβίβασον: quod nos possumus dicere, «depone»; et Symmachus interpretatus est κατάγαγε.

33. Quinquagesimo octauo: *Quia Deus susceptor meus.* Pro quo in Graeco positum est: «Susceptor meus es tu». Sed sciendum in Hebraeo nec «es» scriptum, nec «tu»; et apud Septuaginta solos inueniri. In ipso: *Deus meus, uoluntas eius praeueniet me.* Pro quo in Graeco scriptum est, τὸ ἔλεος αὐτοῦ, id est, «misericordia eius», quod et uerius est. Sed in Hebraeo scriptum est: «Misericordia mea praeueniet me». In eodem: *Deus*

pero «mío» es una adición. En el mismo: *No los mates, no sea que se olviden de tu pueblo.* En su lugar se escribe en el griego: «de tu ley»; pero los LXX y el hebreo no traen «de tu pueblo», sino «de mi pueblo», y así lo hemos traducido nosotros. En el mismo: *Y sabrán que Dios domina a Jacob, a los confines de la tierra.* En su lugar se escribe en el griego: «Y a los confines de la tierra»; pero la conjunción «y» está añadida. El orden es: «Sabrán que el Dios de Jacob domina los confines de la tierra».

34. Salmo 59: *¿Quién me conducirá hasta la Idumea?* (59, 11). En su lugar hay en el griego: «¿O quién me conducirá?»; pero es redundante.

35. Salmo 60: *Porque tú, Dios mío, has escuchado mi oración* (60,6). En su lugar se lee en el griego: «Porque tú, ¡oh Dios!, me has oído». Cosa que no hay en el hebreo ni en los LXX y en latín se ha añadido. En el mismo: *Cantaré a tu nombre por el siglo del siglo* (60,9). En su lugar hay en griego: «Por el siglo»; y el hebreo trae sólo una vez «laed», «para siempre», y no «lolam», que es «por el siglo».

36. Salmo 61: *Porque Dios es nuestro ayudador para siempre* (71,9). En su lugar hay en el griego: «Dios ayudador nuestro». Luego «para siempre» se marca con óbelo.

37. Salmo 62: *Mi alma ha tenido sed de ti* (62,2). En su lugar diría el griego: «Mi alma ha tenido sed a ti». Pero en el hebreo no hay «attha», que significa «a ti», sino «lach», que quiere decir «para ti». Así lo han traducido todos los intérpre-

ostendit mihi inter inimicos meos. Pro quo in Graeco positum est: «Deus meus»; sed «meus» additum est. In eodem: *Ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi tui.* Pro quo in Graeco scriptum est: «legis tuae»; sed in Septuaginta et in Hebraeo non habet «populi tui», sed: «populi mei»; et a nobis ita uersum est. In eodem: *Et scient, quia Deus dominator Iacob finium terrae.* Pro quo in Graeco scriptum est: «Et finium terrae», sed «et» coniunctio addita est; et ordo est: «scient, quia Deus Iacob dominator finium terrae».

34. Quinquagesimo nono: *Quis deducet me usque in Idumaeam?* Pro quo in Graeco habet «aut quis deducet me»; sed superfluum est.

35. Sexagesimo: *Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam.* Pro quo legatur in Graeco: «Quia tu, Deus, exaudisti me». Quod non habet in Hebraeo, nec in Septuaginta interpretibus, et in Latino additum est. In eodem: *Psallam nomini tuo in saeculum saeculi.* Pro quo in Graeco sit, «In saeculum»; et in Hebraeo semel habet «laed», id est, «in aeternum»; et non «lolam», quod est «in saeculum».

36. Sexagesimo primo: *Quia Deus adiutor noster in aeternum.* Pro quo in Graeco est: «Deus adiutor noster». Ergo «in aeternum» obelus est.

37. Sexagesimo secundo: *Sitiuit tibi anima mea.* Pro quo in Graeco sit: «Sitiuit in te anima mea». Sed in Hebraeo non habet «attha», quod significat «te», sed «lach», quod ostenditur «tibi»; quod et omnes inter-

tes. Así, pues, se ha traducido según la propiedad de la lengua latina.

38. Salmo 63: *Sus golpes se han hecho como saetas de pequeñuelos* (63,8). En su lugar dice el griego: «Saeta de pequeñuelos»; pero, si lo decimos así, no suena en latín: «Saeta de pequeñuelos se han hecho sus golpes». El hebreo dice mejor: «Dios los herirá con dardo repentino, y les serán asestados golpes».

39. Salmo 64: *Que turbas lo profundo del mar, el rumor de sus olas* (64,8). En griego escribís que se añade: «¿Quién lo soportará?», lo cual es redundante, pues se sobrentiende: «Que turbas lo profundo del mar y turbas el rumor de sus olas». En el mismo: *Has preparado la comida de ellos, porque así es su preparación* (64,10). Y decís que en griego no hay «su»; pero en hebreo «thechina» evidentemente significa «su preparación». Ahora bien «su» se refiere a la tierra, de la que más arriba había dicho: *Visitaste la tierra y la embriagaste* (64,10).

40. Salmo 65: *Te ofreceré holocaustos llenos de carneros* (65,15). En su lugar decís haber hallado en el griego: «Con incienso y carneros». Pero mal, pues en el hebreo está escrito: «em catoroth helim», que se interpreta μετὰ θυμιάματος κριῶν, «con incienso de carneros». En el mismo: *Por eso escuchó Dios.* En su lugar decís haber hallado en el griego: «Me escuchó Dios», que es superfluo.

41. Salmo 67: *Y regocíjense en su presencia.* En su lugar decís hallar en el griego: «Y regocijaos en su presencia». Lo

pretes transtulerunt. Ergo secundum linguae proprietatem uersum est in Latinum.

38. Sexagesimo tertio: *Sagittae paruulorum factae sunt plagae eorum.* Pro quo in Graeco: «Sagitta paruulorum»; sed si sic dicamus, non resonat in Latino: «Sagitta paruulorum factae sunt plagae eorum». Pro quo melius habet in Hebraeo: «Percutiet eos Deus iaculo repentino, et inferentur plagae eorum».

39. Sexagesimo quarto: *Qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.* In Graeco additum scribitis: «Quis sustinebit?» quod superfluum est; subauditur enim qui conturbas profundum maris, et conturbas sonum fluctuum eius. In eodem: *Parasti cibum illorum, quoniam ita est praeparatio eius.* Et dicitis quod in Graeco non sit «eius», cum in Hebraeo «thechina» manifeste «praeparationem eius» significet; «eius» autem, id est, «terrae»; de qua supra dixerat: *Visitasti terram, et inebriasti eam.*

40. Sexagesimo quinto: *Holocausta medullata offeram tibi cum incensu arietum.* Pro quo dicitis inuenisse uos: «Cum incensu et arietibus»; sed male; in Hebraeo enim scriptum est, «em catoroch helim», quod interpretatur, μετὰ θυμιάματος κριῶν, id est, «cum incensu arietum». In eodem: *Propterea exaudiuit Deus.* Pro quo in Graeco inuenisse uos dicitis: «Exaudiuit me Deus», quod superfluum est.

41. Sexagesimo septimo: *Et exultem in conspectu eius.* Pro quo in Graeco inuenisse uos dicitis: «Et exultate in conspectu eius». Quod ita

cual así lo hemos traducido también nosotros, y no puedo saber quién lo haya corrompido en vuestro códice. En el mismo: *Porque no creen que el Señor habite* (67,19). En su lugar decís haber leído: καὶ γὰρ ἀπειθοῦντας τοῦ κατασκηνῶσαι, que es falso en sus dos partes. Nosotros hemos traducido: «Porque los que no creían que el Señor habitara», de modo que el sentido, que depende de lo anterior, es: «Subiste a lo alto, tomaste cautiva la cautividad, recibiste dones entre los hombres, aun aquellos que no creían que el Señor pudiera habitar con los mortales». En el mismo salmo: *Dios bendito, el Señor día a día* (67,20). En su lugar decís haber visto en el griego: «El Señor bendito Dios, bendito el Señor día a día». Pero es mejor y más exacta la primera lección. En el mismo salmo: *Vieron tus entradas, ¡oh Dios!* En su lugar se escribe en el griego: «Han sido vistas tus entradas, ¡oh Dios!» En el hebreo hay «rachua alichathach», que Aquila, Símmaco, Teodoción y la quinta y sexta edición tradujeron: «Vieron tus caminos, ¡oh Dios!», y lo que sigue: «Los caminos de Dios, mi rey, que está en el santuario». Luego nosotros hemos de leer: «Vieron tus entradas, ¡oh Dios!», y hay que dejar el error del copista, que puso nominativo en vez de acusativo, no obstante haber yo visto en los LXX y en las *Hexaplas:* ἐθεώρησαν αἱ πορεῖαί σου, ὁ θεός; también en lugar de ἐθεώρησαν, «vieron», en muchos códices hay ἐθεωρήθησαν, «fueron vistos», que ha prevalecido por la costumbre. En el mismo salmo: *Las entradas de mi Dios, de mi rey que está en el santuario,* se entiende: «Vieron las entradas de mi Dios, rey mío». Lo que decís que en griego no se apone «mío» a rey, es patentísimo error; en el segundo lugar se

uersum est et a nobis, sed a quo in codice uestro corruptum sit, scire non possum. In eodem: *Etenim non credunt inhabitare Dominum.* Pro quo in Graeco legisse uos dicitis: καὶ γὰρ ἀπειθοῦντας τοῦ κατασκηνῶσαι: quod utrumque falsum est. Nos enim transtulimus: «Etenim non credentes inhabitare «Dominum»; ut sit sensus, et pendeat ex superioribus: «Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus», et eos qui non credebant Dominum inhabitare posse mortalibus. In eodem: *Deus benedictus Dominus die cotidie.* Pro quo in Graeco inuenisse uos dicitis: «Dominus benedictus Deus, benedictus Dominus die cotidie»; sed melius et uerius quod supra. In eodem: *Viderunt ingressus tui, Deus,* pro quo in Graeco scriptum sit: «Visi sunt ingressus tui, Deus». In Hebraeo ita habet «rachua alichathach»; quod Aquila, et Symmachus, et Theodotio et quinta sextaque editio interpretati sunt: «Viderunt itinera tua, Deus», et quod sequitur: «Itinera Dei mei regis, qui est in sancto». Ergo a nobis ita legendum est: «Viderunt ingressus tuos, Deus»; et scriptoris uitium relinquendum, qui nominatiuum posuit pro accusatiuo, licet in Septuaginta et in Ἑξαπλοῖς ita reppererim: ἐθεώρησαν αἱ πορεῖαί σου, ὁ θεός: et pro eo quod est ἐθεώρησαν, hoc est «uiderunt», in multis codicibus habet ἐθεωρήθησαν: quod et obtinuit consuetudo. In eodem: *Ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto;* subauditur: uiderunt ingressus Dei mei,

pone efectivamente «de mi Dios» y «de mi rey», con afecto de ternura. De manera que el que es Dios y rey de todos, venga a ser especialmente Dios suyo, y rey por méritos de servidumbre. Finalmente, en el hebreo hay escrito: «heli melchi», que significa «a mi Dios y a mi rey». En el mismo salmo: *Reinos de la tierra, cantad a Dios, salmodiad al Señor* (65,33). Y decís que en este versículo no está escrito: «Salmodiad al Señor», porque inmediatamente sigue «diapsalma». «Salmodiad al Señor, que sube el cielo del cielo hacia oriente», cuando este versículo más bien debiera decir según la verdad hebraica: «Cantad a Dios, salmodiad al Señor»; y lo que sigue al comienzo del otro verso: «Salmodiad al Señor», no se habla en los libros auténticos, sino que está marcado con el óbelo. Así, pues, leed también vosotros lo auténtico, no sea que, al admitir lo añadido, dejéis lo que escribiera el profeta.

42. Salmo 68: *Alabaré el nombre de Dios con un cántico* (68,31). Decís que habéis hallado en el griego «de mi Dios»; pero el «mi» sobra.

43. Salmo 70: *¡Oh Dios!, no te alejes de mí* (70,12). El «Dios mío» que decís se pone en griego es superfluo. En el mismo: *¡Oh Dios!, me has enseñado desde mi juventud* (70,12). También aquí el «Dios mío» que decís se halla en el griego, es superfluo. En el mismo: *Hasta que anuncie tu brazo* (70,18). Y en griego decís haber visto «tus maravillas», que viene del versículo precedente: *Y hasta ahora proclamaré tus maravillas.* Así, pues, aquí está bien «brazo».

regis mei. Quod autem dicitis «mei» in Graeco in rege non adpositum, apertissimi mendacii est; secundo enim ponitur et «Dei mei» et «regis mei», blandientis affectu; ut qui omnium Deus et rex est, suus specialiter Deus fiat, et rex merito seruitutis. Denique in Hebraeo scriptum habet, «heli melchi», quod «Deum meum et regem meum» significat. In eodem: *Regna terrae cantate Deo, psallite Domino.* Et dicitis, hoc in isto uersiculo non esse scriptum «Psallite Domino», quoniam statim sequatur «Diapsalma». «Psallite Deo, qui ascendit super caelum caeli ad orientem»; cum iste uersiculus magis habere debeat iuxta Hebraicam ueritatem: «Cantate Deo, psallite Domino»; et illud quod sequitur in principio uersus alterius «Psallite Deo» non sit in libris authenticis, sed obelo praenotatum. Ergo et uos legite magis ea quae uera sunt; ne dum additum suscipitis, quod a propheta scriptum est, relinquatis.

42. Sexagesimo octauo: *Laudabo nomen Dei cum cantico.* Pro quo dicitis uos repperisse in Graeco «Dei mei» sed «mei» superfluum est.

43. Septuagesimo: *Deus, ne elongeris a me.* Quod dicitis in Graeco positum: «Deus meus», superfluum est. In eodem: *Deus, docuisti me ex iuuentute mea.* Et in hoc, quod apud Graecos inuenisse uos dicitis «Deus meus» superfluum est. In eodem: *Donec annuntiem brachium tuum.* Et dicitis in Graeco uos repperisse, «mirabilia tua», quod de superiori uersiculo est: *et usque nunc pronuntiabo mirabilia tua.* Bene ergo hic habet «brachium».

44. Salmo 71: *Y lo adorarán todos los reyes* (71,11). «Reyes de la tierra», que decís haber hallado en el griego, es superfluo. En el mismo: *Bendito el Señor Dios, Dios de Israel* (71,18). Decís que en el griego no se repite «Dios»; pero está en el hebreo y en los LXX, y el nombrar tres veces al Señor y a Dios es clarísima alusión al misterio de la Trinidad. En el mismo: *Y bendito el nombre de su majestad eternamente* (70,19). Lo que decís, pues, haber visto en el griego: «eternamente y por el siglo del siglo», sabed que ha sido superfluamente añadido por los griegos, pues no lo trae el hebreo ni los LXX.

45. Salmo 72: *Saldrá como de la grasa* (72,7). Y decís haber hallado en griego: ἐξελεύσονται, «saldrán». Lo que es falso. Los LXX mismos escriben: ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτοῦ. En el mismo: *¿Cómo sabe Dios?* (72,11). En el griego decís que no ocurre «Dios»; pero en los LXX se escribe: πῶς ἔγνω ὁ θεός; y todos los intérpretes lo han traducido de modo parecido del hebreo. En el mismo: *Entenderé sus postrimerías* (72,17). En vez de eso decís haber leído en el griego: «Y entenderé»; pero esta conjunción «y» es superflua. En el mismo: *Desfalleció mi carne y mi corazón* (72,26). En su lugar algunos dan este orden equivocado: «Desfalleció mi corazón y mi carne». En el mismo: *Para anunciar todas tus predicaciones* (72,28). En su lugar decís haber leído en el griego: τὰς αἰνέσεις σου «tus alabanzas». Y es de saber que en el hebreo hay escrito «malochothach», que tradujo Aquila por ἀγγελίας σου, «tus anuncios o mensajes», y

44. Septuagesimo primo: *et adorabunt eum omnes reges.* Illud quod in Graeco inuenisse uos dicitis «reges terrae» superfluum est. In eodem: *Benedictus Dominus Deus, Deus Israhel.* Dicitis in Graeco bis «Deus» non haberi, cum in Hebraico sit, et apud Septuaginta; manifestissime triplex Domini Deique nuncupatio mysterium Trinitatis sit. In eodem: *Et benedictum nomen maiestatis eius in aeternum.* Hoc ergo quod in Graeco inuenisse uos dicitis: «In aeternum et in saeculum saeculi», superflue a Graecis sciatis adpositum, quod nec Hebraeus habet, nec Septuaginta interpretes.

45. Septuagesimo secundo: *Prodiet quasi ex adipe.* Et dicitis uos apud Graecos inuenisse: ἐξελεύσονται, id est, «prodient», quod falsum est. Nam et apud Septuaginta interpretes ita scriptum est: ἐξελεύσεται ὡς ἐκ στέατος ἡ ἀδικία αὐτῶν. In eodem: *Quomodo scit Deus;* in Graeco dicitis non esse «Deum»; cum et apud Septuaginta scriptum sit: Πῶς ἔγνω ὁ θεός, et omnes interpretes similiter de Hebraeo transtulerint. In eodem: *Intellegam in nouissimis eorum.* Pro quo in Graeco legisse uos dicitis: «et intellegam»; sed hoc «et» coniunctio superflua est. In eodem: *Defecit caro mea, et cor meum.* Pro quo male peruersum ordinem quidam tenent: «Defecit cor meum, et caro mea». In eodem: *Vt adnuntiem omnes praedicationes tuas.* Pro quo uos in Graeco legisse dixistis, τὰς αἰνέσεις σου, id est «laudes tuas». Et sciendum quod in Hebraeo, «malochothach», scriptum habet, quod Aquila: ἀγγελίας σου, id est «nuntios tuos»; Septua-

los LXX τὰς ἐπαγγελίας σου, esto es, «tus predicaciones» o «promesas»; por lo demás, *laus et praedicatio* significan ambos «alabanza».

46. Salmo 73: *¿Por qué, ¡oh Dios!, has rechazado hasta el fin?* (73,1). En su lugar se lee, mal, en griego con orden alterado: «¿Por qué rechazaste, oh Dios?» En el mismo: *¡Cuánto mal ha hecho el enemigo en el santuario!* (73,3). Me sorprende quién haya echado a perder, al enmendarlo, vuestro códice, poniendo «santos» por «santuario», pues en nuestro mismo códice se halla «santuario». En el mismo: *Incendiemos todos los días de fiesta de Dios en el país* (73,8). En su lugar se escribe en el griego: καταπαύσωμεν, y así lo tradujimos nosotros: «Terminemos con todos los días de fiesta de Dios en la tierra». Y me maravillo qué temerario fue quien creyó deber insertar en el texto la nota marginal que yo escribí para instrucción del lector y decía así: «No hay καταπαύσωμεν, como algunos piensan, sino κατακαύσωμεν, esto es, «incendiemos». Y como quiera que el santo presbítero Firmo, que ha ejecutado esta obra, me ha referido haberse discutido esta cuestión entre muchos, paréceme debo tratarla más a fondo. En el hebreo se escribe: «sarphu chol moedahu hel baares», que Aquila y Símmaco tradujeron: ἐνεπύρισαν πάσας τὰς συνταγὰς θεοῦ, esto es: «pegaron fuego a todas las solemnidades de Dios en la tierra». La quinta: κατέκαυσαν, «quemaron». La sexta: κατακαύσωμεν, «quememos». Lo cual, evidentemente, lo tradujeron también los LXX según el texto de las *Hexaplas*. Teo-

ginta: τὰς ἐπαγγελίας σου, id est, «praedicationes tuas», uel «promissa» interpretati sunt; licet et laus et praedicatio unum utrumque significet.

46. Septuagesimo tertio: *Vt quid Deus reppulisti in finem?* Pro quo male apud Graecos legitur ordine commutato: «Vt quid reppulisti, Deus?» In eodem: *Quanta malignatus est inimicus in Sancto.* Miror quis in codice uestro emendando peruerterit, ut pro «Sancto», «Sanctis» posuerit, cum et in nostro codice «in Sancto» inueniatur. In eodem: *Incendamus omnes dies festos Dei a terra.* Pro quo in Graeco scriptum est καταπαύσωμεν; et nos ita transtulimus: «Quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra». Et miror quomodo e latere adnotationem nostram nescio quis temerarius scribendam in corpore putauerit, quam nos pro eruditione legentis scripsimus hoc modo, Non habet, καταπαύσωμεν, ut quidam putant, sed κατακαύσωμεν, id est, «incendamus». Et quia retulit mihi sanctus presbyter Firmus, qui huius operis exactor fuit, inter plurimos hinc habitam quaestionem, plenius de hoc disputandum uidetur. In Hebraeo scriptum est «sarphu chol moedahu hel baares» quod Aquila et Symmachus uerterunt: ἐνεπύρισαν πάσας τάς συνταγὰς τοῦ Θεοῦ, id est, «incenderunt omnes sollemnitates Dei in terra». Quinta: κατέκαυσαν, id est, conbusserunt». Sexta: κατακαύσωμεν, id est, «conburamus»; quod et Septuaginta iuxta hexaplorum ueritatem transtulisse perspicuum est. Theodotion quoque ἐνεπυρίσαμεν uertit, id est, «succendimus». Ex quo perspicuum est sic psallendum ut nos interpretati sumus; et tamen sciendum, quid Hebraica

dación tradujo también ἐνεπυρίσαμεν, esto es, «pegamos fuego». De donde resulta claro que ha de cantarse tal como nosotros tradujimos; sin embargo, hay que saber lo que trae el texto hebreo. Lo que tradujeron los LXX ha de cantarse en las iglesias por veneración de su antigüedad; pero lo otro han de saberlo los eruditos por honor a la ciencia de las Escrituras. Por eso, si algo se anota al margen por razón del estudio, no ha de incorporarse al texto, perturbando, al talante del copista, la anterior traducción. En el mismo salmo: *Atormentaste las cabezas de los dragones en las aguas; tú quebrantaste las cabezas del dragón* (73,13-14). La lección sigue este orden: En el primer versículo no hay «tu», pero sí en el segundo, y «aguas» está en plural, no en singular, como Aquila tradujo la palabra «ammaim», τῶν ὑδάτων, «de las aguas». En el mismo: *No olvides las voces de tus enemigos* (73,23). En su lugar decís que en el griego se escribe τῶν ἱκετῶν σου, «de tus suplicantes». En el hebreo se lee «sorarach», que Aquila tradujo por «de tus contrarios»; Símmaco, por «los que te hacen la guerra»; los LXX y la sexta edición, «de tus enemigos». El sentido depende de lo anterior: *Acuérdate de tus ultrajes, de los que el día entero te vienen del insensato; no olvides las voces de tus enemigos,* es decir, las voces de los que te blasfeman y te calumnian entre tu pueblo. Por lo que prosigue: *La soberbia de los que te odian sube siempre,* es decir: «Mientras tú difieres el castigo, ellos progresan en sus blasfemias».

47. Salmo 74: *Contaremos tus maravillas* (74,2). En su lugar se lee, mal, entre los griegos: «Contaré todas tus maravillas».

ueritas habeat. Hoc enim quod Septuaginta transtulerunt, propter uetustatem in ecclesiis decantandum est; et illud ab eruditis sciendum propter notitiam Scripturarum. Vnde si quid pro studio e latere additum est, non debet poni in corpore, ne priorem translationem pro scribentium uoluntate conturbet. In eodem: *Contribulasti capita draconum in aquis; tu confregisti capita draconis.* Sic lectionis ordo sequitur, ut in priori uersu «tu» non habeat, sed in secundo; et «aquae» plurali numero scribantur, non singulari, sicut et Aquila uerbum Hebraicum «ammaim», τῶν ὑδάτων, id est: «aquarum», interpretatus est. In eodem: *Ne obliuiscaris uoces inimicorum tuorum.* Pro quo in Graeco τῶν ἱκετῶν σου, id est «deprecantium te» scriptum dicitis. In Hebraeo «sorarach» legitur, quod Aquila: «hostium tuorum», Symmachus: «bellantium contra te», Septuaginta et Sexta editio: «inimicorum tuorum» interpretati sunt; et est sensus pendens ex superioribus: *Memor esto inproperiorum tuorum, eorum quae ab insipiente sunt tota die; ne obliuiscaris uoces inimicorum tuorum,* id est: uoces quae te blasphemant, tibique in populo tuo detrahunt. Vnde sequitur: *Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper:* id est, «dum tu differs poenas, illi proficiunt in blasphemiis».

47. Septuagesimo quarto: *Narrabimus mirabilia tua.* Pro quo male apud Graecos legitur: «Narrabo omnia mirabilia tua».

48. Salmo 75: *Todos los hombres de las riquezas por sus manos* (75,6). Y no como leéis vosotros, corrompido por no sé quién: «en sus manos». En el mismo: *Al Terrible y al que quita el aliento a los príncipes.* Decís que «ei» («al que») no se halla en el griego; pero si no se añade «ei», la frase latina no suena. Correctamente no puede decirse: «Terribili et qui aufert spiritum principum».

49. Salmo 76: *Y he meditado durante la noche con mi corazón, y me ejercitaba, y examinaba mi espíritu* (76,7). En vez de eso leemos en hebreo: «Me acordaba de mis salmos durante la noche, hablaba con mi corazón y examinaba mi espíritu». Por «ejercicio», los LXX trasladaron ἀδολεσχίαν, una especie de «cantar» y «meditación»; y por lo que nosotros hemos dicho «examinaba», ellos pusieron ἔσκαλλον, que Símmaco tradujo ἀνηρεύνων, «inquiría» o «buscaba», e igualmente la quinta edición. Ahora bien, σκαλισμός es término de agricultura que significa escardar, y como en el escardeo se buscan hierbas que cortar o arrancar con el escardillo, así aquí el salmista ha expresado metafóricamente la supresión de sus pensamientos por el escardillo. Y hay que saber que ἔσκαλον expresa la acción una sola vez, pero ἔσκαλλον es acción frecuente. En el mismo: *De generación en generación.* Lo que vosotros decís haber visto en griego: «Terminó su palabra», no se halla con razón en latín, porque tampoco está en ningún intérprete.

50. Salmo 77: *Y lo contarán a sus hijos* (77,36). En su lugar el griego tiene ἀναγγελοῦσιν, «anunciarán». Pero es de saber

48. Septuagesimo quinto: *Omnes uiri diuitiarum manibus suis.* Et non, ut uos nescio a quo deprauatum legitis, «in manibus suis». In eodem: *Terribili, et ei qui aufert spiritum principum.* Dicitis quod «ei» non sit scriptum in Graeco; uerum est; sed nisi apposuerimus «ei» Latinus sermo non resonat. Neque enim possumus recte dicere: «Terribili, et qui aufert spiritum principum».

49. Septuagesimo sexto: *Et meditatus sum nocte cum corde meo, et exercitabar, et scopebam spiritum meum.* Pro quo in Hebraeo legimus: «Recordabar psalmorum meorum in nocte, cum corde meo loquebar, et scopebam spiritum meum». Pro «exercitatione», ἀδολεσχίαν, id est: «decantationem», quandam et «meditationem» Septuaginta transtulerunt; et pro eo quod nos diximus, «scopebam», illi posuerunt ἔσκαλλον, quod Symmachus transtulit: ἀνηρεύνων, id est «perscrutabam» siue «quaerebam», et quinta similiter. Proprie autem σκαλισμός in agricultura dicitur in sariendo, id est: sarculando; et quomodo ibi quaeruntur herbae sarculo quae secentur, sic et iste retractatum cogitationum suarum μεταφορικῶς a sarculo demonstrauit. Et sciendum, quod ἔσκαλον, semel, sed ἔσκαλλον, frequenter significat. In eodem: *a generatione in generationem.* Hoc quod in Graeco sequens inuenisse nos dicitis: «consummauit uerbum», recte non habet in Latino, quia et in nullo habetur interpretum.

50. Septuagesimo septimo: *Et narrabunt filiis suis.* Pro quo in Graeco habet, ἀναγγελοῦσιν, quod est: «adnuntiabunt». Sed sciendum quod in He-

que en hebreo se escribe «iasaphpheru», que Aquila y Símmaco tradujeron «contarán». En el mismo: *Y mató a los gordos de ellos* (77,31). Así también en el hebreo, que trae «bamasmnehem», que Aquila tradujo ἐν λιπαροῖς αὐτῶν, Símmaco por τοῦς λιπαρωτέρους αὐτῶν; los LXX, Teodoción y la quinta edición ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν. Algunos, por mala inteligencia, en vez de πίοσιν pensaron estaba escrito πλείοσιν. En el mismo: *Lo amaron por su boca, y por su lengua le mintieron* (77,6). También en el hebreo está escrito «icazbulo», y todos lo trasladaron por voz semejante ἐψεύσαντο αὐτῶ, «le mintieron». Quién haya querido poner «ei» por «eum» y corromper las copias, no me toca a mí juzgarlo. En el mismo salmo: *Será propicio para con los pecados de ellos y no los perderá* (77,38). Decís que en griego no hay «eos» (a ellos), y es verdad; pero nosotros, para que no quede colgando el sentido, hemos completado la frase latina según la propiedad de la lengua. Pero, si alguno piensa que διαφθερεῖ no significa «perdición», sino «corrupción, recuerde aquel título en que se escribe: εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς, «para el fin, no pierdas» (Ps 66,1; 67,1; 58,1, etc.); y no, como traduce la mayoría servilmente, «no corrompas». En el mismo salmo: *Y los llevó al monte de su santuario, al monte que ganó su diestra* (77,54). En lugar de eso se lee en los Setenta: ὄρος τοῦτο, ὃ ἐκτήσατο ἡ δεξιὰ αὐτοῦ (y no, como ponéis vosotros: ὁ ἐκτίσατο), esto es: «que adquirió su diestra». Así, pues, Símmaco tradujo según la propiedad hebraica: «El monte que adquirió su diestra». En el mismo: *Y se apartaron y no guardaron la alianza, como sus pa-*

braeo «iasaphpheru» scriptum est, quod Aquila et Symmachus «narrabunt» transtulerunt. In eodem: *Et occidit pingues eorum.* Sic habet et in Hebraeo, hoc est «bamasmnehem», quod Aquila interpretatus est: ἐν λιπαροῖς αὐτῶν: Symmachus: τοὺς λιπαρωτέρους αὐτῶν; Septuaginta, et Theodotion, et quinta: ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν. Quod quidam non intellegentes, pro πίοσιν putauerunt scriptum πλείοσιν. In eodem: *Dilexerunt eum in ore suo, et lingua sua mentiti sunt ei.* Et in Hebraeo ita scriptum est «icazbulo», et omnes uoce simili transtulerunt: ἐψεύσαντο αὐτῷ, id est, «mentiti sunt ei». Quis autem uoluerit pro «ei» ponere «eum», et uitiare exemplaria, non est mei iudicii. In eodem: *Et propitius fiet peccatis eorum et non disperdet eos.* Dicitis quod «eos» in Graeco non habeat, quod et uerum est; sed nos, ne sententia pendeat, Latinum sermonem sua proprietate conpleuimus. Si quis autem putat, διαφθερεῖ, non «perditionem» sonare, sed «corruptionem», recordetur illius tituli, in quo scribitur, εἰς τὸ τέλος μὴ διαφθείρῃς, hoc est, «in finem ne disperdas», et non ut plerique κακοζήλως interpretantur, «ne corrumpas». In eodem: *Et induxit eos in montem sanctificationis suae, montem quem adquisiuit dextera eius.* Pro quo apud Septuaginta legitur: ὄρος τοῦτο, ὃ ἐκτήσατο ἡ δεξιὰ αὐτοῦ (et non ut uos ponitis, ὃ ἐκτίσατο) hoc est: «quem adquisiuit» dextera eius. Ergo secundum Hebraicam proprietatem interpretatus est Symmachus: «montem, quem adquisiuit dextera eius». In eodem: *Et auerterunt se, et non*

dres (77,57). Sé muy bien que no hay «pacto» o alianza en hebreo; pero como quiera que todos con voz parecida trasladaron ἠσυνθέτησαν y en griego συνθήκη significa pacto o alianza, con una sola palabra que quiere decir que «no guardaron la alianza», por más que los Setenta pusieran ἠθέτησαν. En el mismo: *En la tierra que fundó por los siglos* (77,69). En su lugar decís haber encontrado escrito: «En la tierra lo fundó para siempre». En el hebreo se halla de la forma que lo tradujo también Símmaco: εἰς τὴν γῆν, ἣν ἐθεμελίωσεν εἰς τὸν αἰῶνα. Ahora, si no se dice que la tierra esté fundada, sino de otra que parezca fundada en la tierra, tendrán que demostrar por lo que antecede y sigue qué sentido tenga parecer está fundado en la tierra algo que no se dice. Y si piensan ser el santuario el que fue fundado en la tierra, hubo de escribirse: «En la tierra lo fundó para siempre». En el mismo: *Con las inteligencias de sus manos los dedujo* (77,72). No se lee ἐν τῇ συνέσει, como escribís, en número singular, sino en plural ἐν ταῖς συνέσεσιν, que suena «en las inteligencias». Así está también en hebreo «bathabunoth», «en las inteligencias».

51. Salmo 78: *Pusieron a Jerusalén en guardia de frutos* (78,1). En griego se dice ὀπωροφυλάκιον, y no puede traducirse de otra manera que como nosotros lo hemos traducido. En cuanto a su sentido, es la casilla o cabaña que los guardias de campos y huertas suelen tener; de manera que de una populosísima ciudad no quede un mísero tugurillo. Esto según el griego. El hebreo escribe «lichin», que Aquila traduce λιθαόριον, esto es, «montón de piedras», hecho de la limpia de viñas y campos.

seruauerunt pactum, quemadmodum patres eorum. Scio quod «pactum» non habeat in Hebraeo; sed quando omnes uoce simili transtulerunt ἠσυνθέτησαν, et apud Graecos συνθήκη «pactum» dicitur, ex uno uerbo significatur: «non seruauerunt pactum»; licet Septuaginta ἠθέτησαν posuerint. In eodem: *In terra quam fundauit in saecula.* Pro quo scriptum inuenisse uos dicitis: «In terra fundauit eum in saecula». In Hebraeo ita scriptum est, ut uertit et Symmachus, εἰς τὴν γῆν ἣν ἐθεμελίωσεν εἰς τὸν αἰῶνα. Sin autem non de terra dicitur, quod fundata sit, sed de alia, quae fundata uideatur in terra, probent ex prioribus et sequentibus, quis sensus sit ut nescio quid, quod non dicitur, fundatum uideatur in terra. Sin autem sanctificium in terra fundatum putant, debuit scribi: «in terra fundauit illud in saecula». In eodem: *Et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Non habet, ἐν τῇ συνέσει, ut scribitis, numero singulari, sed ἐν ταῖς συνέσεσιν, quod «intellegentias» sonat, sicut habetur et in Hebraeo «bathabunoth», quod est: «in intellectibus».

51. Septuagesimo octauo: *Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.* Quod Graece εἰς ὀπωροφυλάκιον dicitur, nec aliter potest uerti quam a nobis translatum est. Significat autem speculam quam custodes agrorum et pomorum habere consuerunt: ut de amplissima urbe paruum tuguriunculum uix remanserit. Hoc secundum Graecos. Ceterum in Hebraeo «lichin» scriptum habet; quod Aquila uertit λιθαόριον, id est: «aceruum et cumulum lapidum», quibus uineae et agri purgari solent.

52. Salmo 79: *Y plantaste sus raíces de allí* (79,10). Y decís que en el griego no hay «de allí». Y con razón, pues tampoco está en nuestros códices y no sé qué ignorante haya falseado vuestros libros.

53. Salmo 82: *Poseamos por herencia el santuario de Dios* (82,13). Y decís que en el griego se escribe: κληρονομήσωμεν ἑαυτοῖς, «poseamos para nosotros». Cuestión superflua, pues, si se posee, es para uno mismo.

54. Salmo 83: *Mi corazón y mi carne se regocijó en el Dios vivo* (83,3). En su lugar decís que el griego escribe «se regocijaron». Aquí no hay discusión posible, pues si se lee: «se regocijó», se entiende que se regocijó mi corazón y se regocijó mi carne. Si se lee: «se regocijaron», es que lo hicieron a par mi corazón y mi carne. Y os ruego que dejéis a un lado estas niñerías y discusiones vanas, dado caso que no se modifica para nada el sentido. En el mismo salmo: *Bienaventurado el varón cuyo auxilio viene de ti* (83,6). En el griego decís haber hallado: «Para quien hay auxilio de ti», y por haber nosotros evitado ese giro, somos, como decís, criticados. Pero ¿quién no ve que de haber querido nosotros decir: «cui est auxilium eius», habríamos cometido un patente vicio de dicción, y que cuando precede «cui» no debe seguir «eius»? A no ser que se nos tache de vicio, porque hemos evitado el vicio. En el mismo: *En el valle de las lágrimas* (83,7). En el griego decís que se escribe κλαυθμῶνος, «de lloro»; pero lloro, llanto y lágrimas todo es uno en cuanto al sentido.

52. Septuagesimo nono: *et plantasti radices eius hinc*. Et dicitis quod in Graeco «hinc» non habeat; et bene, nam et in nostris codicibus non habetur; et miror quis inperitorum uestros libros falsauerit.

53. Octogesimo secundo: *Hereditate possideamus sanctuarium Dei*. Et dicitis quod in Graeco sit scriptum, κληρονομήσωμεν ἑαυτοῖς, id est: «Possideamus nobis». Quae superflua quaestio est; quando enim dicitur «possideamus», intellegitur et «nobis».

54. Octogesimo tertio: *Cor meum, et caro mea exsultauit in Deum uiuum*. Pro quo in Graeco scriptum dicitis «exsultauerunt». In hoc nulla contentio est; si enim legimus «exsultauit», intellegitur «cor meum exultauit, et caro mea exultauit». Sin autem «exultauerunt», duo pariter exultauerunt, id est: cor et caro. Et quaeso uos, ut huiusmodi ineptias, et superfluas contentiones, ubi nulla est sensus inmutatio, declinetis. In eodem: *Beatus uir, cuius est auxilium abs te*. In Graeco inuenisse uos dicitis: «cui est auxilium eius abs te»; quod quia nos in Latina interpretatione uitauimus, ut dicitis, reprehendimur. Cui enim non pateat, quod si dicere uoluerimus, «cui est auxilium eius», apertissimum uitium sit; et quando praecesserit «cui» sequi non debeat «eius?» nisi forte uitii arguimur, quod uitauimus uitium. In eodem: *In ualle lacrymarum*. Pro quo dicitis in Graeco scriptum esse: κλαυθμῶνος, id est: «plorationis», sed siue ploratum, siue planctum, siue fletum, siue lacrimas dixerimus,

Y nuestro empeño es, donde no hay cambio de sentido, mantener la elegancia de la lengua latina.

55. Salmo 84: *Has bendecido, Señor, a tu tierra* (84,2). En lugar de «has bendecido» decís que se escribe en el griego εὐδόκησας, y preguntáis cómo haya de verterse este verbo en latín. Si escudriñamos quisquillosamente las palabras y sílabas, podemos decir: «Bien te agradó, Señor, tu tierra». Pero, siguiendo las palabras, perdemos el orden del sentido. O por lo menos hay que añadir algo para que se conserve el orden de la frase, y decir: «Te complació, Señor, tu tierra». Y si esto hacemos, nuevamente se nos preguntará por qué hemos añadido «tibi» («a ti»), que no se halla ni en hebreo ni en griego. Hay que seguir, por ende, la regla de traducir que muchas veces hemos repetido, a saber: Donde no sufre menoscabo el sentido de la lengua a que trasladamos, ha de mantenerse la eufonía y propiedad. En el mismo: *La misericordia y la verdad saliéronse al encuentro* (84,11). Y decís que en el griego no hay «se». Tampoco está en el hebreo, y en los Setenta lleva el óbelo delante. Cuando estos signos son omitidos negligentemente por los copistas como superfluos, se engendra enorme confusión en la lección. Pero, si no se añade «se», se creerá que la misericordia y la verdad no salieron al encuentro entre sí, sino a otro; lo mismo la justicia y la paz no se habrían dado beso mutuo, sino que habrían besado a otro.

56. Salmo 85: *Y no te pusieron a ti en su presencia* (85,14). Y decís que en vuestro códice no hay «te». Añadidlo y, enmendado

unus est sensus. Et nos hoc sequimur, ut ubi nulla de sensu est inmutatio, Latini sermonis elegantiam conseruemus.

55. Octogesimo quarto: *Benedixisti, Domine, terram tuam.* Pro eo quod est, «benedixisti», in Graeco scriptum dicitis εὐδόκησας, et quaeritis quomodo hoc uerbum exprimi debeat in Latinum. Si contentiose uerba scrutamur et syllabas, possumus dicere: «Bene placuit, Domine, terra tua»; et dum uerba sequimur, sensus ordinem perdimus. Aut certe addendum est aliquid, ut eloquii ordo seruetur, et dicendum: «Complacuit tibi, Domine, terra tua». Quod si fecerimus, rursum a nobis quaeretur, quare addiderimus «tibi»; cum nec in Graeco sit, nec in Hebraeo. Eadem igitur interpretandi sequenda est regula, quam saepe diximus, ut ubi non fit damnum in sensu linguae, in quam transferimus, εὐφωνία et proprietas conseruetur. In eodem: *Misericordia, et ueritas obuiauerunt sibi;* et dicitis quod in Graeco «sibi» non habeat. Nec in Hebraeo habet, et apud Septuaginta obelo praenotatum est: quae signa dum per scriptorum neglegentiam a plerisque quasi superflua relinquuntur, magnus in legendo error exoritur. Sin autem non fuerit additum «sibi», misericordia et ueritas non sibi, sed alii occurrisse credentur; nec iustitia et pax sibi dedisse osculum, sed alteri.

56. Octogesimo quinto: *Et non proposuerunt te in conspectu suo;* et dicitis, quod in uestro codice «te» non habeat. Addite «te», et emenda-

el error del escribiente, corregiréis también vuestro error. En el mismo: *Y tú, Señor Dios, compasivo y misericordioso* (85,14). En el griego decís haber hallado: «Y tú, Señor Dios mío». Es una redundancia, pues «mío» no se halla ni en el hebreo ni en los LXX.

57. Salmo 88: *Grande y hórrido* (88,8). En su lugar decís haber hallado en el griego φοβερός, que significa «terrible, que infunde miedo o temor». Yo pienso que hórrido *(horrendum)* significa eso mismo (no como cree el vulgo «digno de desprecio» y «sucio»), como lo prueba el verso:

«Frío horror sacude mis miembros» (VIRG., *Aen.* 3,29-30).

Y: «Por doquiera el horror invade al alma, hasta el silencio del conjunto la aterra (VIRG., *Aen.* 2,755).

Y: «Hórrido monstruo, ingente» (VIRG., *Aen.* 3,658).

Y así otros pasajes semejantes. En el mismo salmo: *Entonces hablaste en visión a tus santos* (88,20). En su lugar decís hallarse en el griego «a tus hijos», Pero es de saber que en el hebreo hay «laasidach», que todos han traducido τοῖς ὁσίοις σου, «a tus santos». Sólo la sexta edición tradujo «a tus profetas», expresando más bien el sentido que la palabra. Y sólo en la *koiné* he hallado «hijos» en vez de «santos». En el mismo: *Tú, empero, lo rechazaste y lo miraste (respexisti)* (88,39). En vez de eso decís haber hallado en el griego ἐξουδένωσας. ¡Qué enorme error nos ha hecho cometer el cambio de una sola letra! Porque nosotros no tradujimos «respexisti» («miraste»), sino «despexisti»

to errore librarii, uestrum quoque errorem emendabitis. In eodem: *Et tu Domine Deus miserator et misericors.* In Graeco inuenisse uos dicitis: «Et tu Domine Deus meus». Quod superfluum est: «meus» enim nec in Hebraeo habetur, nec in Septuaginta.

57. Octogesimo octauo: *Magnus et horrendus.* Pro quo in Graeco inuenisse uos dicitis: φοβερός, quod significat «terribilis, timendus, formidandus». Ego puto in id ipsum significari et «horrendum» (non ut uulgus aestimat, despiciendum, et squalidum), secundum illld:

«Mihi frigidus horror
Membra quatit». Et:
«Horror ubique animo, simul ipsa silentia terrent».
Et:
«Monstrum horrendum, ingens»;

et multa his similia. In eodem: *Tunc locutus est in uisione sanctis tuis.* Pro quo in Graeco «filiis tuis» inuenisse uos dicitis. Sed sciendum quod in Hebraeo «laasidach» habet, quod omnes τοῖς ὁσίοις σου, id est, «sanctis tuis» transtulerunt; et sola sexta editio, «prophetis tuis», interpretata est; sensum magis, quam uerbum exprimens. Et in κοινῇ tantum pro «sanctis», «filios» repperi. In eodem: *Tu uero reppulisti, et respexisti.* Pro quo in Graeco: ἐξουδένωσας inuenisse uos dicitis. Vnius litterae mutatio quantum uobis fecit errorem! non enim «respexisti», sed: «despexisti» et pro

(«despreciaste» y tuviste en nada). A no ser que opinéis que ἐξουδένωσας no haya que traducirlo por «despreciaste», sino, siguiendo a un sapientísimo intérprete de nuestro tiempo, por aniquilaste o anulaste o nulificaste o cualquier otro monstruo de palabras que pueden hallarse entre los ignorantes.

58. Salmo 89: *Desde el siglo hasta el siglo tú eres Dios* (89,2). Y decís que en el griego no hay «Dios». Pero se trata evidentemente de una omisión, pues está en el hebreo, y todos los otros intérpretes, e incluso los LXX, han traducido: ἀπὸ τοῦ ἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ ὁ θεός. En hebreo se dice: «meolam ad olam ath hel». En el mismo: *Porque sobreviene la mansedumbre, y seremos arrebatados* (89,10). En el griego decís haber hallado: «La mansedumbre sobre nosotros»; pero también esto es redundante.

59. Salmo 90: *Dirá al Señor: Dios mío eres tú* (90,2). Y decís que en el griego no hay «eres». Pero yo os diré más, que en el hebreo no hay ni «eres» ni «tú»; pero en los Setenta y en latín se ha puesto por razón de eufonía e ilación de las palabras.

60. Salmo 93: *Bienaventurado el hombre a quien tú instruyeres, Señor* (93,12). Dices que en griego no hay «tú», y es verdad; pero en latín se ha puesto por eufonía. Si decimos: «Bienaventurado el hombre a quien instruyeres, Señor», se pierde la elegancia de la construcción. Lo mismo cuando se dice «Señor», como apóstrofe al Señor, añadir «tú» no menoscaba para nada el sentido. En el mismo: *Y en la maldad de ellos, los aniquilará*

nihilo duxisti, interpretati sumus: Nisi forte ἐξουδένωσας non putatis transferendum «despexisti»; sed, secundum disertissimum istius temporis interpretem, adnihilasti, uel adnulasti, uel nullificasti, et si qua alia possunt inueniri apud inperitos portenta uerborum.

58. Octogesimo nono: *A saeculo et usque in saeculum tu es Deus.* Et dicitis quod in Graeco non sit «Deus». Quod apud eos deesse manifestum est. Nam est in Hebraico, et omnes alii interpretes, et Septuaginta similiter transtulerunt: ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ ὁ Θεός, quod Hebraice dicitur «meolam ad olam ath hel». In eodem: *Quoniam superuenit mansuetudo, et corripiemur.* In Graeco uos dicitis inuenisse: «Mansuetudo super nos». Sed et hoc superfluum est.

59. Nonagesimo: *Dicet Domino, susceptor meus es tu.* Et dicitis quod in Graeco «es» non habeat. Ego uobis amplius dicam quod apud Hebraeos nec «es» habeat, nec «tu»; sed apud Septuaginta, et apud Latinos pro εὐφωνίᾳ et uerborum consequentia positum sit.

60. Nonagesimo tertio: *Beatus homo quem tu erudieris, Domine.* Dicitis in Graeco non esse «tu», et uerum est; sed apud Latinos propter εὐφωνίαν positum. Si enim dicamus, «Beatus homo quem erudieris, Domine», conpositionis elegantiam non habebit. Et quando dicitur: «Domine», et apostrofa fit ad Dominum, nihil nocet sensui, si ponatur et «tu». In eodem: *Et in malitia eorum disperdet eos.* In Graeco dicitis non esse praepositionem «in»; sed legi: «malitiam eorum disperdet». Sciendum

(93,23). En griego decís que no está la preposición «en», sino que se lee: «Aniquilará la malicia de ellos». Pero es de saber que, lo mismo en el hebreo que en todos los intérpretes, se pone: «En la maldad de ellos los aniquilará». Ahora bien, si queremos leer: «Aniquilará la malicia de ellos», el «eos» («a ellos») que sigue en los LXX al final del versículo es redundante y vicioso.

61. Salmo 97: *Se ha acordado de su misericordia.* En el griego decís haber hallado: «De su misericordia para con Jacob»; pero aquí el nombre de Jacob es redundante.

62. Salmo 100: *Mis ojos sobre los leales de la tierra para que se sienten conmigo.* En el griego decís haber hallado: τοῦ συγκαθῆσθαι αὐτοὺς μετ' ἐμοῦ. ¿Quién iba a huir de una traducción tal, que dijera expresando palabra por palabra: «para que se sienten ellos mismos conmigo»?

63. Salmo 101: *Estuve despierto y me convertí en pájaro solitario sobre el tejado* (101,8). Y decís haber visto en el griego ἐπι τῷ δώματι, que los antiguos códices latinos interpretaron por «en el edificio». *Doma,* en las provincias de Oriente, significa lo mismo que entre nosotros techo o tejado. Y es así que en Palestina y en Egipto, donde se escribieron o fueron traducidos los libros divinos, no hay en los techos cúspides, sino *dómata,* que en Roma llaman *solaria* o *maeniana,* es decir, solanares o terrazas, techos o tejados planos, que se sostienen por vigas transversales. En fin, Pedro mismo, cuando en los Hechos de los Apóstoles se dice que sube al *doma,* es de creer que sube al tejado o terraza del edificio. Y cuando se nos manda que pongamos

autem, quod et in Hebraeo, et in cunctis interpretibus positum sit: «In malitia eorum disperdet eos». Si autem uoluerimus legere: «Malitiam eorum disperdet», id quod in Septuaginta sequitur in fine uersiculi «eos», et superfluum erit, et uitiosum.

61. Nonagesimo septimo: *Recordatus est misericordiae suae.* Pro quo in Graeco inuenisse uos dicitis: «Misericordiae suae Iacob»; sed hic «Iacob» nomen superfluum est.

62. Centesimo: *Oculi mei ad fideles terrae, ut sederent mecum.* Pro quo in Graeco inuenisse uos dicitis, τοῦ συγκαθῆσθαι αὐτοὺς μετ' ἐμοῦ. Quis non talem fugiat interpretationem, ut uerbum ad uerbum exprimens, dicat: «Vt considerent ipsi mecum?»

63. Centesimo primo: *Vigilaui et factus sum sicut passer solitarius in tecto.* Et dicitis uos in Graeco inuenisse ἐπὶ δώματι, quod antiqui codices Latinorum interpretati sunt «in aedificio». Δῶμα in orientalibus prouinciis ipsum dicitur quod apud nos «tectum»; in Palaestina enim, et Aegypto, ubi uel scripti sunt diuini Libri, uel interpretati, non habent in tectis culmina, sed δώματα, quae Romae uel «solaria», uel «maeniana» uocant; id est, plana tecta, quae transuersis trabibus sustentatur. Denique et Petrus in Actibus Apostolorum, quando ascendit in δῶμα, in «tectum» aedificii ascendisse credendus est. Et quando praecipitur nobis, ut faciamus ϱώματι nostro coronam, hoc praecipitur, ut in «tecto» faciamus per cir-

la corona a nuestro *doma,* se nos preceptúa que construyamos en torno a nuestra terraza ciertos salientes o barandas, a fin de no caer fácilmente cabeza abajo (Deut 22,8). Y en el evangelio: *Lo que habéis oído*—dice el Señor—*al oído, pregonadlo sobre los dómata,* es decir, por los tejados (Mt 10,27). Y en Isaías: *¿Qué tenéis, que todos habéis subido a tejados vacíos?* (Is 22,1). Y así otros muchos pasajes por el estilo. En el mismo salmo: *Me he convertido en «nycticorax» en su manida* (101,7). Lo mismo hay en griego, y preguntáis qué significa «nycticorax» en latín. En el hebreo, por «nycticorax» se escribe *bos,* palabra que Aquila y los Setenta y Teodoción y la quinta edición tradujeron por «nycticorax», Símmaco por «abubilla», y la sexta edición por «lechuza», que preferimos también nosotros. Finalmente, lo que entre nosotros y en griego se lee: «Me he convertido en *nycticorax* en su manida», en hebreo dice: «Me he convertido en lechuza entre ruinas». La mayoría, quisquillosamente, opinan que significa «búho». En el mismo: *A la faz de tu ira e indignación.* En vez de eso decís haber visto en el griego: «A la faz de tu ira»; pero es patentísimo que en el hebreo y en los LXX hay: ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς καὶ τοῦ θυμοῦ σου. En el mismo: *Porque han placido a tus siervos sus piedras y se compadecerán de su tierra* (101,15). Por «tierra» hay en el hebreo «afar», que todos han trasladado por χοῦν, que puede a su vez interpretarse por «polvo» y por «suelo», «humus», es decir, «tierra».

64. Salmo 102: *No se irritará eternamente* (102,9). En su lugar decís haber hallado en el griego: «No hasta el fin». Pero

cuitum quasdam eminentias, ne facilis in praeceps lapsus sit. Et in euangelio: *Quae,* inquit, *auditis in aure, dicite super domata,* id est, «super tecta». Et in Isaia: *Quid uobis est, quod omnes ascendistis in tecta uana?* et multa istius modi. In eodem: *Factus sum sicut* νυκτικόραξ *in domicilio.* Quod similiter habetur in Graeco; et quaeritis quid significet νυκτικόραξ apud Latinos. In Hebraeo pro nycticorace uerbum «bos» scriptum est, quod Aquila, et Septuaginta, et Theodotio, et quinta editio «nycticoracem» interpretati sunt; Symmachus «upupam», sexta editio «noctuam» quod et nos magis sequimur. Denique ubi apud nostros et Graecos legitur, «Factus sum sicut nycticorax in domicilio»: apud Hebraeos dicitur: «Factus sum sicut noctua in ruinosis». Plerique «bubonem», contentiose significari putant. In eodem: *A facie irae et indignationis tuae.* Pro quo in Graeco inuenisse uos dicitis: «a facie irae tuae»; cum manifestissimum sit, quod et apud Hebraeos, et apud Septuaginta interpretes sic habet: ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς καὶ τοῦ θυμοῦ σου. In eodem: *Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius, et terrae eius miserebuntur.* Pro «terra» in Hebraeo «afar» positum est, quod omnes χοῦν transtulerunt; et potest tam «puluis», quam «humus», id est «terra», interpretari.

64. Centesimo secundo: *Non in perpetuo irascetur.* Pro quo in Graeco inuenisse uos dicitis: «Non in finem». Sed uerbum Hebraicum «nese»,

la palabra hebrea «nese» se entiende, según los lugares, por «perpetuo», «fin» y «victoria».

65. Salmo 103: *Que haces a tus ángeles espíritus* (103,4). En su lugar decís haber hallado en el griego: ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, «que hace a sus ángeles». Preguntáis brevemente sobre el caso cómo es que, hablando el profeta con Dios, de pronto cambia como si se dirigiera a otro. Más que más que empieza así: *Señor Dios, poderosamente has sido glorificado: de alabanza y de gloria te has vestido.* Y: *Que cubres con las aguas lo alto de él* (del cielo) *y de las nubes haces tu escalera y caminas en alas de los vientos.* E inmediatamente sigue: *Que haces de tus ángeles espíritus, y tus ministros al fuego abrasador. Que asentaste la tierra sobre su estabilidad.* Y poco después: *A tu increpación huirán, a la voz de tu trueno se espantarán.* Y: *En el lugar que asentaste para ellos. Que haces correr las fuentes en las hondonadas.* Y aquello: *Para que saques el pan de la tierra.* Si, pues, todo se refiere a la segunda persona, es decir, a Dios, ¿a qué viene introducir en un solo versículo la tercera súbitamente y fuera de orden? En el mismo: *A la voz de tu trueno temerán* (103,25). También en el hebreo hay «de tu trueno», y me sorprende cómo se ha suprimido en latín por error de los copistas. En el mismo salmo: *Este mar grande y espacioso de manos* (103,25). Decís que en griego no hay «de manos», y también yo lo sé. Pero se ha añadido, con asterisco, en los Setenta, tomado del hebreo y Teodoción. Finalmente, en el hebreo está escrito:

et «perpetuum», et «finis», et «uictoria» pro locorum intellegitur qualitate.

65. Centesimo tertio: *Qui facis angelos tuos spiritus.* Pro quo in Graeco inuenisse uos dicitis, ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, id est, «qui facit angelos suos». A quibus breuiter quaerite quomodo cum ad Deum sermo sit, quasi ad alium loquens propheta repente mutetur; maxime cum sic incipiat: *Domine, Deus meus magnificatus es uehementer: confessionem, et decorem induisti.* Et: *Qui tegis in aquis superiora eius* (id est caeli), *qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulas super pennas uentorum;* et statim sequitur: *Qui facis angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem urentem. Qui fundasti terram super stabilitatem suam.* Et post paululum: *Ab increpatione tua fugient, a uoce tonitrui tui formidabunt.* Et: *In loco, quem fundasti eis. Qui emittis fontes in conuallibus.* Et illud: *Vt educas panem de terra.* Si ergo omnia ad secundam personam sunt, id est, ad Deum, quomodo in uno uersiculo tertia persona subito, et extra ordinem inducitur? In eodem: *A uoce tonitrui tui formidabunt.* Habet et in Hebraeo «tonitrui tui», et miror quomodo apud Latinos scriptorum errore subtractum sit. In eodem: *Hoc mare magnum et spatiosum manibus.* Dicitis in Graeco «manibus» non haberi, et ego noui. Sed ex Hebraico, et de Theodotionis editione in Septuaginta sub asterisco additum est. Denique et in Hebraeo ita scriptum «ze haiam gadol varab idaim», quod Aquila sic interpretatus est: αὐλὴ καὶ πλατεῖα χερσίν, et omnes interpretes: αὕτη ἡ

«ze haiam gadol varab idaim», que Aquila tradujo así: αὐλὴ καὶ πλατεῖα χερσίν, y todos los intérpretes: αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος χερσίν. Se trata, según el genio de la lengua hebrea, de una metáfora, como si el mar tuviera las manos extendidas y lo recibiera todo en sí. En el mismo salmo: *Para que saques pan de la tierra* (103,14). En su lugar decís vosotros haber hallado «para que saque»; pero no puede decirse una cosa a él mismo y otra de él mismo. O lo decía todo el profeta como si hablara con Dios o lo refería a otro de Dios. Ahora bien, dado que la mayor parte se dirige a Dios, a El también hay que dirigir lo que resulte ambiguo. En el mismo: *La manida del herodio es su guía* (103,17). Por erizo, que en hebreo se dice «asida», Símmaco tradujo ἰκτῖνα, «milano». Finalmente, también nosotros hemos vertido al latín: «Allí harán las aves sus nidos, el abeto es manida del milano». Y es así que el milano suele hacer su nido en los árboles más altos y difíciles. De ahí que la sexta edición, con más claridad, tradujo: «El milano tiene el ciprés para su nido». Por abetos y cipreses el hebreo pone «barusim», que más bien significa abetos que cipreses. En el mismo salmo: *La peña es la guarida de los erizos* (103,18). En hebreo se pone «sphannim» y todos lo han traducido por τοῖς χοιρογρυλλίοις con palabra semejante, excepto los LXX, que lo entendieron por «liebres». Pero es de saber que hay un animal, no mayor que el erizo, que tiene alguna semejanza con el ratón y el oso, por lo que en Palestina se le llama «arcomus», y es especie que abunda mucho en estas regiones Suelen habitar siempre en las cavernas de las rocas y en los agujeros de la tierra.

θάλασσα ἡ μεγάλη καὶ εὐρύχωρος χερσίν; et hoc secundum Hebraicam dicitur proprietatem μεταφορικῶς, quod quasi expansas manus habeat, et in se cuncta suscipiat. In eodem: *Vt educas panem de terra.* Pro quo inuenisse uos dicitis, «ut educat»; sed non potest aliud ad ipsum, aliud de ipso dici. Aut omnia quasi ad Deum loquebatur propheta, aut omnia ad alium de eo referebat. Cum autem pleraque ad ipsum dirigantur, et ea quae ambigua sunt ad ipsius personam dirigenda sunt. In eodem: *Herodii domus dux est eorum.* Pro herodio, quod in Hebraeo dicitur «asida», Symmachus ἰκτῖνα, id est, «miluum» interpretatus est. Denique et nos ita uertimus in Latinum «Ibi aues nidificabunt: milui abies domus est»; quod scilicet semper in excelsis et arduis arboribus nidos facere consueuerit. Vnde et sexta editio manifestius interpretata est: «Miluo cupressi ad nidificandum». Pro abietibus autem et cupressis, in Hebraeo ponitur «barusim»; quod magis «abietes» quam κυπαρίσσους significat. In eodem: *Petra refugium herinaciis.* Pro quo in Hebraeo positum est «sphannim», et omnes τοῖς χοιρογρυλλίοις uoce simili transtulerunt, exceptis Septuaginta, qui «lepores» interpretati sunt. Sciendum autem animal esse non maius ericio, habens similitudinem muris, et ursi: unde in Palaestina ἀρκόμυς dicitur, et magna est in istis regionibus huius generis abundantia, semperque in cauernis petrarum et terrae foueis habitare consuerunt.

66. Salmo 104: *La tierra de ellos dio ranas* (104,30). En su lugar decís haber leído en el griego ἐξῆρψεν, que puede interpretarse así: «Hirvió la tierra de ellos ranas». Pero tampoco aquí se cambia el sentido, y nosotros, siguiendo la antigua traducción, no quisimos cambiar lo que no afectaba al sentido. En el mismo: *Y rompió el leño de sus confines* (104,23). En griego decís haber hallado: «todo leño»; pero se trata de una adición superflua. En el mismo: *Porque se acordó de su palabra santa que tuvo con Abrahán, su siervo* (104,42). En su lugar decís haber leído en el griego: ὃν διέθετο, «que dispuso». Esto mismo hay en el hebreo y en los LXX: ὅτι ἐμνήσθη τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, τοῦ πρὸς 'Αβραὰμ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Luego eso que se dice en el griego ὃν διέθετο, es en este lugar superfluo y hay que borrarlo.

67. Salmo 105: *Confesad al Señor, porque es bueno* (105,1). En su lugar decís haber leído en el griego: «Porque es χρηστός», esto es, «suave». Pero es de saber que χρηστός puede verterse por «bueno» y «suave» o dulce. Finalmente, también en el hebreo está escrito «chi tob», lo que todos han traducido por voz semejante: «Porque bueno». Por donde se ve que χρηστός se entiende por «bueno». En el mismo salmo: *No se acordaron de la muchedumbre de su misericordia* (105,7). Decís haber hallado en el griego: «y no se acordaron». La conjunción «y» es redundante. En el mismo salmo: *E irritaron al subir al mar, al mar Rojo*. En su lugar decís haber hallado en el griego: καὶ παρεπίκραναν, y pensáis ha de traducirse palabra por palabra:

66. Centesimo quarto: *Dedit terra eorum ranas*. Pro quo in Graeco ἐξῆρψεν uos legisse dicitis; quod potest ita interpretari: «Ebulliuit terra eorum ranas»; sed et in hoc nulla est sensus mutatio: et nos antiquam interpretationem sequentes, quod non nocebat mutare noluimus. In eodem: *Et contriuit lignum finium eorum*. Pro quo in Graeco inuenisse uos dicitis: «omne lignum». Sed et hoc additum est et superfluum. In eodem: *Quoniam memor fuit uerbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum*. Pro quo in Graeco legisse uos dicitis, ὃν διέθετο, id est, «quod disposuit». Ita enim in Hebraeo, et apud Septuaginta habetur interpretes: ὅτι ἐμνήσθη τοῦ λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, τοῦ πρὸς 'Αβραὰμ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Ergo quod in Graeco dicitur, ὃν διέθετο, in hoc loco et superfluum est, et radendum.

67. Centesimo quinto: *Confitemini Domino, quoniam bonus*. Pro quo in Graeco legisse uos dicitis: quoniam χρηστὸς, id est, «suauis». Sed sciendum quod χρηστὸς et in «bonum», et in «suaue» uerti potest. Denique et in Hebraeo ita scriptum est, «chi tob», quod omnes uoce simili transtulerunt: «quia bonus». Ex quo perspicuum est quod χρηστὸς «bonus» intellegatur. In eodem: *Non fuerunt memores multitudinis misericordiae tuae*. Dicitis quod in Graeco inueneritis: «Et non fuerunt memores». «Et» coniunctio superflua est. In eodem: *Et irritauerunt ascendentes in mare, Mare Rubrum*. Pro quo in Graeco inuenisse uos dicitis:

«Y le amargaron» o exasperaron. Pero esta traducción es semejante a lo de «anular» o «aniquilar». Leed a Ezequiel y hallaréis παραπικρασμός, traducido siempre por «irritación» o «exacerbación»; por ejemplo, cuando dice: οἶκος παραπικραίνων, «casa exasperante». En el mismo salmo: *Y vio cuando estaban atribulados y oyó la oración de ellos* (105,44). Lo que decís haber visto en el griego, que difiere de esto, es superfluo.

68. Salmo 106: *E hizo de su tormenta aura suave, callaron sus olas* (106,29). Luego lo que decís haber hallado en el griego: καὶ ἐπετίμησεν τῇ καταιγίδι αὐτῆς, και ἔστη εἰς αὔραν, es redundante. En el mismo salmo: *Y los llevó al puerto de la voluntad de ellos* (106,30). En su lugar decís haber hallado: «Al puerto de la voluntad de él». Pero el hebreo no trae «ephsau», que significa «de la voluntad de él», sino «ephsam», que suena «voluntad de ellos».

69. Salmo 107: *Levántate, gloria mía* (107,3). Decís que esto no está en el latín, y con razón no se halla en este salmo; pues tampoco se encuentra en el hebreo ni en ninguno de los intérpretes. Pertenece al salmo cincuenta y seis, de donde me parece hubo de trasponerlo alguien a este lugar (cf. 56,9). En el mismo: *Los filisteos se me han hecho amigos* (107,10). En su lugar decís haber hallado en el griego ὑπετάγησαν, «se me han sometido». Pero eso está escrito en el salmo 59; en el presente hallamos en todos los traductores: ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ἐφιλίασαν, «se me han hecho amigos». Lo cual se dice en hebreo «ethrohe».

καὶ παρεπίκραναν, et putatis uerbum e uerbo debere transferri: «et amaricauerunt». Sed et haec interpretatio «adnullationi» consimilis est, siue «adnihilationi». Legite Ezechiel, et inuenietis παραπικρασμός, «irritationem», et «exacerbationem» semper expressum, ubi dicitur: οἶκος παραπικραίνων, id est: «domus exasperans». In eodem: *Et uidit cum tribularentur, et audiuit orationem eorum.* Quidquid extra hoc in Graeco inuenisse uos dicitis, superfluum est.

68. Centesimo sexto: *Et statuit procellam eius in auram, et siluerunt fluctus eius.* Hoc ergo quod pro isto in Graeco inuenisse uos dicitis: καὶ ἐπετίμησεν τῇ καταιγίδι αὐτῆς, καὶ ἔστη εἰς αὔραν, superfluum est. In eodem: *Et deduxit eos in portum uoluntatis eorum.* Pro quo inuenisse uos dicitis: «In portum uoluntatis suae». Sed in Hebraeo non habet «ephsau», quod «uoluntatis suae» significat, sed «ephsam», quod «uoluntatis eorum» sonat.

69. Centesimo septimo: *Exurge, gloria mea.* Quod dicitis in Latino non esse, recte in isto psalmo non habet; quia nec apud Hebraeos, nec apud ullum interpretum repperitur; sed habetur in quinquagesimo sexto psalmo, de quo mihi uidetur a quodam in istum locum esse translatum. In eodem: *Mihi alienigenae amici facti sunt.* Pro quo in Graeco inuenisse uos dicitis ὑπετάγησαν, hoc est, «subditi sunt». Sed hoc in quinquagesimo nono psalmo scriptum est; in praesenti autem ita apud omnes inuenimus translatores: ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ἐφιλίασαν, id est, «amici facti sunt». Quod Hebraice dicitur «ethrohe».

70. Salmo 109: *El cetro de tu fuerza lo enviará el Señor desde Sión* (109,2). Decís que en los códices griegos no habéis leído «de tu fuerza», que se halla claramente en el hebreo y en los LXX. En el mismo salmo: *Domina en medio de tus enemigos.* Decís que en griego se lee: «Y domina»; pero esto no está en el hebreo ni en los LXX, y es superfluo.

71. Salmo 110: *Te confesaré, Señor, con todo el corazón* (110,1). En el griego decís haber leído: «con todo mi corazón». Pero también esto es redundante.

72. Salmo 113: *Pero nuestro Dios está en el cielo* (113,11). En su lugar decís haber leído en el griego: «En el cielo y en la tierra». Pero también esto es redundancia.

73. Salmo 114: *Y en mis días te invocaré* (114,2). Decís que en griego no hay «te», y tenéis razón, y tenéis también que tacharlo de vuestros códices. En el mismo salmo: *Agradaré al Señor en la región de los vivos* (114,9). En su lugar decís haber leído en el griego: «Agradaré en la presencia del Señor». Pero es una redundancia.

74. Salmo 117: *Y en el nombre del Señor, porque me he vengado de ellos* (117,10). Decís que «porque» no se halla en los códices griegos; pero en los latinos hay que leerlo con asterisco.

75. Salmo 118: *Y meditaba en tus mandamientos, que he amado* (118,47). En el griego decís haber leído añadido «vehementemente»; pero es superfluo. En el mismo: *He levantado mis*

70. Centesimo nono: *Virgam uirtutis tuae emittet Dominus ex Sion.* Dicitis uos in Graecis codicibus non legisse «uirtutis tuae», quod manifeste et in Hebraeo, et in Septuaginta interpretibus habet. In eodem: *Dominare in medio inimicorum tuorum.* Dicitis in Graeco legi: «et dominare»; sed hoc nec in Hebraeo habetur, nec apud Septuaginta; et superfluum est.

71. Centesimo decimo: *Confitebor tibi, Domine, in toto corde.* In Graeco inuenisse uos dicitis: «in toto corde meo». Sed et hoc hic superfluum est.

72. Centesimo tertio decimo: *Deus autem noster in caelo.* Pro quo in Graeco legisse uos dicitis: «in caelo, et in terra». Sed et hoc superfluum est.

73. Centesimo quarto decimo: *Et in diebus meis inuocabo te.* Dicitis quod in Graeco non sit «te»; et bene: e uestris quoque codicibus eradendum est. In ipso: *Placebo Domino in regione uiuorum.* Pro quo in Graeco legisse uos dicitis: «Placebo in conspectu Domini». Sed hoc superfluum est.

74. Centesimo septimo decimo: *Et in nomine Domini, quia ultus sum in eos.* Dicitis «quia» in Graecis codicibus non inueniri: sed in Latinis sub asterisco legendum est.

75. Centesimo octauo decimo: *Et meditabar in mandatis tuis, quae dilexi.* In Graeco, «uehementer» additum legisse uos dicitis; sed hoc superfluum est. In eodem: *Leuaui manus meas ad mandata tua, quae*

manos a tus mandamientos que he amado (118,48). En el griego decís haber leído: «a tus mandamientos»; pero es superfluo. En el mismo salmo: *Pensé en mis caminos* (118,59). En griego decís haber leído «tus caminos»; pero esto es superfluo y se lee mejor «mis caminos». En el mismo: *Y he vuelto mis pies hacia tus testimonios* (118,59). En griego decís haber leído: «Y aparté»; pero también esto es superfluo. En el mismo: *Pero yo escudriñaré con todo el corazón tus mandamientos* (118,69). En griego decís haber leído: «con todo mi corazón»; pero ese «mi» es redundante. En el mismo: *Mi alma siempre en mis manos, y no me he olvidado de tu ley* (118,109). En su lugar decís haber leído en el griego: «Mi alma siempre en tus manos». Pero es de saber que en el hebreo, en los LXX y todos los otros intérpretes se escribe «en mis manos» y no «en tus manos». En hebreo se dice «bachaffi» y todos los exégetas griegos de la Iglesia así han declarado este pasaje. Su sentido, en síntesis, es éste: «Diariamente estoy en peligro y llevo, como quien dice, mi sangre en las manos; y, sin embargo, no me olvido de tu ley». En el mismo: *Mis ojos han soltado corrientes de agua, porque no guardaron tu ley* (118,136). En su lugar decís haber leído en el griego: «porque no he guardado tu ley». Pero esto es superfluo, porque en el mismo hebreo se lee: «Ríos de agua corrían de mis ojos, porque no guardaron tu ley». En el mismo: *Proclamará mi lengua tu palabra* (118,172). En vez de «proclamará» decís haber leído en el griego φθέγξεται, verbo que lo mismo puede significar «pro-

dilexi. In Graeco legisse uos dicitis: «ad mandata tua»; sed hoc superfluum est. In eodem: *Cogitaui uias meas.* In Graeco: «uias tuas», legisse uos dicitis; sed hoc superfluum est, et rectius «meas» legitur. In eodem: *Et uerti pedes meos in testimonia tua.* In Graeco legisse uos dicitis «et auerti». Sed et hoc superfluum est. In eodem: *Ego autem in toto corde scrutabor mandata tua.* In Graeco «in toto corde meo» legisse uos dicitis: sed hic «meo» superfluum est. In eodem: *Anima mea in manibus meis semper; et legem tuam non sum oblitus.* Pro quo in Graeco legisse uos dicitis: «Anima mea in manibus tuis semper». Sed sciendum et apud Hebraeos, et apud Septuaginta, et omnes alios interpretes scriptum esse «in manibus meis», et non «in manibus tuis». Quod Hebraice dicitur «bachaffi»; et omnes apud Graecos ecclesiastici interpretes istum locum sic edisserunt; et est breuiter hic sensus: «Cotidie periclitor, et quasi in manibus meis sanguinem meum porto; et tamen legem tuam non obliuiscor». In eodem: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.* Pro quo in Graeco legisse uos dicitis: «quia non custodiui legem tuam». Sed hoc superfluum est, quia et in Hebraeo legitur: «Riui aquarum fluebant de oculis meis, quia non custodierunt legem tuam». In eodem: *Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum.* Pro «pronuntiabit», in Graeco φθέγξεται uos legisse dixistis; quod uerbum siue dicas, «pronuntiabit», siue «effabitur» siue «loquetur» id ipsum sig-

clamará», «dirá» o «hablará». Finalmente, nosotros mismos vertemos del hebreo: «Mi lengua hablará tu palabra».

76. Salmo 119: *Señor, libra mi alma de los labios inicuos, de la lengua embustera* (119,2). En griego decís haber leído: «Y de la lengua embustera». La «y» es redundante.

77. Salmo 126: *Bienaventurado el varón que de ellos henchirá su deseo* (126,5). En griego decís que no se halla «varón»; pero se encuentra clarísimamente tanto en hebreo como en los LXX.

78. Salmo 129: *Por razón de tu ley, te he aguardado, Señor* (129,4). Decís que en griego habéis visto: «Por razón de tu nombre». También nosotros confesamos que así se halla en muchas copias. Pero, como nos interesa lo que hay en el hebreo, hemos de decir sencillamente que, en lugar de «nombre» y de «ley», en el texto hebreo se halla «thira», que Aquila tradujo por φόβον, «temor»; Símmaco y Teodoción por νόμον, «ley», pensando se trata de «thora», por la semejanza de las letras «yod» y «vau», que sólo se distinguen por el tamaño. La quinta edición entendió «terror»; la sexta, «palabra».

79. Salmo 131: *Como juró al Señor, hizo voto al Dios de Jacob* (131,2). En vez de nuestra traducción «hizo voto», vosotros decís haber leído en el griego ηὔξατο y pensáis debe traducirse por «oró»; pero sin razón en esto, pues εὐχή significa, según los lugares, «oración» o «voto». Por ejemplo: *Cumple al Señor tus votos* (49,14), esto es, τὰς εὐχάς σου.

80. Salmo 135: *El que ha hecho los grandes luminares*

nificat. Denique et nos de Hebraeo ita uertimus: «Loquetur lingua mea sermonem tuum».

76. Centesimo nono decimo: *Domine libera animam meam a labiis iniquis, a lingua dolosa.* In Graeco legisse uos dicitis, «et a lingua dolosa»; «et» superfluum est.

77. Centesimo vicesimo sexto: *Beatus uir, qui inplebit desiderium suum ex ipsis.* In Graeco dicitis «vir» non haberi; quod manifestissime et in Hebraeo et in Septuaginta interpretibus continetur.

78. Centesimo vicesimo nono: *Propter legem tuam sustinui te, Domine.* Dicitis uos in Graeco inuenisse: «Propter nomen tuum»; et nos confitemur plura sic exemplaria repperiri. Sed quia ueritati studemus, quid in Hebraeo sit, simpliciter debemus dicere. Pro «nomine» siue «lege» apud eos legitur «thira», quod Aquila interpretatus est φόβον, hoc est «timorem»: Symmachus, et Theodotion νόμον, id est, «legem» putantes «thora», propter litterarum similitudinem «Iod» et «Vau» quae tantum magnitudine distinguntur. Quinta editio: «terrorem» interpretata est; sexta: «uerbum».

79. Centesimo tricesimo primo: *Sicut iurauit Domino, uotum uouit Deo Iacob.* Pro eo quod nos interpretati sumus, «uotum uouit» in Graeco, ηὔξατο legisse uos dicitis, et putatis interpretari debuisse «orauit»: sed hoc male: εὐχή enim pro locorum qualitate, et «orationem», et «uotum» significat, secundum illud: *Redde Domino uota tua,* id est: τὰς εὐχάς σου.

80. Centesimo tricesimo quinto: *Qui fecit luminaria magna.* Dicitis

(135,7). Decís haber hallado en el griego «grandes, solo». Pero esto viene de un versículo anterior, donde leemos: *El que hizo maravillas grandes solo* (135,4). Allí, pues, hay que leerlo y aquí como superfluo, no ha de escribirse.

Rogatum proferant patrem, quorum altera Scipionum, Gracchorumque progenies est, alter per omnes Graecias usque hodie et stemmatibus et diuitiis ac nobilitate Agamemnonis fertur sanguinem trahere, qui decennali Troiam obsidione deleuit. Nos nihil laudabimus, nisi quod proprium est, et de purissimo sanctae mentis fonte profertur. Quamquam Dominus atque Saluator in euangelio doceat apostolos sciscitantes quid sibi redditurus sit, qui omnia sua pro nomine eius dimiserint: «centuplum in praesentiarum recepturos, et in futuro uitam aeternam». Ex quo intellegimus, non laudis esse possidere diuitias, sed pro Christo eas contemnere, non tumere ad honores, sed pro Domini fide eos parui pendere. Vere quod pollicitus est seruis suis et ancillis Saluator, reddidit in praesenti. Nam quae unius urbis contempsit gloriam, totius orbis opinione celebratur; quam Romae habitantem nullus extra Romam nouerat, latentem in Bethleem et barbara et Romana terra miratur. Cuius enim gentis homines ad sancta loca non ueniunt? Quis autem in sanctis locis praeter Paulam, quod plus inter homines miraretur, inuenit? Et sicut inter multas gemmas pretiosissima gemma micat, et iubar solis paruos igniculos stellarum obruit et obscurat, ita cunctorum uirtutes et potentias sua humilitate superauit, minimaque fuit inter omnes ut omnium maior esset; et quanto se plus deiciebat, tanto magis a Christo subleuabatur. Latebat, et non

virtud como una sombra» (CIC., *Tusc. disp.* I 109), y, abandonando a los que la pretenden, busca a los que la desprecian (PLINIO, *Epist.* I 8,14). Pero ¿qué estoy haciendo? Me salgo del orden de la narración, me detengo en cada pormenor o infrinjo los preceptos del bien decir.

4. Nacida, pues, de tal prosapia, se unió en matrimonio con Toxocio, que lleva la nobilísima sangre de Eneas y de los Julios. De ahí que también su hija, la virgen de Cristo Eustoquia, lleve el sobrenombre de Julia; y él,

«Julio, nombre que viene del gran Iulo».
(VIRG., *Aen.* 1,288).

Y esto traemos a cuento no porque sean cosas de insólita grandeza en quienes las poseen, sino porque son de admirar en quienes las desprecian. Los hombres del siglo miran embobados a los que gozan de tales privilegios. Nosotros alabamos a los que menosprecian tales cosas por amor del Salvador. Y es cosa de maravilla cómo estimamos en poco a los que las poseen y ensalzamos a quienes no las quieren tener. Digo, pues, que, nacida de estos antepasados, mereció loa por su fecundidad y castidad, primero de su marido, luego de sus deudos, y aun por testimonio de toda la urbe. Y fue así que dio a luz cinco hijos: Blesila, de cuya muerte hube yo de consolarla en Roma *(Epist.* 39); Paulina, que dejó heredero, así de su espíritu como de sus bienes, al santo y admirable Pammaquio para quien publicamos, sobre su óbito, un breve librillo; Eustoquia, que es ahora en los santos lugares la joya más preciosa de la virginidad y de la Iglesia; Ru-

latebat. Fugiendo gloriam, gloriam merebatur; quae «uirtutem quasi umbra sequitur», et adpetitores sui deserens, adpetit contemptores. Sed quid ago? narrandi ordinem praetermittens, dum in singulis teneor, non seruo praecepta dicendi.

4. Tali igitur stirpe generata, iuncta est uiro Toxotio, qui Aeneae et Iuliorum altissimum sanguinem trahit. Vnde etiam Christi uirgo, filia eius, Eustochium, Iulia nuncupatur; et ipse

«Iulius, a magno demissum nomen Iulo».

Et haec dicimus, non quo habentibus grandia sint, sed quo contemnentibus, mirabilia. Saeculi homines suspiciunt eos, qui his pollent priuilegiis. Nos laudamus, qui pro Saluatore ista despexerint. Et mirum in modum quos habentes parui pendimus, si habere noluerint praedicamus. His inquam orta maioribus, et fecunditate ac pudicitia probata, primum uiro, dein propinquis, et totius urbis testimonio, cum quinque liberos edidisset, Blesillam, super cuius morte eam Romae consolatus sum; Paulinam, quae sanctum et admirabilem uirum, et propositi et rerum suarum Pammachium reliquit heredem, ad quem super obitu eius paruum libellum edidimus; Eustochium, quae nunc in sanctis locis uirginitatis et ecclesiae monile

fina, que con su prematura muerte consternó el tierno corazón de su madre, y Toxocio, después del cual dejó de dar a luz. Señal de que no tanto quiso cumplir por mucho tiempo el deber conyugal cuanto obedecer al deseo de su marido, que quería tener hijos varones.

5. Muerto su marido, con tal extremo lo lloró, que vino también ella poco menos que a punto de muerte, y de tal modo se entregó al servicio de Dios, que diríase haber deseado su muerte. ¿A qué contar ahora cómo casi todas las riquezas de una casa grande y noble y antaño opulentísima fueron consumidas en favor de los pobres? ¿Cómo describir aquel corazón bondadosísimo con todo el mundo, una bondad que se derramaba aun entre quienes jamás había visto? ¿Qué indigente, al morir, no fue envuelto con vestidos de ella? ¿Qué enfermo no se sustentó a su costa? Ella los buscaba con extrema diligencia por toda la ciudad y tenía por daño propio que algún estropeado y hambriento fuera sustentado con comida de otros. Así despojaba a sus hijos, y a los deudos que se lo reprochaban les respondía que les dejaba una herencia mayor, la misericordia de Cristo.

6. Y ya no pudo aguantar por mucho tiempo las visitas y bullicio de un linaje altísimo según el mundo y de una familia nobilísima. Le daba pesadumbre el honor que se le tributaba y tenía prisa por huir y verse lejos de las bocas de sus alabadores. Las letras imperiales habían reunido en Roma, por razón de ciertas disensiones entre las iglesias, a los obispos de Oriente y Occidente, y entonces tuvo ocasión de ver a varones admirables y pontífices de Cristo: Paulino, obispo de la ciudad de Antioquía, y Epifanio,

pretiosissimum est; Rufinam, quae inmaturo funere pium matris animum consternauit; et Toxotium, post quem parere desiuit, ut intellegeres eam non diu seruire uoluisse officio coniugali, sed mariti desiderio, qui mares optabat liberos, oboedisse.

5. postquam uir mortuus est, ita eum planxit, ut prope ipsa moreretur; ita se conuertit ad Domini seruitutem, ut mortem eius uideretur optasse. Quid ergo referam, amplae et nobilis domus et quondam opulentissimae, omnes paene diuitias in pauperes erogatas? quid in cunctos clementissimum animum, et bonitatem etiam in eos quos nunquam uiderat euagantem? quis inopum moriens, non illius uestibus obuolutus est? quis clinicorum non eius facultatibus sustentatus? Quos curiosissime tota urbe perquirens, damnum putabat, si quisquam debilis et esuriens cibo sustentaretur alterius. Expoliabat filios, et inter obiurgantes propinquos, maiorem se eis hereditatem, Christi misericordiam, dimittere loquebatur.

6. Nec diu potuit excelsi apud saeculum generis et nobilissimae familiae uisitationes et frequentiam sustinere. Maerebat honore suo, et ora laudantium declinare ac fugere festinabat. Cumque Orientis et Occidentis episcopos ob quasdam ecclesiarum dissensiones Romam imperiales litterae contraxissent, uidit admirabiles uiros, Christique pontifices, Paulinum Antiochenae urbis episcopum, Epiphanium Salaminae Cypri, quae nunc

de Salamina de Chipre, que ahora se llama Constancia. De ellos, a Epifanio lo tuvo por huésped; a Paulino, si bien se hospedó en otra casa, le prestó atenciones como de huésped propio. Las virtudes de aquellos hombres la encendieron de modo que por momentos pensaba abandonar su patria. No se acordaba de su casa, ni de sus hijos, ni de su familia, ni de su fortuna, ni de otra cosa alguna que tenga que ver con el siglo, impaciente que estaba por marchar sola, si así cabe decir, y sin compañía alguna, al desierto de los Antonios y Pablos. Pasado, finalmente, el invierno, abierto el mar a la navegación, los obispos retornaron a sus iglesias, y ella navegaba con ellos por su espíritu y deseo. ¿A qué detenerme más? Bajó al puerto, seguida de su hermano, deudos y afines y, lo que impresionaba más, de sus propios hijos. Ya se tendían las velas y, a golpe de remos, se adelantaba la nave hacia alta mar. El pequeño Toxocio tendía en la orilla sus manos suplicantes. Rufina, núbil ya, pedía, callada, entre lágrimas, a su madre que esperara a sus bodas. Y, sin embargo, ella levantaba sus ojos secos al cielo, venciendo la piedad para con sus hijos por medio de la piedad para con Dios. Ignoraba ser madre, para mostrarse esclava de Cristo. Pero sus entrañas sufrían una tortura, y luchaba con el dolor como si se desgarrara de sus miembros, y era tanto más de admirar para todos cuanto era más intenso el cariño que tenía que vencer. Nada hay más cruel, al caer en manos del enemigo y sufrir la dura necesidad del cautiverio, que verse los padres separados de sus hijos. Y esto, que va contra los derechos de la naturaleza, lo soportaba ella por la plenitud de su fe; es más, su alma lo apetecía gozosa y, por el mayor amor de Dios, despre-

Constantia dicitur; quorum Epiphanium etiam hospitem habuit, Paulinum in aliena manentem domu, quasi proprium, humanitate possedit. Quorum accensa uirtutibus, per momenta patriam deserere cogitabat. Non domus, non liberorum, non familiae, non possessionum, non alicuius rei quae ad saeculum pertinet, memor, sola (si dici potest) et incomitata, ad heremum Antoniorum atque Paulorum pergere gestiebat. Tandemque exacta hieme, aperto mari, redeuntibus ad ecclesias suas episcopis, ipsa uoto cum eis et desiderio nauigabat. Quid ultra differo? Descendit ad portum, fratre, cognatis, affinibus, et (quod his maius est) liberis prosequentibus. Iam carbasa tendebantur, et remorum ductu nauis in altum protrahebatur. Paruus Toxotius supplices manus tendebat in litore. Rufina iam nubilis, ut suas expectaret nuptias, tacens fletibus obsecrabat. Et tamen siccos oculos tendebat ad caelum, pietatem in filios pietate in Deum superans. Nesciebat matrem, ut Christi probaret ancillam. Torquebantur uiscera, et quasi a suis membris distraheretur, cum dolore pugnabat: in eo cunctis admirabilior, quod magnam uinceret caritatem. Inter hostium manus et captiuitatis duram necessitatem nihil crudelius est, quam parentes a liberis separari. Hoc contra iura naturae plena fides patiebatur, immo gaudens animus adpetebat, et amorem filiorum maiore in Deum amore contemnens, in sola Eustochio, quae et propositi et nauigationis

ciaba el amor de sus hijos. Sola Eustoquia, que la acompañaba en el propósito y en la navegación, le servía de alivio. Surcaba entre tanto la nave el mar, todos los que con ella iban volvían los ojos a la costa; mas ella mantenía vueltos atrás los suyos, para no contemplar a los que no podía ver sin dolor. Pero yo doy fe de que ninguna madre amó como ella a sus hijos, a los que antes de partir distribuyó todos sus bienes, desheredándose a sí misma, para hallar otra herencia en el cielo.

7. La nave hizo escala en las islas Pontinas, que se hicieron célebres por el destierro que allí sufriera, bajo el emperador Domiciano, Flavia Domitila, mujer clarísima, por la confesión del nombre cristiano. Paula pudo ver las celdillas en que aquélla sufrió un largo martirio y, tomando ya alas, sólo deseaba ver a Jerusalén y los santos lugares. Los vientos se le antojaban tardos, y pereza toda velocidad. Por entre Escila y Caribdis penetró en el mar Adriático; navegando como por un estanque llegó a Metona, y allí repuso un tanto su corpezuelo; y

«poniendo en la orilla los miembros chorreantes de sal»
(VIRG., *Aen.* 1,173),

«pasadas Malea y Citera y las Cícladas sembradas por el piélago
y los estrechos batidos por olas entre frecuentes tierras»
(VIRG., *Aen.* 3,126-127),

tocó Rodas y la Licia y, finalmente, dio vista a Chipre, donde se postró a las rodillas del venerable Epifanio. Este la retuvo por espacio de diez días, no para que descansara, como él pensaba, sino para la obra de Dios, como lo mostraron los hechos. Pues

eius comes erat, adquiescebat. Sulcabat interim nauis mare, et cunctis qui cum ea uehebantur litora respicientibus, illa auersos tenebat oculos, ne uideret quos sine tormento uidere non poterat. Fateor, nulla sic amauit filios, quibus antequam proficisceretur, cuncta largita est, exheredans se in terra, ut hereditatem inueniret in caelo.

7. Delata ad insulam Pontias, quam clarissimae memoriae quondam feminarum sub Domitiano principe pro confessione nominis christiani Flauiae Domitillae nobilitauit exilium, uidensque cellulas in quibus illa longum martyrium duxerat, sumptis alis, Hierosolymam, sancta loca uidere cupiebat. Tardi ei erant uenti, omnis pigra uelocitas. Inter Scyllam et Charybdim Adriatico se credens pelago, quasi per stagnum uenit Methonen, ibique refocilato paululum corpusculo,

«Et sale tabentis artus in litore ponens»,
per Maleam, et Cytheram, «sparsasque per aequor
Cycladas, et crebris... freta concita terris»,

post Rhodum et Lyciam, tandem uidit Cyprum, ubi sancti et uenerabilis Epiphanii genibus prouoluta, decem ab eo diebus retenta est; non in refectionem, ut ille arbitrabatur, sed in opus Dei, ut rebus probatum est. Nam omnia illius regionis lustrans monasteria, prout habere poterat, re-

fue así que recorrió todos los monasterios de aquella comarca, y, en la cuantía de sus haberes, repartió limosnas para alivio de los hermanos que el amor del varón santo había congregado allí de todo el mundo. De allí, en corta travesía, aportó a Seleucia y seguidamente remontó hacia Antioquía. Aquí la retuvo un poco la caridad del santo confesor Paulino, y en pleno invierno, caliente por el ardor de la fe, la noble matrona, que antes era llevada en litera por mano de eunucos, partió de Antioquía montada en pobre borriquillo.

8. Omito el recorrido de Celesiria y Fenicia, pues no me he propuesto escribir un diario de viaje, y sólo haré mención de los lugares que se contienen en los libros sagrados. Pasada Berito, antigua colonia romana, y la vieja ciudad de Sidón, entró, en la ribera de Sarepta, en la torrecilla de Elías, en que adoró al Señor, salvador nuestro. A través de las arenas de Tiro, en que Pablo hincara sus rodillas (Act 21,5), llegó a Acco, que actualmente se llama Ptolemaida, y, pasando por los campos de Mageddo, testigos que fueron de la muerte violenta de Josías, entró en tierra de filisteos. Admiró las ruinas de Dor, ciudad en otro tiempo potentísima, y, más adelante, la Torre de Estratón, que, en honor de César Augusto, recibió de Herodes, rey de los judíos, el nombre de Cesarea. Allí vio la casa de Cornelio, convertida en iglesia de Cristo, y la modesta vivienda de Felipe, con el aposento de sus cuatro vírgenes profetisas. Seguidamente visitó a Antípatris, pueblecillo medio en ruinas, a quien Herodes diera el nombre de su padre, y a Lidda, cambiada en Dióspolis, famosa por la resurrección de Dorcas y Eneas (Act 9,36-41). No lejos de ella está

frigeria sumptuum fratribus dereliquit, quos amor sancti uiri de toto illuc orbe conduxerat. Inde breui cursu transfretauit Seleuciam, de qua ascendens Antiochiam, sancti confessorisque Paulini modicum caritate detenta, media hieme, calente ardore fidei, femina nobilis, quae prius eunuchorum manibus portabatur, asello sedens profecta est.

8. Omitto Syriae Coeles et Phoenicis iter (neque enim odoeporicon eius disposui scribere); ea tantum loca nominabo, quae sacris uoluminibus continentur. Beryto, Romana colonia, et antiqua urbe Sidone derelicta, in Sareptae litore Heliae est ingressa turriculam, in qua adorato Domino Saluatore, per harenas Tyri, in quibus genua Paulus fixerat, peruenit Accho, quae nunc Ptolomais dicitur, et per campos Mageddo, Iosiae necis conscios, intrauit terram Phylisthiim. Mirata ruinas Dor, urbis quondam potentissimae, et uersa uice, Stratonis turrem ab Herode rege Iudaeae in honorem Caesaris Augusti Caesaream nuncupatam, in qua Cornelii domum, Christi uidit ecclesiam; et Philippi aediculas, et cubiculum quattuor uirginum prophetarum. Dein Antipatrida, semirutum oppidulum, quod patris ex nomine Herodes uocauerat; et Lyddam uersam in Diospolim, Dorcadis atque Aeneae resurrectione ac sanitate inclitam. Haud procul ab ea Arimathiam uiculum Ioseph, qui Dominum sepeliuit; et Nob urbem quondam sacerdotum, nunc tumulos occisorum.

Arimatea, el pueblecillo de José, el que enterró al Señor, y Nob, ciudad antaño sacerdotal y hoy sepultura de los asesinados. Vio también Jope, el puerto de la fuga de Jonás, y, para mentar también algo de las fábulas de los poetas, la que contempló a Andrómeda clavada en la roca. Reanudando el camino, llegó a Nicópolis, que se llamaba antes Emaús, en la que el Señor, reconocido a la fracción del pan, consagró en iglesia la casa de Cleofás. Partiendo de allí, subió a Betorón de Arriba y de Abajo, ciudades fundadas por Salomón, destruidas luego por las varias tormentas de la guerra. A mano derecha pudo ver Ayalón y Gabaón, donde Josué, hijo de Navé, combatiendo contra cinco reyes, mandó al sol y a la luna: y a los gabaonitas, que lograron por engaño la alianza, los condenó a ser aguadores y leñadores de los israelitas. Detúvose poco en la ciudad de Gabaá, arrasada hasta el suelo; recordó el pecado de ella, la concubina partida en pedazos y los trescientos hombres de la tribu de Benjamín salvados en atención al apóstol Pablo.

9. ¿A qué detenerme largo rato? Dejando a la derecha el mausoleo de Helena, reina de Adiabena, que en tiempo de hambre socorrió al pueblo con trigo, entró en Jerusalén, la ciudad de los tres nombres: Jebús, Salem y Jerusalén, que posteriormente, de entre los escombros y ceniza, fue levantada por Elio Adriano con el nombre de Elia. El procónsul de Palestina, que conocía muy bien a la familia de Paula, le había enviado al encuentro sus ministros y mandado preparar el pretorio; pero ella escogió una celdilla, y con tanto fervor y empeño visitaba todos los lugares, que, de no haber tenido prisa por ver los otros, no se la hubiera arrancado de los primeros. Prosternada ante la cruz, ado-

Ioppen quoque, fugientis portum Ionae; et (ut aliquid perstringam de fabulis poetarum) religatae ad saxum Andromedae spectatricem. Repetitoque itinere, Nicopolim, quae prius Emmaus uocabatur, apud quam in fractione panis cognitus Dominus, Cleopae domum in ecclesiam dedicauit. Atque inde proficiscens ascendit Bethoron inferiorem et superiorem, urbes a Salomone conditas, et uaria postea bellorum tempestate deletas; ad dextram aspiciens Aialon, et Babaon, ubi Iesus filius Naue contra quinque reges dimicans, soli imperauit et lunae; et Gabaonitas ob dolum et insidias foederis inpetrati, in aquarios lignariosque damnauit. In Gabaa urbe usque ad solum diruta paululum substitit, recordata peccati eius, et concubinae in frusta diuisae, et tribus Beniamin bis trecentos uiros, propter Paulum apostolum reseruatos.

9. Quid diu moror? ad laeuam mausoleo Helenae derelicto, quae Adiabenorum regina in fame populum frumento iuuerat, ingressa est Hierosolymam, urbem τριώνυμον, Iebus, Salem, Ierusalem, quae ab Aelio postea Hadriano de ruinis et cineribus ciuitatis in Aeliam suscitata est. Cumque proconsule Palaestinae, qui familiam eius optime nouerat, praemissis apparitoribus iussisset parari praetorium, elegit humilem cellulam, et cuncta loca tanto ardore ac studio circuminiuit, ut nisi ad reliqua festinaret, a primis non posset abduci. Prostrataque ante Crucem, quasi pen-

raba al Señor como si lo estuviera viendo colgado de ella. Entró en el sepulcro de la Anástasis y besaba la piedra que el ángel había removido del mismo. El lugar mismo en que había yacido el Señor lo lamía, por su fe, con la boca, como un sediento que ha hallado las aguas deseadas. Qué de lágrimas derramara allí, qué de gemidos diera de dolor, testigo es toda Jerusalén, testigo el Señor mismo a quien rogaba.

Salida de allí, subió a Sión, palabra que se interpreta ciudadela o atalaya. Esta ciudad conquistó y reedificó en otro tiempo David. De la conquistada se escribe: *¡Ay de ti, ciudad de Ariel!*, es decir, «león de Dios», y en otro tiempo fortísima, *que conquistó David* (Is 29,1). De la que fue edificada se dijo: *Sus fundamentos son los montes santos; ama el Señor, Sión, tus puertas muy más que de Jacob las tiendas todas* (Ps 86,1-2). No, por cierto, las puertas que hoy vemos reducidas a pavesas y cenizas, sino aquellas contra las que no prevalece el infierno, y por las que entra la muchedumbre de los que creen en Cristo. Allí se mostraba la columna salpicada de la sangre del Señor, que ahora sostiene un pórtico de la iglesia, a la que fue atado en su flagelación. Mostrábase el lugar en que descendió el Espíritu Santo sobre ciento veinte personas, a fin de que se cumpliera el vaticinio de Joel.

10. Luego, en la medida de lo posible, distribuyó dinero entre los pobres y monjes, siervos de Dios como ella, y se dirigió hacia Belén. A la derecha del camino hizo alto junto al sepulcro de Raquel, allí donde ésta diera a luz a Benjamín, «el hijo de la diestra», como inspiradamente profetizó su padre, no «Benoni»,

dentem Dominum cerneret, adorabat. Ingressa sepulcrum Resurrectionis, osculabatur lapidem, quem ab ostio sepulcri amouerat angelus. Et ipsum corporis locum in quo Dominus iacuerat, quasi sitiens desideratas aquas, fide, ore lambebat. Quid ibi lacrimarum, quantum gemitum doloris effuderit, testis est cuncta Hierosolyma; testis ipse Dominus, quem rogabat.

Vnde egrediens ascendit Sion, quae in «arcem» uel «speculam» uertitur. Hanc urbem quondam expugnauit et aedificauit Dauid. De expugnata scribitur: *Vae tibi ciuitas Arihel*, id est: «leo Dei», et quondam fortissima, *quam expugnauit Dauid*. De ea quae aedificata est, dictum est: *Fundamenta eius in montibus sanctis; diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob*. Non eas portas, quas hodie cernimus in fauillam et cinerem dissolutas, sed portas, quibus infernus non praeualet, et per quas credentium ad Christum ingreditur multitudo. Ostendebatur illic columna ecclesiae porticum sustinens, infecta cruore Domini, ad quam uinctus dicitur flagellatus. Monstrabatur locus, ubi super centum uiginti animas Spiritus Sanctus descendisset, ut Iohelis uaticinium compleretur.

10. Deinde pro facultatula sua, pauperibus atque conseruis pecunia distributa, perrexit Bethlem, et in dextra parte itineris stetit ad sepulcrum Rachel, in quo Beniamin, non ut mater uocauerat moriens, «Benoni», hoc est, «filius doloris mei»: sed ut pater prophetauit in spiritu,

«hijo de mi dolor», como al morir lo llamara su madre. Luego entró en la cueva del Salvador, contempló la sagrada posada de la Virgen y el establo en que el *buey conoció a su dueño y el asno el pesebre de su amo* (Is 1,3), para que se cumpliera lo que está escrito en el mismo profeta: *Bienaventurado el que siembra sobre las aguas en que pisan el buey y el asno* (32,20). Yo la oía jurar que, con los ojos de la fe, contemplaba al niño envuelto en pañales, que lloraba en el pesebre; a los magos que adoraban a Dios, la estrella que brillaba en lo alto, a la Virgen madre, al nutricio solícito, a los pastores que llegaban de noche para ver la palabra que había sucedido y consagrar ya entonces el comienzo del evangelista Juan: *En el principio era la Palabra,* y: *La Palabra se hizo carne* (Io 1,1.14); la matanza de los inocentes, a Herodes enfurecido, a José y María huyendo a Egipto. Y mezclando lágrimas y júbilo, exclamaba: «Salve, Belén, casa del pan, en que nació aquel pan que bajó del cielo. Salve, Efrata, tierra ubérrima, campo feraz, cuya fertilidad es Dios mismo. De ti profetizó en otro tiempo Miqueas: *Y tú, Belén, casa de Efrata, ¿no eres la más pequeña entre los miles de Judá? Pues de ti me saldrá el que ha de ser caudillo en Israel, y su salida desde el principio, desde los días eternos. Por eso los darás hasta el tiempo de la parturiente. Parirá, y los restos de sus hermanos se convertirán a los hijos de Israel* (Mich 5,2-3). En ti realmente nació el caudillo que fue engendrado antes del lucero de la mañana, cuyo nacimiento, del Padre, sobrepasa toda edad. Y la descendencia del linaje de David permaneció en ti hasta el punto en que la virgen dio a luz y las reliquias del pueblo creyeron en Cristo, se volvie-

«filium dexterae» procreauit, atque inde specum Saluatoris ingrediens, postquam uidit sacrum Virginis diuersorium, et stabulum in quo *agnouit bos possessorem suum, et asinus praesepe Domini sui;* ut inpleretur illud, quod in eodem propheta scriptum est: *Beatus qui seminat super aquas, ubi bos et asinus calcant.* Me audiente iurabat cernere se fidei oculis infantem pannis inuolutum, uagientem in praesepe, Deum Magos adorantes, stellam fulgentem desuper, matrem Virginem, nutricium sedulum, pastores nocte uenientes, ut uiderent uerbum quod factum erat, et iam tunc euangelistae Ioannis principium dedicarent: *In principio erat Verbum,* et *Verbum caro factum est;* paruulos interfectos, Herodem saeuientem, Ioseph et Mariam fugientes in Aegyptum; mixtisque gaudio lacrymis, loquebatur: «Salue Bethlem, domus panis, in qua natus est ille panis, qui de caelo descendit. Salue Ephrata, regio uberrima, atque καρποφόρος, cuius fertilitas Deus est». De te quondam Michaeas uaticinatus est: *Et tu Bethleem domus Ephrata, nonne minima es in milibus Iuda? Ex te mihi egredietur, qui sit princeps in Israel; et egressus eius ab initio a diebus aeternis. Propterea dabis eos usque ad tempus parientis. Pariet, et reliquiae fratrum eius conuertentur ad filios Israel.* In te enim natus princeps, qui ante Luciferum genitus est, cuius de Patre natiuitas omnem excedit aetatem. Et tam diu in te Dauitici generis origo permansit, donec

ron a los hijos de Israel y libremente predicaron: *A vosotros había que hablar primeramente la palabra de Dios; mas, puesto caso que la rechazáis y os habéis juzgado indignos de la vida eterna, mirad que nos pasamos a los gentiles* (Act 13,46). Porque el Señor había dicho: *Sólo he venido a las ovejas perdidas de la casa de Israel* (Mt 15,24). Y en aquel tiempo se cumplieron sobre El las palabras de Jacob: *No faltará príncipe de Judá ni caudillo de sus muslos, hasta que venga Aquel para quien está guardado, y El será la expectación de las naciones* (Gen 49,10).

Con razón juraba David, con razón hacía votos diciendo: *No entraré en la tienda de mi casa, no subiré al estrado de mi lecho, no daré sueño a mis ojos, ni somnolencia a mis párpados, ni descanso a mis sienes, hasta hallar sitio para el Señor, tienda para el Dios de Jacob* (Ps 131,3-5). Y seguidamente declaró lo que era objeto de sus ansias y, con profética mirada, contemplaba la futura venida de Aquel que nosotros creemos ha venido ya: *Mirad que de El oímos en Efrata, lo encontramos en los campos de la selva* (ibid., 6). Porque la palabra hebrea «zoth», como por tu enseñanza he aprendido, no significa a la madre del Señor, María, es decir, «autén» (a ella), sino «autón» (a El). De ahí que el salmista hable confiadamente: *Hemos entrado en su tienda, hemos adorado en el lugar en que estuvieron sus pies* (ibid., 7). ¡Y yo, miserable y pecadora, he sido juzgada digna de besar el pesebre en que lloró el Señor, niño pequeño; de orar en la cueva en que la Virgen madre dio a luz al Señor infante! Este es mi descanso, porque es la patria de mi Señor. Aquí habitaré, porque el Salva-

uirgo pareret, et reliquiae populi credentis in Christum, conuerterentur ad filios Israhel, et libere praedicarent: *Vobis oportebat primum loqui uerbum Dei; sed quoniam repellitis, et indignos uos iudicastis aeternae uitae, ecce conuertimur ad gentes*. Dixerat enim Dominus: *Non ueni nisi ad oues perditas domus Israhel*. Et eo tempore Iacob super eo uerba completa sunt: *Non deficiet princeps ex Iuda, et dux de femoribus eius, donec ueniat, cui repositum est, et ipse erit expectatio gentium*.

Bene Dauid iurabat, bene uota faciebat dicens: *Si introiero in tabernaculum domus meae, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem, et requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo;* et statim quid desideraret exposuit, atque oculis prophetalibus, quem nos uenisse iam credimus, ille uenturum esse cernebat: *Ecce audiuimus illum in Ephrata, inuenimus eum in campis siluae*. Zoth quippe sermo Hebraicus, ut te docente didici, non Mariam matrem Domini, hoc est, αὐτήν sed ipsum, id est: αὐτὸν significat. Vnde loquitur confidenter: *Introibimus in tabernaculum eius; adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius*. Et ego misera atque peccatrix, digna sum iudicata deosculari praesepe, in quo Dominus paruulus uagiit? orare in spelunca, in qua uirgo puerpera Dominum fudit infantem? Haec requies mea, quia Domini mei patria est. Hic habitabo, quoniam Saluator elegit eam: *Paraui lucernam Christo meo; anima*

dor la ha elegido: *He preparado una lámpara para mi Ungido; mi alma vivirá para El y mi descendencia le servirá* (Ps 131,17; 21,31). No lejos de allí bajó a la torre de Ader, es decir, «del rebaño», donde Jacob apacentó los suyos y los pastores, en la vela nocturna, merecieron oír: *Gloria a Dios en las alturas y en la tierra paz a los hombres de buena voluntad* (Lc 2,14). Mientras guardaban sus ovejas, hallaron al Cordero de Dios de blanco purísimo vellón, que, en medio de la sequedad de toda la tierra, quedó humedecido del rocío celeste; al Cordero cuya sangre quitó los pecados del mundo y, rociadas con ella las puertas, puso en fuga al ángel exterminador de Egipto.

11. Inmediatamente, a buen paso, comenzó a caminar por la vía antigua que conduce a Gaza (al «poder» o a las «riquezas» de Dios), y, calladamente, meditaba dentro de sí misma cómo el eunuco etíope, que figuraba a los pueblos de la gentilidad, cambió el color de su piel y, leyendo que leía el Antiguo Testamento, halló la fuente del Evangelio. De allí pasó a mano derecha. De Bethsur llegó a Escol, que se traduce «racimo». De aquí, como prueba de la extraordinaria fertilidad de la tierra y en figura de Aquel que dijo: *He pisado el lagar yo solo, y de las naciones no hubo hombre conmigo* (Is 63,3), se llevaron los exploradores un racimo de uvas de maravillosa grandeza (Num 13,24). Poco después entró en las celdillas de Sara, vio la cuna de Isaac, los vestigios de la encina de Abrahán, bajo la cual vio el día de Cristo y se alegró (Io 8,56). Partiendo de allí, subió a Hebrón, que es Cariath-Arbé, esto es, el pueblo de los cuatro varones: Abrahán, Isaac, Jacob y Adán el Grande, que los hebreos, según el libro

mea illi uiuet, et semen meum seruiet ipsi. Haud procul inde descendit ad turrem Ader, id est «gregis», iuxta quam Iacob pauit greges suos, et pastores nocte uigilantes audire meruerunt: *Gloria in excelsis Deo, et super terram pax hominibus bonae uoluntatis.* Dumque seruant oues, inuenerunt Agnum Dei puro et mundissimo uellere, quod in ariditate totius terrae caelesti rore conplutum est, et cuius sanguis tulit peccata mundi, et exterminatorem Aegypti litus fugauit in postibus.

11. Statimque concito gradu, coepit per uiam ueterem pergere, quae ducit Gazam, ad potentiam uel ad diuitias Dei; et tacita secum uoluere, quomodo eunuchus Aethiops gentium populus praefigurans mutauerit pellem suam; et dum uetus relegit instrumentum, fontem repperit euangelii. Atque inde ad dexteram transit. A Bethsur uenit Eschol, quae in botruum uertitur. Vnde in testimonium terrae fertilissimae, et in typum eius qui dicit: *Torcular calcaui solus, et de gentibus uir non fuit mecum,* exploratores botruum mirae magnitudinis portauerunt. Nec post longum spatium intrauit Sarrae cellulas, uidens incunabula Isaac, et uestigia quercus Abraham, sub qua uidit diem Christi, et laetatus est. Atque inde consurgens, ascendit Chebron, haec est Cariatharbe, id est, oppidum uirorum quattuor: Abraham, Isaac, et Iacob, et Adam magni, quem ibi conditum, iuxta librum Hiesu Hebraei autumant, licet plerique Chaleb

de Josué, piensan estar enterrado allí; si bien la mayoría creen que el cuarto es Caleb, cuyo monumento se muestra allí al lado. No quiso llegar hasta Cariath-Sepher, es decir, «pueblecillo de las letras»; pues, despreciando la letra, que mata, había hallado el espíritu, que vivifica (2 Cor 3,6). Más admiraba las aguas superiores e inferiores que Gotoniel, hijo de Jephone Cenez, había recibido en lugar de la tierra austral y una posesión en secano. Por la conducción de aquellas aguas regaba ella los secos campos del Antiguo Testamento, para hallar en las aguas del bautismo la redención de los pasados pecados. Al día siguiente, a la salida del sol, se detuvo en el teso de Caphar Barucha ,es decir, la villa de la bendición. Es el punto hasta donde Abrahán acompañó al Señor. Desde allí, teniendo a sus pies una vasta soledad y la antigua región de Sodoma y Gomorra, de Adama y Seboím, contempló las viñas balsámicas de Engaddi, y a Segor, la novilla de tres años que antes se llamaba Bala, y, en lengua siria, se cambió en Zoara, esto es, la pequeña. Se acordó de la cueva de Lot y, derramando lágrimas, amonestaba a las vírgenes que la acompañaban tuvieran cuidado con el vino, *en que hay intemperancia* (Eph 5,18), cuya obra son moabitas y amonitas.

12. Mucho me detengo en el mediodía, en que la esposa halló sesteando al esposo y José se embriagó con sus hermanos. Me vuelvo a Jerusalén y, pasando por Tecua, patria de Amós, contemplaré la brillante cruz del monte Olivete, desde donde el Salvador subió al Padre. Allí, cada año, se quemaba una vaca roja en holocausto al Señor, y su ceniza expiaba al pueblo de Israel. Allí, según Ezequiel, los querubines que salieron del tem-

quartum putent, cuius ex latere memoria demonstratur. Noluit pergere ad Cariath sepher, id est, uiculum litterarum: quia contemnens occidentem litteram, reppererat spiritum uiuificantem. Magisque mirabatur superiores et inferiores aquas, quas Gothoniel filius Iephone Cenez pro australi terra et arida possessione susceperat, et quarum ductu siccos prioris Instrumenti agros faciebat inriguos, ut redemptionem ueterum peccatorum in aquis baptismi repperiret. Altera die, orto iam sole, stetit in supercilio Caphar Baruchae, id est uillae benedictionis: quem ad locum Abraham Dominum prosecutus est. Vnde latam despiciens solitudinem, ac terram quondam Sodomae et Gomorrhae, Adamae et Seboim, contemplata est balsami uineas in Engaddi, et Segor, uitulam conternantem, quae prius Bala uocabatur; et in Zoaram, id est paruulam, Syro sermone translata est. Recordabatur speluncae Lot, et uersa in lacrymas, uirgines socias admonebat cauendum esse uinum *in quo est luxuria* cuius opus Moabitae sunt et Ammonitae.

12. Diu haereo in meridie, ubi sponsa cubantem repperit sponsum, et Ioseph inebriatus est cum fratribus suis. Reuertar Hierosolymam, et per Thecuam atque Amos, rutilantem montis Olíueti crucem aspiciam, de quo Saluator ascendit ad Patrem. In quo per annos singulos uacca rufa in holocaustum Domini cremabatur, et cuius cinis expiabat populum Is-

plo pusieron los fundamentos de la Iglesia del Señor. Entró en el sepulcro de Lázaro y vio la hospitalaria casa de María y Marta, y Betfage, la villa de las quijadas sacerdotales, y el paraje en que el lascivo pollino de las naciones recibió el freno del Señor y, enjaezado con los vestidos de los apóstoles, le ofreció blandos lomos para montar. Por camino derecho bajó a Jericó, a par que pensaba en aquel herido del evangelio, por cuyo lado, con fiereza de alma, pasaron sacerdotes y levitas, y la compasión del samaritano, es decir, del vigía, que lo cargó medio muerto sobre su jumento y lo llevó a la posada de la Iglesia. Vio también el lugar Adommim, que se interpreta «de las sangres», por la mucha que allí se derramaba en las frecuentes incursiones de salteadores. Igualmente, el sicómoro de Zaqueo, es decir, las buenas obras de penitencia, por las que pisó sus pecados, que chorreaban sangre y rapiñas, y pudo contemplar al Señor excelso desde lugar excelso de virtudes. Y, junto al camino, el paraje de los dos ciegos que, al recobrar la vista, representaban de antemano el misterio de los dos pueblos que habían de creer en el Señor. Entrada en Jericó, vio la ciudad cuyos cimientos puso Ahiel con el sacrificio de su primogénito y cuyas puertas terminó con el de Segub, el menor de sus hijos...

Contempló el campamento de Gálgala, y el montón de prepucios, y el misterio de la segunda circuncisión, y las doce piedras que, traídas allí del lecho del Jordán, afianzaron los fundamentos de los doce apóstoles. Asimismo, la fuente antaño amarguísima y estéril de la ley, que el verdadero Eliseo sazonó con su sabiduría y la convirtió en dulzura y fertilidad. Apenas pasada

rael: in quo, iuxta Hiezechiel, Cherubim de templo transmigrantes, ecclesiam Domini fundauerunt. Ingressa sepulcrum Lazari, Mariae et Marthae uidit hospitium; et Bethfage, uillam sacerdotalium maxillarum; et locum in quo pullus lasciuiens gentium, Domini frena suscepit, apostolorumque stratus uestibus, mollia terga praebuit ad sedendum. Rectoque itinere descendebat Hierichum, cogitans illum de Euangelio uulneratum, et Sacerdotibus ac Leuitis, mentis feritate praetereuntibus, clementiam Samaritae, id est: custodis; qui seminecem suo inpositum iumento, ad stabulum Ecclesiae deportauit; et locum Adommim quod interpretur sanguinum, quia multus in eo sanguis crebris latronum fundebatur incursibus. Et arborem morum Zacchei, id est, bona paenitentiae opera, quibus cruenta dudum et noxia rapinis, peccata calcabat, excelsumque Dominum de excelso uirtutum intuebatur; et iuxta uiam caecorum loca, qui receptis luminibus, utriusque populi credentis in Dominum sacramenta praemiserant. Ingressa Hierichum, uidit urbem quam fundauit Ahiel in Abiram primogenito suo, et cuius portas posuit in Segub nouissimo filiorum.

Intuita est castra Galgalae, et aceruum praeputiorum, et secundae circumcisionis mysterium; et duodecim lapides, qui de Iordanis illuc translati alueo, duodecim apostolorum fundamenta firmauerant; et fontem quondam Legis amarissimum et sterilem, quem uerus Heliseus sua con-

la noche, con ardor ferventísimo llegó hasta el Jordán, se detuvo a orillas del río y, salido el sol, se acordó del sol de justicia. Pensaba cómo los sacerdotes habían pasado a pie enjuto por medio del lecho del río; cómo, al imperio de Elías y Eliseo, paradas a una y otro lado las aguas, las ondas les ofrecieron camino; cómo, en fin, por su bautismo, había el Señor purificado unas aguas manchadas por el diluvio y por el exterminio de todo el género humano.

13. Prolijo fuera hablar del valle de Acor, esto es, valle del tumulto y de la muchedumbre, en que fueron condenados el hurto y la avaricia, y de Betel o casa de Dios, en que, sobre la desnuda tierra, durmió Jacob pobre y desnudo y, puesta una piedra bajo la cabeza—piedra que en Zacarías (3,9) se escribe tenía siete ojos y en Isaías (28,16) es llamada piedra angular—, vio la escalera que llegaba hasta el cielo, y en cuya punta se sentaba el Señor para tender la mano a los que subían y precipitar desde lo alto a los negligentes. Enfrente veneró también los sepulcros de Josué, hijo de Navé, y del sacerdote Eleazar, hijo de Aarón. El uno está enterrado en Tamnathsaré, a la parte norte del monte Gaas; el otro, en Gabaath, que pertenecía a su hijo Fineés; y se sorprendió mucho que quien había repartido las tierras se hubiera asignado a sí mismo parajes montañosos y ásperos. ¿A qué hablar de Silo, en que se halla el altar derruido, que aún se enseña actualmente, en que la tribu de Benjamín se adelantó al rapto de las sabinas por Rómulo? Pasó de allí a Siquén, no, como muchos erróneamente

diuit sapientia, et in dulcorem ubertatemque conuertit. Vix nox pertransierat, feruentissimo aestu uenit ad Iordanem; stetit in ripa fluminis, et orto sole, solis iustitiae recordata est; quomodo in medio amnis alueo sicca sacerdotes posuerint uestigia; et ad Heliae atque Helisei imperium, stantibus ex utraque parte aquis, iter unda praebuerit; pollutasque diluuio aquas, et totius humani generis interfectione maculatas, suo Dominus mundarit baptismate.

13. Longum est, si uelim de ualle Achor dicere, id est, tumultus atque turbarum, in qua furtum et auaritia condemnata est; et de Bethel, Domo Dei, in qua super nudam humum nudus et pauper dormiuit Iacob; et posito subter caput lapide, qui in Zaccharia septem oculos habere describitur et in Isaia lapis dicitur angularis, uidit scalam tendentem usque ad caelum in qua Dominus desuper nitebatur, ascendentibus porrigens manum, et neglegentes de sublimi praecipitans. Sepulchra quoque in monte Ephraim Hiesu filii Naue, et Eleazari filii Aaron sacerdotis, e regione uenerata est: quorum alter conditus est in Tamnathsare a septentrionali parte montis Gaas, alter in Gabaath filii sui Finees, satisque mirata est, quod distributor possessionum sibi montana et aspera delegisset. Quid narrem Silo, in qua altare dirutum hodieque monstratur, et raptum Sabinarum a Romulo tribus Beniamitica praecucurrit? Transiuit Sichem, non ut plerique errantes legunt Sichar, quae nunc Neapolis appellatur, et ex latere montis Garizim extructam circa puteum Iacob intrauit ecclesiam;

mente leen, Sicar, que ahora se llama Necrópolis *(Naplusa)*, y entró en la iglesia construida en la ladera del monte Garizim junto al pozo de Jacob. Aquí se sentó el Señor, sediento y hambriento, y quedó saciado por la fe de la samaritana, la mujer que dejó sus cinco maridos—los cinco libros de Moisés—y el sexto que blasonaba de tener—el error de Dositeo—y encontró al verdadero Mesías y al verdadero Salvador.

Partiendo de allí, vio los sepulcros de los doce patriarcas, y Sebaste, es decir, Samaria, que, en honor de Augusto, fue llamada, en griego, Augusta por Herodes. Allí se hallan los profetas Eliseo y Abdías y Juan Bautista, el mayor de entre los nacidos de mujer (Mt 11,11). Allí se estremeció a la vista de muchas cosas maravillosas. Y es así que allí pudo contemplar cómo los démones rugían entre tormentos varios, cómo ante los sepulcros de los santos daban los hombres aullidos de lobos, ladraban como perros, bramaban como leones, silbaban como serpientes, mugían como toros. Otros, vuelta la cabeza, tocaban por detrás de la espalda con el cráneo la tierra; mujeres que, colgadas de un pie, no se les caían los vestidos hacia la cara. Teníales Paula lástima a todos, derramaba lágrimas sobre cada uno y suplicaba a Cristo tuviera clemencia de ellos. Luego, no obstante sus pocas fuerzas, subió a pie al monte, en cuyas dos cuevas, en tiempo de persecución y hambre, el profeta Abdías alimentó con pan y agua a otros cien profetas (3 Reg 18,4). A buen paso se recorrió Nazaret, la nutricia del Señor; Caná y Cafarnaúm, testigos de sus milagros; el lago de Tiberíades, santificado por las travesías del Señor, y el desierto en que varios miles de personas se hartaron con unos cuantos panes y de las sobras de los que comieron se llena-

super quo Dominus, residens sitiensque et esuriens, Samaritanae fide satiatus est; quae quinque Mosaicorum uoluminum uiris, sextoque, quem se habere iactabat, errore Dosithei derelicto, uerum Messiam, et uerum repperit Saluatorem.

Atque inde deuertens, uidit duodecim patriarcharum sepulcra, et Sebasten, id est: Samariam, quae in honorem Augusti ab Herode Graeco sermone Augusta est nominata. Ibi siti sunt Heliseus et Abdias Prophetae, et (quo maior inter natos mulierum non fuit) Baptista Iohannes. Vbi multis intremuit mirabilibus; namque cernebat daemones uariis rugire cruacitibus, et ante sepulchra sanctorum ululare homines luporum uocibus, latrare canum, fremere leonum, sibilare serpentum, mugire taurorum. Alios rotare caput, et post tergum terram uertice tangere, suspensisque pede feminis, uestes non defluere in faciem. Miserebatur omnium, et per singulos effusis lacrymis, Christi clementiam deprecabatur. Et sicut erat inualida, ascendit pedibus montem; in cuius duabus speluncis, persecutionis et famis tempore, Abdias propheta centum prophetas aluit pane et aqua. Cito itinere percucurrit Nazareth, nutriculam Domini, Canam et Capharnaum, signorum eius familiares, lacum Tiberiadis, nauigante Domino sanctificatum, et solitudinem, in qua multa populorum milia paucis

ron tantos canastos como son las tribus de Israel. Subió igualmente al monte Tabor, en que se transfiguró el Señor. Contempló en lontananza los montes Hermón y Hermoniim y los dilatados campos de Galilea, en que, por la victoria de Barac, quedó deshecho Sísara y todo su ejército. El torrente Cisón partía por medio la planicie y cerca se señalaba el pueblecito de Naím, en que el Señor resucitó al hijo de la viuda. Antes me faltará el día que la palabra si quisiera recorrer uno por uno todos los parajes que, con fe increíble, visitó detenidamente la venerable Paula.

14. Voy a pasar a Egipto, y me detendré por unos momentos a par de la fuente de Sansón, la que éste hizo brotar de la quijada del asno; me mojaré un poco la seca cara y, así refrigerado, veré Morasthim, sepulcro en otro tiempo del profeta Miqueas, y ahora iglesia. Dejaré a trasmano a horreos y heteos, a Maresa, Idumea y Laquis, y, atravesando arenas blandísimas que ceden al paso de los caminantes y la vasta soledad del yermo, llegaré al río Sior, ya de Egipto, que se interpreta «turbio». Pasemos igualmente las cinco ciudades de Egipto que hablan lengua cananea (Is 19,18), la tierra de Gesén y los campos de Tanis, en que el Señor obró maravillas (Ps 77,12), y la ciudad de Noo, que luego se convirtió en Alejandría, y Nitria, la fortaleza del Señor, en que, con el más puro nitro de las virtudes, se lavan a diario las manchas de muchísimos. Contemplóla ella y, como le saliera al encuentro el santo y venerable obispo Isidoro, confesor, e incontables muchedumbres de monjes, muchos de los cuales estaban distinguidos con los grados de sacerdote y diácono, se alegró

saturata sunt panibus, et de reliquis uescentium repleti sunt cophini duodecim tribuum Israel. Scandebat montem Thabor, in quo transfiguratus est Dominus. Aspiciebat procul montes Hermon et Hermoniim, et campos latissimos Galilaeae, in quibus Sisara et omnis exercitus eius, Barach uincente, prostratus est. Torrens Cison mediam planitiem diuidebat, et oppidum iuxta Naim, in quo uiduae suscitatus est filius, monstrabatur. Dies me prius quam sermo deficiet, si uoluero cuncta percurrere, quae Paula uenerabilis fide incredibili peruagata est.

14. Transibo Aegyptum; et in Soccoth, atque apud fontem Samson, quem de molari maxillae dente produxit, subsistam parumper; et arentia ora conluam, ut refocilatus uideam Morasthim, sepulchrum quondam Micheae prophetae, nunc ecclesiam. Et ex latere derelinquam Chorraeos et Gethaeos, Maresa, Idumaeam, et Lachis; et per harenas mollissimas pergentium uestigia subtrahentes, latamque heremi uastitatem, ueniam ad Aegypti fluuium Sior, qui interpretatur «turbidus», et quinque Aegypti transeam ciuitates, quae loquuntur lingua Chananitidi; et terram Gesen et campos Taneos, in quibus fecit Deus mirabilia. Et urbem Noo, quae postea uersa est in Alexandriam, et oppidum Domini Nitriam, in quo purissimo uirtutum nitro sordes lauantur cotidie plurimorum. Quod cum uidisset, occurrente sibi sancto et uenerabili episcopo Isidoro confessore, et turbis innumerabilibus monachorum, e quibus multos Sacerdotalis et

realmente de aquella gloria del Señor, pero se confesaba indigna de tanto honor. ¿A qué contar nada de los Macarios, Arsenios, Serapiones, y nombrar a las otras columnas de Cristo? ¿En qué celda no entró? ¿A los pies de quiénes no se postró? En cada uno de aquellos santos creía contemplar a Cristo, y las limosnas que les hizo, al Señor se alegraba de haberlas hecho. ¡Maravilloso fervor, fortaleza apenas creíble en una mujer! Olvidada de su sexo y de la fragilidad de su cuerpo, entre tantos miles de monjes hubiera querido habitar con sus vírgenes. Y acaso lo hubiera conseguido, pues todos la querían recibir, si no la hubiera retraído su mayor amor a los santos lugares. Así, a causa de los ardentísimos calores, se embarcó en Pelusio rumbo a Maiuma y fue tal la celeridad de la vuelta, que se la hubiera creído un ave. En la santa Belén había ya de permanecer perpetuamente, donde poco después se instaló; primero, durante tres años, en un estrecho hospedaje hasta construir las celdas y monasterios y una hospedería para peregrinos, junto al camino, por no haber hallado María y José posada. Hasta aquí, el viaje que hizo en compañía de muchas vírgenes y de su propia hija.

15. Ahora hay que pintar algo más despacio su virtud, la que es propiamente suya, y en cuya exposición—Dios me es juez y testigo—protesto que nada he de añadir de mi cosecha, nada he de exagerar a estilo de los panegiristas. Más bien tendré que bajar de punto muchas cosas, para no dar impresión de inverosimilitud y también para que mis detractores, que me roen a la continua con sus dientes, no piensen que doy rienda a mi fantasía

Leuiticus sublimabat gradus, laetabatur quidem ad gloriam Domini, sed se indignam tanto honore fatebatur. Quid ego narrem Macharios, Arsetes, Sarapionas, et reliqua columnarum Christi nomina? Cuius non intrauit cellulam? quorum non pedibus aduoluta est? Per singulos sanctos Christum se uidere credebat; et quidquid in illos contulerat, contulisse in Dominum laetabatur. Mirus ardor, et uix in femina credibilis fortitudo! Oblita sexus et fragilitatis corporeae, inter tot milia monachorum cum puellis suis habitare cupiebat. Et forsitan cunctis eam suscipientibus, inpetrasset, ni maius sanctorum locorum retraxisset desiderium. Atque propter feruentissimos aestus de Pelusio Maiumam nauigatione perueniens, tanta uelocitate reuersa est, ut auem putares. Nec multo post in sancta Bethleem mansura perpetuo, angusto per triennium mansit hospitio, donec exstrueret cellulas ac monasteria, et diuersorium peregrinorum iuxta uiam conderet, quia Maria et Ioseph hospitium non inuenerant. Huc usque iter eius descriptum sit, quod multis uirginibus et filia comite peragrauit.

15. Nunc uirtus latius describatur, quae ipsius propria est, et in qua exponenda, Deo iudice ac teste, profiteor me nihil addere, nihil in maius extollere, more laudantium; sed ne rerum excedat fidem, multa detrahere; et ne apud detractores, et «genuino me semper dente rodentes», fingere puter, et «cornicem Aesopi» alienis coloribus adornare. Quae prima Chris-

y que, según la fábula de Esopo, adorno a la corneja con colores ajenos. La humildad es la primera virtud de los cristianos, y Paula se humilló tanto, que quienes la veían—y, dada la celebridad de su nombre, estaban impacientes por verla—no creían ser ella, sino la última de las criadas. Ceñíanla numerosos coros de vírgenes; pero por su vestido, por su voz, porte y modo de andar era la menor de todas. Jamás, desde la muerte de su marido hasta que se durmió ella misma en el Señor, comió con hombre alguno, por más que supiera ser un santo o puesto en la cumbre del pontificado. No iba a los baños, a no ser en caso de enfermedad peligrosa. No tuvo en su lecho blandos colchones, ni aun en caso de altísima fiebre, sino que descansaba sobre la durísima tierra, con unas mantas de pelos debajo, si es que puede hablarse de descanso en una mujer que juntaba días y noches en oraciones casi continuas y cumplía lo que se dice en el Salterio: *Mi lecho lavaré noche tras noche, regaré con mis lágrimas mi estrado* (Ps 6,7). Cualquiera diría que había en ella fuentes de lágrimas, y con tal extremo lloraba leves pecados, que se la hubiera creído culpable de los más graves crímenes. Nosotros la advertíamos a menudo que tuviera cuidado con sus ojos y los guardara para leer el evangelio, y ella nos respondía: «Tengo que afear una cara que, contra el mandato de Dios, pinté muchas veces de rojo, de cerusa y antimonio. Tengo que mortificar un cuerpo que se entregó a muchos regalos. La larga risa ha de repararse con perpetuo lloro; los blandos lienzos y la seda preciosísima ha de trocarse por el áspero cilicio. Como antes quise agradar al siglo y al marido, ahora quiero placer a Cristo». Si entre tales y tan grandes virtudes me pusiera yo ahora a ensalzar su castidad, parecería superfluo—aquella cas-

tianorum uirtus est, tanta se humilitate deiecit, ut qui eam uidisset, et pro celebritate nominis uidere gestisset, ipsam esse non crederet, sed ancillarum ultimam. Et cum frequentibus choris uirginum cingeretur, et ueste et uoce et habitu et incessu minima omnium erat. Numquam post uiri mortem usque ad diem dormitionis suae cum ullo comedit uiro, quamuis eum sanctum et in pontificali sciret culmine positum. Balneas, nisi periclitans, non adiit. Mollia, etiam in grauissima febri, lectuli strata non habuit, sed super durissimam humum stratis ciliciolis quiescebat, si tamen illa quies dicenda est, quae iugibus paene orationibus dies noctesque iungebat, illud inplens de Psalterio: *Lauabo per singulas noctes lectum meum, in lacrimis meis stratum meum rigabo.* In qua fontes crederes lacrymarum; ita leuia peccata plangebat, ut illam grauissimorum criminum crederes ream. Cumque a nobis crebrius moneretur, ut parceret oculis, et eos seruaret euangelicae lectioni, aiebat: «Turpanda est facies, quam contra Dei praeceptum purpurisso et cerussa et stibio saepe depinxi. Adfligendum corpus, quod multis uacauit deliciis. Longus risus perpeti conpensandus est fletu; mollia linteamina et serica pretiosissima asperitate cilicii conmutanda. Quae uiro et saeculo placui, nunc Christo placere desidero». Si inter tales tantasque uirtutes castitatem in illa uolue-

tidad en que, aun de seglar, fue dechado de todas las matronas romanas—. De tal modo se portó en este punto, que ni la lengua misma de los maldicientes se atrevió a propalar nada contra ella. No hubo alma más compasiva que la suya; ninguna más blanda con los humildes. En cuanto a los poderosos, ni buscaba su favor ni tampoco los despreciaba con soberbio desdén que anda a caza de honrilla.

Si veía a un pobre, lo socorría; si a un rico, lo exhortaba a la beneficencia. Sólo su liberalidad pasaba toda raya: a par que distribuía sus rentas, pedía a menudo prestado para no tener que negar ayuda a quienquiera se la pedía. Yo confieso un error mío. Reprendíla de que fuera en el dar tan manirrota; le alegaba lo del Apóstol: *No se trata de que se alivien los otros y vosotros paséis necesidad; no, ha de haber igualdad en este punto, de modo que vuestra abundancia redunde en bien de su necesidad, y la abundancia de ellos redunde en bien de vuestra indigencia* (2 Cor 8,13s). Y también aquello del evangelio del Salvador: *El que tenga dos túnicas, dé una al que no tiene* (Lc 3,11). Hay que andar sobre aviso—le añadía—, no sea que viniera un momento en que no pudiera seguir haciendo lo que con tanto gusto hacía. Estas y parejas reconvenciones, que ella escuchaba con maravillosa reverencia, me las deshacía con parquísimas palabras. Ponía primeramente al Señor por testigo de que todo absolutamente lo hacía por su nombre, y añadía ser su deseo morir ella misma mendigando, no dejar ni una blanca a su hija y, a su muerte, ser amortajada con sábana ajena. Finalmente, añadía: «Si yo pidiere, hallaré muchos que me den; pero si este mendigo no recibe de

ro praedicare, superfluus uidear; in qua etiam cum saecularis esset, omnium Romae matronarum exemplum fuit; quae ita se gessit, ut nunquam de illa etiam maledicorum quicquam auderet fama confingere. Nihil animo eius clementius, nihil erga humiles blandius fuit. Non adpetebat potentes, nec tamen superbo et gloriolam quaerente fastidio despiciebat.

Si pauperem uidebat, sustentabat; si diuitem, ad benefaciendum cohortabatur. Liberalitas sola excedebat modum; et usuras tribuens, uersuram quoque saepe faciebat, ut nulli stipem se rogantium denegaret. Fateor errorem meum: cur in largiendo esset profusior, arguebam, illud proferens de Apostolo: *Non ut aliis sit refrigerium, uobis autem tribulatio; sed ex aequalitate in hoc tempore, ut uestra abundantia sit ad illorum inopiam, ut et illorum abundantia sit ad uestram inopiam.* Et hoc de Euangelio Saluatoris: *Qui habet duas tunicas, det alteram non habenti.* Et prouidendum esse, ne quod libenter faceret, semper facere non posset; multaque huiusce modi, quae illa mira uerecundia, et sermone parcissimo dissoluebat: testem inuocans Dominum, se pro illius nomine cuncta facere; hoc et habere uoti, ut mendicans ipsa moreretur, ut unum nummum filiae non dimitteret, et in funere suo aliena sindone inuolueretur. Ad extremum inferebat: «Ego si petiero, multos inueniam qui mihi tribuant; iste mendicans si a me non acceperit, quae ei possum etiam de

mí, que puedo darle aun de lo ajeno, y viene a morir, ¿de quién se requerirá su alma?» Yo deseaba fuera ella más cauta en el gasto de su hacienda; pero ella, más ardiente en la fe, uníase con toda su alma al Salvador y, pobre de espíritu, seguía al Señor pobre, devolviéndole, hecha por El pobre, lo que de El había recibido. Finalmente, logró lo que deseara, y ha dejado a su hija cargada de deudas, que pesan aún sobre ella y espera pagar no por confianza que tenga en sus fuerzas, sino en la fidelidad y misericordia de Cristo.

16. La mayor parte de las matronas tienen por costumbre repartir sus larguezas entre quienes las publiquen a son de trompeta. Generosas con unos pocos, retiran la mano de los demás. Paula desconoció de todo punto este defecto. Distribuía a cada uno su dinero conforme a la necesidad de cada uno; no para excesos, sino para lo necesario. Ningún pobre se retiró de su lado con las manos vacías. Lo que lograba ella, no por la magnitud de sus riquezas, sino por la discreción en el distribuir. A cada paso repetía: *Bienaventurados los misericordiosos, porque ellos alcanzarán misericordia* (Mt 5,7). Y: *Como el agua apaga el fuego, así la limosna los pecados* (Eccli 3,30). Y: *Haceos del mammón inicuo amigos que os reciban en las tiendas eternas* (Lc 16,9). Y: *Dad limosna, y todo es para vosotros limpio* (Lc 11,41). Alegaba también las palabras con que Daniel (4,24) exhortaba al rey Nabucodonosor a que redimiera con limosnas sus pecados. No gustaba de derramar su dinero en piedras que han de pasar a par de la tierra y el mundo, sino en las piedras vivas, que ruedan sobre la tierra y de las que, según el Apocalipsis de Juan, se

alieno tribuere, et mortuus fuerit, a quo eius anima requiretur?» Ego cautior in re familiari esse cupiebam; sed illa ardentior fide, toto Saluatori animo iungebatur, et pauperem Dominum, pauper spiritu sequebatur, reddens ei quod acceperat, pro ipso pauper effecta. Denique consecuta est quod optabat, et in grandi aere alieno filiam dereliquit, quod hoc usque debens non suis uiribus, sed Christi se [fidit] fide et misericordia reddituram.

16. Solent pleraeque matronarum bucinatoribus suis dona conferre, et in paucos largitate profusa, manum a ceteris retrahere: quo illa omnino carebat uitio; ita enim singulis suam pecuniam diuidebat, ut singulis necessarium erat, non ad luxuriam, sed ad necessitatem. Nemo ab ea pauperum uacuus reuersus est. Quod obtinebat, non diuitiarum magnitudine, sed prudentia dispensandi, illud semper replicans: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Et: *Sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna peccata.* Et: *Facite uobis amicos de iniquo mamona, qui uos recipiant in aeterna tabernacula.* Et: *Date elemosynam, et ecce omnia munda sunt uobis.* Et uerba Danielis, regem Nabuchonodosor monentis, ut elemosynis redimeret peccata sua. Nolebat in his lapidibus pecuniam effundere qui cum terra et saeculo transituri sunt, sed in uiuis lapidibus, qui uoluuntur super terram, de quibus in Apocalypsi Iohan-

construye la ciudad del gran rey—las piedras que nos recuerda la Escritura han de convertirse en zafiro, esmeralda y jaspe y demás perlas (Apoc 21,19).

17. Mas todo esto puede ser cosa de muchos, y el diablo sabe que no está ahí lo más levantado de las virtudes. Por eso, después que destruyó la hacienda a Job, después de derrocarle la casa y matarle a los hijos, le dice al Señor: *Piel por piel y todo lo que el hombre tuviere lo dará a trueque de salvar la vida. Pero extiende tu mano y tócale en los huesos y carne, a ver si no te maldice en la cara* (Iob 2,4-5). Sabemos que la mayoría dan limosna, pero no dan nada de su propio cuerpo; extienden la mano a los indigentes; pero, vencidos por el placer de la carne, blanquean lo de fuera y están por dentro llenos de huesos de muertos. Nada de eso Paula. Su sobriedad fue tal, que casi pasaba la raya, y con los excesivos ayunos y trabajo contrajo la debilidad de su cuerpo. Si se exceptúa los días de fiesta, apenas tomaba un poco de aceite en la comida; por donde puede juzgarse lo que pensaría sobre vino y licores, peces, leche, miel, huevos y demás manjares gratos al gusto. Hay quienes, tomando todo eso, se creen abstinentísimos y, con el estómago repleto, se imaginan tener segura la castidad.

18. La envidia sigue siempre a las virtudes «y los rayos caen justamente sobre los altos montes» (Horat., *Carm.* II 10,11-12). Y no es de maravillar afirmar esto respecto de los hombres, cuando nuestro Señor mismo fue crucificado por envidia de los fariseos, y todos los santos han tenido sus émulos. También en el paraíso hubo una serpiente, por cuya envidia *entró la muerte* en el orbe

nis, ciuitas magni regis extruitur: quos in sapphirum et smaragdum et iaspidem, et ceteras gemmas esse uertendos Scriptura commemorat.

17. Verum haec possunt esse communia cum <non> paucis; et scit diabolus non in summo uirtutum culmine posita. Vnde loquitur ad Dominum, post amissam Iob substantiam, post euersam domum, post liberos interfectos: *Corium pro corio, et omnia quae habuerit homo, dabit pro anima sua. Sed extende manum tuam, et tange ossa eius et carnes, nisi in faciem benedixerit tibi.* Scimus plerosque dedisse elemosynam, sed de proprio corpore nihil dedisse; porrexisse egentibus manum, sed carnis uoluptate superatos, dealbasse ea quae foris erant, et de intus plenos fuisse ossibus mortuorum. At non Paula talis, quae tantae continentiae fuit, ut prope mensuram excederet, et debilitatem corporis nimiis ieiuniis ac labore contraheret. Quae exceptis diebus festis, uix oleum in cibo acceperit, ut ex hoc uno aestimetur, quid de uino et liquamine, et piscibus, et lacte, et melle, et ouis, et reliquis, quae gustui suauia sunt, iudicarit. In quibus sumendis quidam se abstinentissimos putant; et si his uentrem ingurgitauerint, tutam pudicitiam suspicantur.

18. Semper uirtutes sequitur inuidia, «feriuntque summos fulgura montes». Mirum si hoc de hominibus loquar, cum etiam Dominus noster Pharisaeorum zelo sit crucifixus, et omnes sancti aemulos habuerint; in paradiso quoque serpens fuerit, cuius inuidia *mors introiuit* in orbem terrarum. Suscitauerat ei Dominus *Adar Idumaeum,* qui eam colaphiza-

de la tierra (Sap 2,24). A Paula le suscitó el Señor a *Adar Idumeo* (3 Reg 11,14) que la abofeteara para que no se engreyera. Era como un aguijón de la carne que la advertía muy a menudo para que, por la grandeza de sus virtudes, no sintiera demasiado altamente y se creyera puesta sobre una cima, al abrigo de los vicios y defectos de las demás mujeres. Yo le decía que era bien ceder el paso a la envidia y dejar el campo libre a la insania; que así lo había hecho Jacob con su hermano Esaú (Gen 27,41ss), y David con Saúl, su más pertinaz enemigo. Aquél huyó a Mesopotamia; éste se puso en manos de los filisteos, pues prefería estar bajo el poder de sus enemigos que no de envidiosos. Pero ella: «Tendrías razón en eso—respondía—si el diablo no combatiera en todas partes a los siervos y siervas de Dios y no se adelantara en todo lugar a los que huyen; si no me retuviera el amor de los santos lugares y pudiera hallar en otra parte a mi querida Belén. ¿Por qué no he de vencer la envidia con la paciencia? ¿Por qué no quebrantar con la humildad la soberbia y no ofrecer, a quien me hiere en una mejilla, la otra, cuando Pablo dice: *Venced con el bien el mal?* (Rom 12,21). ¿No se gloriaban los apóstoles cuando sufrían injurias por el Señor? (Act 5,41). Y el Salvador mismo, ¿no se humilló tomando la forma de esclavo y hecho obediente a su Padre hasta la muerte, y muerte de cruz, para salvarnos por su pasión (Phil 2,7-8). Si Job no hubiera combatido y vencido en la batalla, no hubiera recibido la corona de la justicia ni hubiera oído del Señor: *¿Piensas que he hablado por otro motivo que porque aparecieras justo?* (Job 40,3). *Bienaventurados* son dichos en el evangelio *los que padecen persecución por la justicia* (Mt 5,10). Tengamos tranquila la conciencia de que no sufrimos por nues-

ret, ne se extolleret, et quasi quodam stimulo carnis saepius admonebat; ne magnitudo uirtutum altius saperet, et aliarum uitiis feminarum, se in excelso crederet constitutam. Ego aiebam, liuori esse cedendum, et dandum insaniae locum: quod fecisset Iacob in fratre suo Esaü, et Dauid in pertinacissimo inimicorum Saül: quorum alter Mesopotamiam fugerit; alter se allophylis tradiderit, malens hostibus quam inuidiis subiacere. At illa «iuste», respondebat: «hoc diceres, si diabolus contra seruos Dei et ancillas non ubique pugnaret, et ad omnia loca fugientes praecederet, si non sanctorum locorum amore retinerer, et Bethleem meam in alia repperire possem parte terrarum. Cur enim non patientia liuorem superem? cur non humilitate frangam superbiam, et percutienti maxillam, alteram offeram malam, dicente Paulo: *Vincite in bono malum?* Nonne apostoli gloriabantur, quando pro Domino sunt passi contumeliam? Nonne ipse Saluator humiliauit se, formam serui accipiens, et factus oboediens Patri usque ad mortem, et mortem crucis, ut nos sua passione seruaret? Iob nisi certasset et uicisset in praelio, non accepisset coronam iustitiae, nec audisset a Domino: *Putas me aliter locutum, quam ut appareres iustus? Beati,* dicuntur in Euangelio, *qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Secura sit conscientia, quod non propter peccata patiamur; et adflictio in saeculo,

tros pecados, y, en ese caso, la aflicción en este mundo es materia de galardón en el porvenir». Si alguna vez el enemigo se mostraba más procaz y se propasaba a injurias de palabra, cantaba aquello del Salterio: *Cuando el pecador se ponía delante de mí, yo enmudecí, y me humillé y me abstuve aun de buenas palabras* (Ps 38,2-8). Y otras veces: *Pero yo, como un sordo, no oía, y, como un mudo, no abría la boca.* Y: *Me volví como uno que no oye y no tiene qué contestar en su boca* (Ps 37,14-15).

En las tentaciones meditaba las palabras del Deuteronomio: *Os tienta el Señor Dios vuestro para saber si amáis al Señor Dios vuestro con todo vuestro corazón y con toda vuestra alma* (Deuteronomio 13,3). En las tribulaciones y angustias repetía las palabras de Isaías: *Los que habéis sido destetados, los que os habéis apartado del pecho, esperad tribulación tras tribulación, esperanza tras esperanza; todavía un poco y todavía otro poco, por la maldad de los labios, por la lengua ajena* (28,9-11). Y para su propia consolación, declaraba así el testimonio de la Escritura: Los destetados, los que han llegado a la edad viril, han de aguardar tribulación tras tribulación, para merecer recibir esperanza tras esperanza, *sabiendo como sabemos que la tribulación opera la paciencia, la paciencia la prueba, la prueba la esperanza, y la esperanza no queda confundida* (Rom 8,18). Y: *Si nuestro hombre exterior se corrompe, renuévese el interior* (2 Cor 4,16). Y: *Porque la tribulación momentánea y ligera opera en nosotros un peso de gloria eterna, a condición de que no miremos a lo que se ve, sino a lo que no se ve. Pues lo que se ve es temporal; y lo que no se ve,*

materia praemiorum est». Si quando procacior fuisset inimicus, et usque ad uerborum iurgia prosilisset, illud Psalterii decantabat: *Cum consisteret aduersum me peccator, obmutui et humiliatus sum et silui a bonis.* Et rursus: *Ego autem quasi surdus non audiebam, et quasi mutus non aperiens os suum.* Et: *Factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo increpationes.*

In temptationibus, Deuteronomii uerba uoluebat: *Temptat nos Dominus Deus uester, ut sciat si diligatis Dominum Deum uestrum de toto corde uestro, et de tota anima uestra.* In tribulationibus et angustiis, Isaiae replicabat eloquia: *Qui ablactati estis a lacte, qui abstracti ab ubere, tribulationem super tribulationem expectate, spem super spem; adhuc pusillum et adhuc pusillum propter malitiam labiorum, propter linguam alienam.* Et Scripturae testimonium in consolationem suam disserebat: ablactatorum esse, eorum qui ad uirilem aetatem peruenissent, tribulationem super tribulationem sustinere, ut spem super spem mererentur accipere: *Scientes quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit.* Et: *quod si is qui foris est noster homo corrumpitur, ille qui intus est, innouetur.* Et: *In praesentiarum momentaneum leue et tribulationis nostrae, aeternae gloriae pondus operatur in nobis, non aspicientibus quae uidentur, sed quae non uidentur. Quae enim uidentur, temporalia sunt, quae autem non uidentur, aeterna sunt.* Nec longum fore

eterno (ibid.). No será, proseguía, largo el tiempo, aunque a la humana impaciencia le parezca que tarda, sin que se siga el auxilio de Dios, como quiera que dice El mismo: *En tiempo oportuno te he oído, en el día de la salud te he socorrido* (Is 49,8). Tampoco hay que temer, decía, los labios embusteros y las lenguas de los malvados, como quiera que gozamos de la ayuda del Señor y debemos oír su admonición: *Por vuestra paciencia poseeréis vuestras almas* (Lc 21,19). Y: *No pueden parangonarse los sufrimientos del tiempo presente con la gloria por venir que se revelará en nosotros* (Rom 8,18). Y en otra, para que obremos con paciencia en todo lo que nos aconteciere, se nos dice: *El varón paciente tiene mucha inteligencia; mas el que se abate de ánimo es muy insensato* (Prov 14,29).

19. En sus enfermedades y frecuentes achaques decía: *Cuando soy débil, entonces soy fuerte* (2 Cor 12,10). Y: *Llevamos este tesoro en vasos quebradizos, hasta que esta mortalidad se revista de inmortalidad, y esta corrupción de incorrupción* (2 Cor 4,7). Y otras veces: *Como sobreabundan los sufrimientos de Cristo en nosotros, así también, por Cristo, ha sobreabundado la consolación* (2 Cor 1,5). En sus tristezas cantaba: *¿Por qué estás triste, alma mía, y por qué me conturbas? Espera en Dios, porque todavía le alabaré, salud que es de mi rostro y mi Dios solo* (Ps 41,12). En los peligros decía: *El que quiera venir en pos de mí, niéguese a sí mismo, tome su cruz y sígame* (Mt 16,24). Y otras veces: *El que quiera salvar su vida, la perderá.* Y: *El que perdiere su vida por mí, la salvará* (Lc 9,24). Cuando se le anunciaban quiebras en su hacienda y hasta la ruina total de su patrimonio, decía: *¿De qué*

tempus, etiam si humanae inpatientiae tardum uideatur, quin Dei sequatur auxilium dicentis: *Tempore oportuno exaudiui te, et in die salutis auxiliatus sum tui.* Nec dolosa labia et linguas iniquorum esse metuendas, cum Domino adiutore laetemur, et ipsum audire debeamus monentem: *Per patientiam uestram possidebitis animas uestras;* et: *Non sunt condignae passiones praesentis saeculi ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis.* Et alibi ut patienter agamus in omnibus quae accidunt nobis: *Patiens enim uir multus prudentia: qui autem pusillanimis est, uehementer insipiens.*

19. In languoribus et crebra infirmitate dicebat: *Quando infirmor, tunc fortis sum.* Et: *Habemus thesaurum istum in uasis fictilibus, donec mortale hoc induat inmortalitatem, et corruptiuum hoc uestiat incorruptionem.* Et iterum: *Sicut superabundant passiones Christi in nobis, et per Christum abundauit et consolatio.* Ac deinde: *Vt socii passionum estis, ita et consolationis eritis.* In maerore cantabant: *Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me? Spera in Deum, quoniam adhuc confitebor illi, salutare uultus mei, et Deus meus.* In periculis loquebatur: *Qui uult uenire post me, neget seipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.* Et iterum: *Qui uult animam suam saluam facere, perdet eam.* Et: *Qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet eam.* Quando dispendia

le aprovecha al hombre ganar todo el mundo, si sufre daño en su alma? ¿Y qué dará el hombre como trueque por su alma? (Mt 16,26). Y: *Desnudo salí del seno de mi madre y desnudo volveré a él. Como plugo al Señor, así ha sucedido. Sea bendito el nombre del Señor* (Iob 1,21). Y el otro texto: *No améis el mundo ni lo que hay en el mundo. Porque todo lo que hay en el mundo es concupiscencia de la carne y concupiscencia de los ojos y soberbia de la vida, que no viene del Padre, sino del mundo. Pero el mundo pasa, y con él su concupiscencia* (1 Io 2,15ss). Sé que por carta le dieron noticia de gravísimas enfermedades de sus hijos, y señaladamente de su Toxocio, al que quería con extremo. Y primero cumplía con fortaleza lo del salmo: *Me he turbado y no he hablado* (Ps 76,5); luego prorrumpió en estas palabras: *El que ama a su hijo o a su hija más que a mí, no es digno de mí* (Mt 10,37). Y orando al Señor decía: *Posee a los hijos de los mortificados* (Ps 78,11), de los que por ti mortifican diariamente sus cuerpos. Sé de cierto soplón (ralea de gentes perniciosísima) que le fue a contar, como si le hiciera un favor, que, por su excesivo fervor, daba a algunos la impresión de loca y decía había que curarla de los cascos. Y ella le respondió: *Espectáculo somos para el mundo, para los ángeles y los hombres. Sí, somos fatuos por amor de Cristo* (1 Cor 4,9.10). Pero *lo necio de Dios es más sabio que los hombres* (1 Cor 1,25). Por eso, el Salvador mismo le dice a su Padre: *Tú conoces mi insipiencia* (Ps 68,6). Y, en el evangelio, sus mismos parientes lo querían atar como a orate y sus enemigos lo insultaban diciéndole: *Está endemoniado y es un samaritano* (Io 8,48). Y: *En virtud de Belcebú, príncipe de los*

rei familiaris et euersio totius patrimonii nuntiabatur, aiebat: *Quid enim prodest homini, si totum mundum lucri fecerit, et animam suam damni habuerit? aut quam dabit homo conmutationem pro anima sua?* Et: *Nudus exiui de utero matris meae, nudus et redeam. Sicut placuit Domino, ita factum est, sit nomen Domini benedictum.* Et illud: *Nolite diligere mundum, nec ea quae in mundo sunt. Quoniam omne quod in mundo est, desiderium carnis est, et concupiscentia oculorum, et superbia uitae huius, quae non est ex Patre, sed de mundo est. Et mundus pertransiet, et concupiscentia eius.* Scio ei scriptas infirmitates grauissimas liberorum et maxime Toxotii sui, quem diligebat plurimum. Cumque illud uirtute complesset, *turbata sum, et non sum locuta,* in haec uerba prorupit: *Qui amat filium aut filiam supra me, non est me dignus.* Et orans ad Dominum, loquebatur: *Posside filios mortificatorum,* qui pro te cotidie mortificant corpora sua. Noui susurronem quemdam (quod genus hominum uel perniciosissimum est) quasi beniuolum nuntiasse, quod pro nimio feruore uirtutum quibusdam uideretur insana, et cerebrum illius dicerent confouendum. Cui illa respondit: *Theatrum facti sumus mundo, et angelis, et hominibus; Nos fatui propter Christum;* sed *stultum Dei sapientius est hominibus.* Vnde et Saluator loquitur ad Patrem: *Tu scis insipientiam meam.* Quem in euangelio et propinqui quasi mentis inpotem ligare cu-

demonios, arroja los demonios (Mt 12,24). Por nuestra parte, oigamos la exhortación del Apóstol: *Nuestra gloria es el testimonio de nuestra conciencia, de que nos hemos portado en el mundo con santidad y sinceridad y gracia de Dios* (2 Cor 1,12). Y al Señor, cuando les dice a los apóstoles: *El mundo os aborrece porque no sois del mundo. Si fuerais del mundo, el mundo amaría ciertamente lo que era suyo* (Io 15,18s). Y: *Todo esto ha venido sobre nosotros y no te hemos olvidado, y no hemos pecado contra tu alianza, ni se ha vuelto atrás nuestro corazón* (Ps 43,18s). Y: *Por causa tuya se nos mata el día entero, se nos reputa ovejas para el matadero* (ibid., 43,22; Rom 8,36). Pero *el Señor es mi auxilio, no temeré lo que me haga el hombre* (Ps 117,6). Y es así que yo he leído: *Hijo, honra al Señor, y serás fortalecido, y, fuera del Señor, a nadie temas* (Prov 7,1). Con estos textos y otros parecidos, como con una armadura de Dios, se apercibía contra todo linaje de vicios, y señaladamente contra el furor de la envidia; y, al sufrir injurias, con ellos templaba el ímpetu de su pecho oprimido. En fin, hasta el día de su muerte, patente fue para todo el mundo así la paciencia de Paula como los celos de los otros—unos celos que roen y corroen a su propio autor, que, mientras intenta herir a un émulo, se hace a sí mismo víctima del propio furor báquico.

20. Voy a hablar ahora también del orden del monasterio, cómo hizo de la continencia o virtud de los santos su propia granjería. Sembraba lo carnal, para recoger lo espiritual; daba lo terreno, para tomar lo celeste; concedía lo pasajero, para trocarlo por lo eterno. Después del monasterio de varones que entregó,

piebant, et aduersarii suggillabant, dicentes: *Daemonium habet, et Samarites est.* Et: *In Beelzebul principe daemoniorum eicit daemonia.* Sed nos audiamus Apostolum cohortantem: *Haec est gloriatio nostra, testimonium conscientiae nostrae; quoniam in sanctitate et sinceritate et gratia Dei conuersati sumus in mundo.* Et Dominum dicentem ad apostolos: *Ideo mundus odit uos, quoniam non estis de mundo. Si enim essetis de mundo, amaret utique mundus quod suum erat.* Et ad ipsum Dominum uerba uertebat: *Tu nosti cordis abscondita.* Et: *Haec omnia uenerunt super nos, et non sumus obliti tui, nec inique egimus in testamentum tuum, nec auersum est retrorsum cor nostrum.* Et: *Propter te mortificamur tota die, reputati sumus ut oues occisionis.* Sed *Dominus auxiliator meus, non timebo quid faciet mihi homo.* Legi enim: *Fili, honora Dominum, et confortaberis, et extra Dominum nullum timueris.* His et talibus testimoniis, quasi armatura Dei, et aduersum omnia quidem uitia, sed praecipue instruebat se contra inuidiam saeuientem; et patiendo iniurias, furorem grauidi pectoris mitigabat. Denique usque ad diem mortis, et huius patientia, et aliorum zelus omnibus patuit; qui suum rodit auctorem, et dum aemulum laedere nititur, in semetipsum proprio furore bacchatur.

20. Dicam et de ordine monasterii, quomodo sanctorum continentiam in suum uerterit lucrum. Seminabat carnalia, ut meteret spiritualia; dabat terrena, ut caelestia tolleret; breuia concedebat, ut pro his aeterna

para gobernarlo, a varones, congregó en torno suyo a numerosas vírgenes, venidas de diversas provincias y procedentes de la nobleza, de la clase media e ínfima. A todas las distribuyó en tres secciones y monasterios, de forma, sin embargo, que, separadas para el trabajo y la comida, todas se juntaban para la salmodia y la oración. Después del canto del aleluya, que era la señal que las convocaba a la colecta y oración en común, a ninguna le era lícito quedarse donde estaba. Ella, por su parte, era la primera o de las primeras en llegar y esperaba a las demás, provocándolas al trabajo por la vergüenza y el ejemplo, no por el terror. Por la mañana, a las horas de tercia, sexta y nona; por la tarde y a media noche, cantaban por orden el Salterio. A ninguna hermana le era lícito ignorar los salmos ni dejar de aprender de memoria cada día algo de las santas Escrituras. Sólo el domingo salían para ir a la iglesia, a cuyo costado vivían. Cada escuadrón de monjas seguía a su madre y de la misma manera volvían. Dedicábanse entonces al trabajo señalado y confeccionaban vestidos para sí o para otros.

Si entre las hermanas había alguna noble, no se le permitía tener compañera venida de su propia casa, para evitar se acordara de su vida pasada y refrescar el antiguo error de una niñez lasciva, renovándola con la frecuente conversación. Todas vestían el mismo hábito. Toallas sólo las usaban para enjugarse las manos. Era tal la separación respecto a los hombres, que las apartaba aun del trato con eunucos, pues no quería dar asidero a las lenguas maldicientes, que tienen por costumbre morder a los santos para consuelo de los delincuentes. Si alguna llegaba algo más tarde al

mutaret. Post uirorum monasterium, quod uiris tradiderat gubernandum, plures uirgines quas e diuersis prouinciis congregarat, tam nobiles, quam medii et infimi generis, in tres turmas monasteriaque diuisit: ita dumtaxat, ut in opere et in cibo separatae, psalmodiis et orationibus iungerentur. Post alleluiae cantatum (quo signo uocabantur ad Collectam) nulli residere licitum erat. Sed prima, seu inter primas ueniens (caetum) ceterarum operiebatur, pudore et exemplo ad laborem eas prouocans, non terrore. Mane, hora Tertia, Sexta, Nona, Vespera, noctis medio, per ordinem Psalterium canebant. Nec licebat cuiquam sororum ignorare Psalmos, et non de Scripturis sanctis cotidie aliquid discere. Die tantum dominico ad ecclesiam procedebant, ex cuius habitabant latere. Et unumquodque agmen matrem propriam sequebatur; atque inde pariter reuertentes, instabant operi destricto, et uel sibi, uel ceteris indumenta faciebant.

Si qua erat nobilis, non permittebatur de domo sua habere comitem, ne ueterum actuum memor, et lasciuientis infantiae errorem refricaret antiquum, et crebra confabulatione renouaret. Vnus omnium habitus. Linteamine ad tergendas solum manus utebantur. A uiris tanta separatio, ut ab spadonibus quoque eas seiungeret, ne ullam daret occasionem linguae maledicae, quae sanctos carpere solita est in solacium delinquendi. Si qua uel tardior conueniebat ad psalmos, et in opere pigrior, uariis

canto de los salmos o se mostraba perezosa en el trabajo, la corregía en forma varia. Si era iracunda, con caricias; si floja, con reprensiones. Así imitaba al Apóstol, que dice: *¿Qué queréis? ¿Que venga a vosotros vara en mano o con espíritu de blandura y mansedumbre?* (1 Cor 4,21). Fuera de la comida y vestido, no permitía que ninguna tuviera cosa, pues dice Pablo: *En teniendo qué comer y vestir, con eso hemos de contentarnos* (1 Tim 6,8). La costumbre de poseer más pudiera dar lugar a la avaricia, a la que no hay riqueza que sacie, y cuanto más tiene más pide. Ni la abundancia ni la escasez la hace menguar. A las que reñían entre sí, las reconciliaba con las más blandas palabras.

La carne, inclinada a la lascivia, de las mozuelas, quebrantábala con frecuentes y doblados ayunos, pues prefería les doliera el estómago que no el alma. Si veía alguna algo peripuesta, corregía a la errante con el fruncir de la frente y la tristeza del rostro, y decía que la curiosidad de cuerpo y vestido delata suciedad del alma. Palabra torpe y deshonesta no había jamás de salir de boca de una virgen. Todo ello son señales de un ánimo libidinoso, y por los resquicios del hombre exterior se muestran los vicios del interior. A la que veía parlera y charlatana, provocativa y amiga de pendencias, si, tras reiterados avisos, no quería corregirse, la ponía entre las últimas y la hacía orar fuera de la reunión de las otras a las puertas del refectorio, y que tomara aparte la comida. Así, la que no se había corregido por la reprensión, se enmendaría por la vergüenza. El hurto lo detestaba como un sacrilegio. Lo que entre los hombres del siglo se tiene por leve o por nada, ella decía ser, en los monasterios, delito

eam modis adgrediebatur. Si erat iracunda, blanditiis, si patiens, correptione; illud Apostoli imitans: *Quid uultis? In uirga ueniam ad uos, an in spiritu lenitatis et mansuetudinis?* Excepto uictu et uestitu, nullam habere quid patiebatur, dicente Paulo: *Habentes uictum et uestitum, his contenti sumus;* ne consuetudine plus habendi, praeberet locum auaritiae, quae nullis expletur opibus, et quanto amplius habuerit, plus requirit, et neque copia, neque inopia minuetur. Iurgantes inter se, sermone lenissimo foederabat.

Lasciuientem adolescentularum carnem crebris et duplicatis frangebat ieiuniis, malens eis stomachum dolere, quam mentem. Si uidisset aliquam comptiorem, contractione frontis, et uultus tristitia arguebat errantem, dicens munditiam corporis atque uestitus, animae esse inmunditiam, et turpe uerbum atque lasciuum numquam de ore uirgineo proferendum: quibus signis libidinosus animus ostenditur, et per exteriorem hominem interioris hominis uitia demonstrantur. Quam linguosam et garrulam ac procacem rixisque perspexerat delectari, et saepius conmonitam nolle conuerti, inter ultimas et extra conuentum sororum ad fores triclinii orare faciebat, et separatim cibum capere: ut quam obiurgatio non correxerat, emendaret pudor. Furtum quasi sacrilegium detestabatur. Et quod inter saeculi homines, uel leue putatur uel nihil, hoc in monasteriis grauissi-

gravísimo. ¿Tendré que recordar su bondad y solicitud para con las enfermas, a las que cuidaba con extremos obsequios y servicios? El caso es que, dando todo largamente a las enfermas y hasta permitiéndoles comer carnes, cuando ella se ponía mala, nada se concedía a sí misma. He aquí una diferencia de trato: la clemencia con los demás la trocaba en dureza consigo misma.

21. Ninguna de las jóvenes muchachas, de cuerpo sano y robusto, se entregó a mortificación comparable con la de ella, de cuerpo quebrantado, senil y débil. Confieso que, en este punto, fue un tanto pertinaz en no tener miramiento consigo misma ni ceder a reconvención de nadie. Contaré un caso de que soy testigo. El mes de julio, de ardentísimos calores, la acometió fiebre muy alta y fue desahuciada de los médicos. Luego, por la misericordia de Dios, respiró un poco, y los médicos trataban de convencerla de que, para reponer su cuerpo, era menester tomara un poco de vino suave; pues, de beber sólo agua, corría el riesgo de hidropesía. Yo rogué entonces, secretamente, al bienaventurado papa Epifanio que la avisara y aun la forzara a beber vino. Ella, que era inteligente y de fino ingenio, caló inmediatamente la treta y, sonriendo, le indicó a Epifanio que todo lo que dijera venía de mí. ¿A qué decir más? Al salir que salió el bienaventurado obispo, después de exhortarla largo y tendido, le pregunté yo el resultado. «El resultado—me respondió—es que por poco me convence ella a mí que, con toda mi vejez a cuestas, no pruebe más el vino». Si cuento este caso, no es porque yo apruebe las cargas que se toman inconsideradamente y sobre lo que pueden los hombros, como quiera que la Escritura nos advierte: *No levantes peso sobre*

mum dicebat esse delictum. Quid memorem clementiam et sedulitatem in aegrotantes, quas miris obsequiis et ministeriis confouebat? Cumque aliis languentibus large praeberet omnia et esum quoque exhiberet carnium, si quando ipsa aegrotasset, sibi non indulgebat, et in eo inaequalis uidebatur, quod in aliis clementiam, in se duritiam conmutabat.

21. Nulla iuuenum puellarum sano et uegeto corpore tantae se dederat continentiae, quam ipsa fracto et senili debilitatoque corpusculo. Fateor, in hac re pertinacior fuit, ut sibi non parceret, et nulli cederet admonenti. Referam quod expertus sum. Mense Iulio feruentissimis aestibus incidit in ardorem febris, et post desperationem, cum Dei misericordia respirasset, et medici persuaderent ob refectionem corporis uino opus esse tenui et paruo, ne aquam bibens in hydropem uerteretur, et ego clam beatum papam Epiphanium rogarem ut eam moneret, immo conpelleret uinum bibere, illa ut erat prudens et sollertis ingenii, statim sensit insidias; et subridens, meum esse quod ille diceret, intimauit. Quid plura? cum beatus pontifex post multa hortamenta exisset foras, quaerenti mihi quid egisset, respondit: «Tantum profeci, ut seni homini paene persuaserit, ne uinum bibam». Haec refero, non quod inconsideranter et ultra uires sumpta onera probem, monente Scriptura: *Super te onus ne leuaueris;* sed quo mentis eius ardorem, et desiderium fidelis animae, ex

tus fuerzas (Eccli 13,2). Lo que intento es demostrar, aun por esta perseverancia, el fervor de su espíritu y el anhelo de un alma que decía: *Sedienta de ti está, sedienta, mi alma, y aun de maneras mil, de ti mi carne está sedienta* (Ps 62,1). Cosa difícil es mantener en todo la medida. Y cierto es, según sentencia de los filósofos, que en el medio está la virtud, y en la exageración el vicio (ARISTOT., *Ethica Nic.* 1109b,2ss). Doctrina que nosotros podemos cifrar en una breve sentencia: «Nequid nimis» («nada demasiado»: TERENT., *Andria* 51).

La que pareja obstinación mostraba en el desprecio de la comida, era blanda en el duelo y quedaba abatida por la muerte de los suyos, señaladamente de sus hijos. La muerte del marido y de las hijas la puso siempre en grave peligro. Signábase pecho y boca y se esforzaba por mitigar el dolor de madre por la impresión del signo de la cruz; pero la vencía el cariño, y las entrañas maternas derrocaban la fe del espíritu. Vencedora en su alma, era vencida por la fragilidad de su cuerpo, del que hacía presa la enfermedad, que no la dejaba ya en largo tiempo, poniéndonos a nosotros en inquietud y a ella en peligro de la vida. Ella, sin embargo, se alegraba repitiendo a cada momento: *¡Miserable de mí! ¿Quién me librará de este cuerpo mortal?* (Rom 7,24). Acaso diga el discreto lector que, en lugar de alabanzas, estoy escribiendo una diatriba. Pongo a Jesús por testigo, a quien ella sirvió y a quien yo deseo servir, que nada me invento en uno ni otro sentido. Soy un cristiano que digo la verdad acerca de una cristiana. Es decir, escribo historia y no un panegírico. Y, por otra parte, los vicios de ella serían en otros virtudes. Vicios, digo, según mi afecto y

hac quoque probare uelim perseuerantia, dicentis: *Sitiuit anima mea in te, quam multipliciter tibi caro mea.* Difficile est modum tenere in omnibus. Et uere iuxta philosophorum sententiam, μεσότητες ἀρεταί, ὑπερβολαὶ κακίαι reputantur, quod nos una sententiola exprimere possumus: «Ne quid nimis».

Quae in contemptu ciborum tantam habebat pertinaciam, in luctu mitis erat, et suorum mortibus frangebatur, maxime liberorum (nam et in uiri et filiarum dormitione semper periclitata est), et cum os stomachumque signaret, et matris dolorem crucis niteretur impressione lenire, superabat affectus, et credulam mentem parentis uiscera consternabant, animoque uincens, fragilitate corporis uincebatur, quod semel languor adripiens, longo tempore possidebat, ut et nobis inquietudinem, et sibi discrimen afferebat. In quo illa laetabatur, per momenta commemorans: *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Dicat prudens lector, pro laudibus me uituperationem scribere. Testor Iesum, cui illa seruiuit et ego seruire cupio, me in utraque parte nihil fingere, sed quasi christianum de christiana quae sunt uera proferre, id est: historiam scribere, non panegyricum, et illius uitia, aliorum esse uirtutes.

la soledad de todos los hermanos y hermanas, que la amamos y la echamos menos ausente.

22. A la postre, ella ha acabado su carrera, ha guardado la fe y goza ahora de la corona de justicia. Sigue al Cordero adondequiera que va. La que pasó hambre se sacia ahora y canta alegremente: *Como lo oímos, así lo hemos visto en la ciudad del Señor de los ejércitos, en la ciudad de nuestro Dios* (Ps 47,9). ¡Oh bienaventurado trueque de las cosas! Lloró para reír siempre. Despreció las cisternas horadadas, para hallar al Señor como fuente. [Se vistió de cilicio para decir ahora vestida de blancas ropas: *Has rasgado mi saco y me has vestido de alegría* (Ps 29,12). Comió el pan como ceniza y templó con lloro su bebida, diciendo: *Las lágrimas fueron mi pan día y noche* (Ps 41,4), para comer eternamente el pan de los ángeles y cantar: *Gustad y ved cuán dulce es el Señor* (Ps 33,9). Y: *Vertió mi corazón palabra buena, yo digo al rey mi canto* (Ps 44,1). Así vio cumplidas en sí misma las palabras de Isaías o, por mejor, las que el Señor habló por Isaías: *Mirad que quienes me sirven comerán, y vosotros tendréis hambre. Mirad que quienes me sirven beberán, y vosotros tendréis sed. Mirad que quienes me sirven se alegrarán, y vosotros quedaréis confundidos. Mirad que quienes me sirven saltarán de gozo, y vosotros gritaréis de dolor de vuestro corazón y aullaréis por el quebrantamiento de vuestro espíritu* (Is 65,13). He dicho que Paula huyó siempre de las cisternas horadadas para hallar por su fuente al Señor] y poder cantar alegremente: *Como la cierva brama por las fuentes de las aguas, así mi alma, Dios mío, por ti anhela.*

Vitia loquor, secundum animum meum, et omnium sororum ac fratrum desiderium, qui illam diligimus, et absentem quaerimus.

22. Ceterum illa inpleuit cursum suum, fidemque seruauit, et nunc fruitur corona iustitiae. Sequitur Agnum quocumque uadit. Saturatur quae esuriuit, et laeta decantat: *Sicut audiuimus, ita et uidimus in ciuitate Domini uirtutum, in ciuitate Dei nostri.* O beata rerum conmutatio! fleuit, ut semper rideret. Despexit lacus contritos, ut fontem Dominum repperiret, [uestita cilicio est, ut nunc albis uestimentis uteretur, et diceret: *Scidisti saccum meum, et induisti me laetitia.* Cinerem sicut panem manducauit, et potionem suam cum fletu miscebat, dicens: *Fuerunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte,* ut in aeternum angelorum pane uesceretur et caneret: *Gustate et uidete, quoniam suauis est Dominus.* Et: *Eructauit cor meum uerbum bonum: dico ego opera mea regi.* Et Isaiae, immo Domini per Isaiam in se cerneret uerba conpleri: *Ecce qui seruiunt mihi manducabunt, uos autem esurietis. Ecce qui seruiunt mihi bibent, uos autem sitietis. Ecce qui seruiunt mihi laetabuntur, uos autem confundemini. Ecce qui seruiunt mihi, exultabunt in gaudio, uos autem clamabitis ob dolorem cordis, et propter contritionem spiritus ululabitis.* Dixeram, lacus eam semper fugisse contritos, ut fontem Dominum reperiret], ut posset laeta cantare: *Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita de-*

Sedienta está mi alma del Dios fuerte, del Dios vivo: ¿Cuándo será que venga y ante la faz de Dios esté presente? (Ps 41,2-3).

23. Voy, pues, a tocar brevemente el punto de cómo evitó las encenagadas cisternas de los herejes y los tuvo en la misma cuenta que a gentiles. Cierto personaje de los que saben cuántas son cinco, y, según propia opinión, docto y sabidillo, empezó, sin saberlo yo, a hacerle preguntas como éstas: «¿En qué ha pecado un niño pequeño para que sea poseso del diablo? ¿En qué edad resucitaremos: en la misma en que morimos? Entonces, después de la resurrección, harán también falta nodrizas. ¿En edad distinta? Luego no habrá resurrección de los muertos, sino transformación en otros. ¿Habrá también diversidad de sexos—varón y hembra—o no la habrá? Si la hay, seguiránse las nupcias, la unión conyugal y la generación. Si no la hay, pues se quita la variedad de sexos, ya no serán los mismos de antes los cuerpos que resuciten: *Y es así que la morada terrena agrava al espíritu en su mucho pensar* (Sap 9,15). No, serán cuerpos sutiles y espirituales, conforme a lo que dice el Apóstol: *Se siembra un cuerpo animal, pero resucita un cuerpo espiritual* (1 Cor 15,44)». Con todo eso quería demostrar que las criaturas racionales, por razón de no sabemos qué vicios y antiguos pecados, vinieron a caer en los cuerpos y, según la diversidad y gravedad de tales pecados, son engendradas en una u otra condición. A este tenor gozarían de sanidad de cuerpos y de riquezas y nobleza de sus padres o, viniendo a parar a carnes enfermas y familias de indigentes, pagarían la pena de pasados delitos y estarían encerradas, como en una cárcel,

siderat anima mea ad te, Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem, uiuum. Quando ueniam et parebo ante faciem Dei?

23. Tangam ergo breuiter quomodo hereticorum caenosos deuitauerit lacus, et eos instar habuerit ethnicorum. Quidam ueterator callidus, atque, ut sibi uidebatur, doctus ac sciolus, me nesciente coepit ei proponere quaestiones, et dicere: «Quid peccauit infans, ut a daemone corripiatur? In qua aetate resurrecturi sumus? in ipsa qua morimur? ergo et nutricibus post resurrectionem opus erit. In altera? nequaquam erit resurrectio mortuorum, sed transformatio in alios. Diuersitas quoque sexus maris ac feminae erit, an non erit? Si erit, sequentur et nuptiae, et concubitus, et generatio. Si non erit, sublata diuersitate sexus, eadem corpora non resurgent: *Adgrauat enim terrena habitatio sensum multa curantem;* sed tenuia et spiritalia, dicente Apostolo: *Seminatur corpus animale, resurgit corpus spiritale*». Ex quibus omnibus probare cupiebat, rationales creaturas ob quaedam uitia, et antiqua peccata in corpora esse delapsas, et pro diuersitate ac meritis peccatorum tali uel tali condicione generari, ut uel corporum sanitate gauderent, et parentum diuitiis ac nobilitate, uel in morbidas carnes et domos inopum uenientes, poenas pristinorum luerent delictorum, et praesenti saeculo atque corpore quasi carceri clauderentur. Quod cum audisset, et ad me retulisset, indicans hominem, mihique incubuisset necessitas nequissimae uiperae ac mortiferae bestiae resistendi, de quibus Psalmista commemorat, dicens: *Ne tradas bestiis ani-*

en el tiempo y cuerpo presente. Paula, que oyó esto, me lo refirió a mí y me señaló el personaje, y yo no tuve otro remedio que oponerme a la víbora de malísima casta y a la bestia mortífera, de las que habla el salmista cuando dice: *No entregues a las bestias el alma que te confiesa* (Ps 73,19). Y: *Espanta, Señor, a las bestias del cañaveral* (Ps 67,31), que, por sus culpables escritos, hablan mentira contra el Señor y levantan a lo excelso su boca. Fui a verme con el hombre, y, a todos sus discursos con que intentaba engatusarme, puse esta breve conclusión: «¿Creía o no creía en la venidera resurrección de los muertos?» Respondióme que creía, y yo proseguí: «¿Resucitan los mismos cuerpos u otros?» «Los mismos», me contestó. A lo que yo pregunté: «¿Con el mismo sexo o con otro?» Calló a mi pregunta y escondía, a modo de culebra, acá y allá la cabeza para no ser herido. «Ya que tú callas—le dije—, tendré que responderme yo mismo en tu lugar y sacar las consecuencias». Si no resucita hembra ni varón, no habrá resurrección de los muertos, pues el sexo tiene miembros, y los miembros constituyen la totalidad del cuerpo. Ahora bien, si no hay sexo y miembros, ¿dónde está la resurrección de los cuerpos, que no se dan sin sexo y miembros? Luego, si no hay resurrección de los cuerpos, tampoco habrá en absoluto resurrección de los muertos. También tu otra objeción: Si los miembros son los mismos, seguirán también las nupcias, está resuelta por el Salvador cuando dice: *Erráis, por desconocer las Escrituras y el poder de Dios. En la resurrección de los muertos, ni los hombres se casarán ni las mujeres serán dadas en casamiento, sino que serán semejantes a los ángeles* (Mt 22,29s). El hecho de hablar de casamiento demuestra de suyo la diversidad

mam confitentem tibi. Et: *Increpa, Domini, bestiis calami,* qui scribentes iniquitatem, locuntur contra Dominum mendacium, et eleuant in excelsum os suum; conueni hominem, et orationibus eius quam decipere nitebatur, breui interrogatione conclusi: «Vtrum crederet futuram resurrectionem mortuorum, an non?» Qui cum se credere respondisset, intuli: «Eadem resurgunt corpora, an altera?» Cum dixisset: «eadem», sciscitatus sum: «In eodem sexu, an in altero?» Ad interrogata reticenti, et instar colubri huc atque illuc transferenti caput, ne feriretur; «quia, inquam, taces, ego mihi pro te respondebo, et consequentia inferam. Si non resurgit mulier neque masculus, non erit resurrectio mortuorum; quia sexus membra habet, membra totum corpus efficiunt. Si autem sexus et membra non fuerint, ubi erit resurrectio corporum, quae sine sexu non constat et membris?» Porro si corporum non fuerit resurrectio, nequaquam erit resurrectio mortuorum. Sed et illud quod de nuptiis obicis: Si eadem membra fuerint, sequi nuptias; a Saluatore dissoluitur: *Erratis nescientes Scripturas, neque uirtutem Dei; in resurrectione enim mortuorum, non nubent neque nubentur, sed erunt similes angelorum.* Vbi dicitur non nubent neque nubentur, sexuum diuersitas demonstratur. Nemo enim de lapide et ligno dicit, non nubent neque nubentur, quae naturam nubendi non habent; sed de his qui possint nubere, et Christi gratia ac

de sexos. Nadie, en efecto, dice de una piedra o un leño que ni se casan ni son dados en casamiento, pues su naturaleza no lleva consigo tal cosa. Eso se dice de los que pueden casarse y, por la gracia y virtud de Cristo, no se casan. Si me replicas que cómo seremos semejantes a los ángeles, cuando entre éstos no hay varón ni hembra, escucha brevemente: se nos promete no la naturaleza de los ángeles, sino su modo de ser y bienaventuranza. Por el mismo caso, Juan Bautista, antes de ser degollado, fue llamado ángel, y todos los santos y vírgenes de Dios, aun en este mundo, reproducen en sí mismos la vida de los ángeles. Y es así que, cuando se nos dice: *Seréis semejantes a los ángeles,* se nos promete una semejanza, pero no se nos trueca la naturaleza.

24. Respóndeme también: «¿Cómo interpretas que Tomás palpara las manos del Señor resucitado, y contempló su costado taladrado por la lanza? Y Pedro vio al Señor de pie a la orilla del lago y que comió luego de un panal de miel y un pedazo de pez asado. El que estaba de pie, claro está que tenía pies. El que mostró su costado herido, tuvo también, sin género de duda, vientre y pecho, a los que está forzosamente pegado el costado. El que habló, con lengua, paladar y dientes tuvo que hablar, pues la lengua, como un plectro del corazón, percute los dientes y emite la voz articulada. Si fueron palpadas sus manos, luego tuvo también brazos. En resolución, como se diga que el Señor tuvo todos sus miembros, fuerza es que tuviera todo el cuerpo, que se compone de miembros. Y cuerpo no ciertamente femenino, sino de varón, es decir, del mismo sexo en que murió.

Objetarás «¿Luego también nosotros comeremos después de la

uirtute non nubant. Quod si opposueris, quomodo ergo erimus similes angelorum, cum inter angelos non sit masculus et femina? Breuiter ausculta: Non substantiam nobis angelorum, sed conuersationem, et beatitudinem repromittit. Quomodo et Iohannes Baptista antequam decollaretur, angelus appellatus est; et omnes sancti ac uirgines Dei, etiam in isto saeculo uitam in se exprimunt angelorum. Quando enim dicitur: *Eritis similes angelorum,* similitudo promittitur, non natura mutatur.

24. Simulque responde: «quomodo illud interpreteris, quod Thomas Domini resurgentis palpauerit manus, et uiderit lancea latus eius ulneratum? Et Petrus in litore stantem conspexerit Dominum, et fauum mellis ac partem assi pisci comedentem? Qui stabat, profecto habebat pedes. Qui monstrauit latus uulneratum, utique et uentrem et pectus habuit, sine quibus non sunt latera uentri et pectori cohaerentia. Qui locutus est, lingua et palato ac dentibus loquebatur, sicut enim plectrum cordis, ita lingua inliditur dentibus, et uocalem reddit sonum. Cuius palpatae sunt manus, consequenter et brachia habuit. Cum igitur omnia membra habuisse dicatur, necesse est, ut totum corpus habuerit, quod conficitur ex membris: non utique femineum, sed uirile, id est, eiusdem sexus in quo mortuum est.

Quod si obtenderis: ergo et nos post resurrectionem comedemus? Et

resurrección? ¿Y cómo es que el Señor entró en el cenáculo a puertas cerradas contra la naturaleza de los cuerpos espesos y sólidos?» Escucha: No trates de desacreditar la fe en la resurrección por cuestión de comida. A la hija del presidente de la sinagoga, que el Señor resucitó, mandó que le dieran de comer. Y de Lázaro, muerto de cuatro días, se escribe que asistió con Jesús a un banquete. La resurrección de estos dos muertos no tenía que reputarse una fantasmagoría. En cuanto a entrar a puertas cerradas, hecho en que te fundas para demostrar que tenía el Señor un cuerpo etéreo y espiritual, habrá que concluir que también antes de su pasión tuvo cuerpo espiritual, puesto que, contra la naturaleza de los cuerpos más pesados que el agua, anduvo sobre el mar. Y por el mismo caso habrá que creer que el apóstol Pedro, pues también caminó con paso vacilante sobre las aguas, tuvo cuerpo espiritual. Pero no. El poder y virtud de Dios campea más cuando sucede algo contra la naturaleza. Y para que te des cuenta de que, en los grandes milagros, se pone de manifiesto la omnipotencia de Dios, pero no se cambia la naturaleza, Pedro, que caminaba por la fe sobre las aguas, empezó a hundirse apenas le faltó la fe, y menos mal que el Señor le tendió la mano a par que le decía: *¿Por qué has dudado, hombre de poca fe?* (Mt 14,31). Yo me maravillo de que endurezcas tu frente, cuando el Señor dice: *Trae aquí tu dedo, y toca mis manos, y alarga tu mano y métela en mi costado, y no seas incrédulo, sino fiel* (Io 20,27). Y en otro lugar: *Mirad mis manos y pies, que soy yo mismo. Palpad y mirad, que un espíritu no tiene carne y huesos, como estáis viendo que yo tengo. Y habiendo dicho esto, les mostró sus manos y pies*

quomodo clausis ingressus est ianuis, contra naturam pinguium et solidorum corporum? Audies: Noli propter cibum resurrectionis fidem in calumniam trahere. Nam et archisynagogi filiae resuscitatae iussit cibum dari. Et Lazarus quatriduanus mortuus, cum ipso scribitur inisse conuiuium, ne resurrectio eorum phantasma putaretur. Sin autem clausis ingressus est ianuis, et idcirco spiritale et aetherium corporis niteris adprobare, ergo et antequam pateretur, quia contra naturam grauiorum corporum super mare ambulauit, spiritale corpus habuit. Et Apostolus Petrus, quia et ipse super aquas pendulo incessit gradu, spiritale corpus habuisse credendus est, cum potentia magis et uirtus ostendatur Dei, quando fit aliquid contra naturam. Et ut scias in signorum magnitudine, non naturae mutationem, sed Dei omnipotentiam demonstrari: qui ambulabat fide, coepit infidelitate mergi, nisi eum manus Domini subleuasset, dicentis: *Quare dubitasti, modicae fidei?* Miror autem te obdurare frontem loquente Domino: *Infer digitum tuum huc, et tange manus meas, et noli esse incredulus, sed fidelis.* Et alibi: *Videte manus meas et pedes, quia ipse ego sum. Palpate et uidete, quia spiritus carnem et ossa non habet, sicut me habentem uidetis. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et*

(Lc 24,39-40). Estás oyendo hablar de carne, pies y manos, y tú te me forjas globos de los estoicos y no sé qué delirios aéreos.

25. Preguntas, además, por qué un niño pequeño es poseído del demonio, a pesar de no haber pecado personalmente, y en qué edad resucitaremos, puesto caso que morimos a edades diferentes. En cuanto a lo primero, escucha mal tu grado: *Son los juicios de Dios profundo abismo* (Ps 35,7). Y: *¡Oh profundidad de riquezas de la sabiduría y ciencia de Dios! ¡Cuán inescrutables son sus juicios e inapeables sus caminos! Pues ¿quién ha conocido la mente del Señor? O ¿quién ha sido consejero suyo?* (Rom 11, 33s). En cuanto a la diversidad de edades, ésta no cambia la realidad de los cuerpos. Nuestros cuerpos fluyen diariamente, crecen y decrecen; ¿luego seremos tantos hombres cuantos cambios sufrimos a diario? ¿Era yo uno cuando tenía diez años, otro de treinta, otro de cincuenta, otro ahora que tengo toda la cabeza cubierta de canas? En conclusión, de acuerdo con la tradición de las iglesias y con el apóstol Pablo, hay que responder que resucitaremos *como varones perfectos, a la medida de la edad plena de Cristo* (Eph 4,13), la misma en que los judíos creen haber sido creado Adán y leemos nosotros haber resucitado el Señor. Y así por el estilo aduje otros muchos pasajes de uno y otro Testamento, a fin de tapar la boca al hereje. A partir de aquel día, Paula empezó a detestar a aquel hombre y a cuantos profesaban la misma doctrina, y públicamente proclamaba que eran enemigos del Señor. Por mi parte, he dicho todo esto no para refutar someramente una herejía a la que habría que responder con muchos volúmenes, sino para dar una muestra de la fe de tan excelsa mujer, que prefirió

pedes. Ossa audis et carnem, pedes et manus; et globos mihi Stoicorum, atque aeria quaedam deliramenta confingis!

25. Porro infans quaeris cur a daemone corripiatur, qui peccata sua non habuit, aut in qua aetate resurrecturi sumus, cum diuersa aetate moriamur. Ingratis suscipies: *Iudicia Dei abyssus multa.* Et: *O profundum diuitiarum sapientiae et scientiae Dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, et inuestigabiles uiae eius! Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit?* Aetatum autem diuersitas non mutat corporum ueritatem. Cum enim corpora nostra cotidie fluant, et aut crescant, aut decrescant, ergo tot erimus homines, quot cotidie conmutamur? aut alius fui, cum decem annorum essem, alius cum triginta, alius cum quinquaginta, alius quia iam toto cano capite sum? Igitur iuxta ecclesiarum traditiones et apostolum Paulum, illud est respondendum: quod *in uirum perfectum, et in mensuram aetatis plenitudinis Christi* resurrecturi sumus, in qua et Adam conditum Iudaei autumant, et Dominum Saluatorem legimus surrexisse, et multa alia, quae de utroque Testamento in suffocationem heretici protuli. Ex quo die ita coepit hominem detestari, et omnes qui eiusdem dogmatis erant, ut eos uoce publica hostes Domini proclamaret. Et haec dixi, non ut breuiter heresim confutarem, cui multis uoluminibus respondendum est, sed ut fidem tantae feminae ostenderem, quae

atraerse la perpetua enemiga de los hombres antes que ofender a Dios con culpables amistades.

26. Tomemos el hilo donde lo habíamos dejado: No había natural más dócil que el suyo. Era tarda para hablar y pronta para escuchar, pues se acordaba del precepto: *Oye, Israel, y calla* (Deut 27,9 *iuxta LXX)*. Se sabía las Escrituras de memoria y, aunque amaba la historia o sentido literal y éste decía ser el fundamento de la verdad, seguía con más gusto el sentido espiritual, y con esta techumbre protegía el edificio de su alma. Finalmente, me impuso la tarea de leer con ella y su hija el Antiguo y Nuevo Testamento, que yo tendría que ir comentando. Me negué por vergüenza; pero, ante su importunidad y reiteradas súplicas, hube de acceder y explicar lo que yo había aprendido no de mí mismo, es decir, de la presunción, maestra pésima, sino de ilustres varones de la Iglesia. Si alguna vez vacilaba y confesaba ingenuamente mi ignorancia, en manera alguna se aquietaba, sino que, a fuerza de preguntas, me obligaba a indicarle, de entre varias sentencias aceptables, la que a mí me pareciera más probable. Otra cosa voy a decir que acaso a los émulos les parezca increíble: La lengua hebrea, que yo con mucho trabajo y sudor aprendí en parte desde mi mocedad y que no dejo de meditar infatigablemente por miedo de que me deje ella a mí, la quiso aprender Paula, y hasta tal punto lo logró, que cantaba los salmos en hebreo y lo hablaba sin resabio alguno de latinismo.

Esto mismo vemos hasta el día de hoy en su santa hija Eustoquia, que estuvo siempre tan pegada a su madre y obedeció tan

maluit inimicitias hominum subire perpetuas, quam Dei offensam amicitiis noxiis prouocare.

26. Dicam ergo ut coeperam, nihil ingenio eius docilius fuit. Tarda erat ad loquendum, uelox ad audiendum: memor illius praecepti: *Audi Israhel, et tace.* Scripturas tenebat memoriter; et cum amaret historiam, et illud ueritatis diceret fundamentum, magis sequebatur intellegentiam spiritalem, et hoc culmine aedificationem animae protegebat. Denique conpulit me ut et uetus et nouum Instrumentum cum filia, me disserente, perlegeret. Quod propter uerecundiam negans, propter adsiduitatem tamen et crebras postulationes eius praestiti, ut docerem quod didiceram, non a memetipso, id est a praesumptionis pessimo praeceptore, sed ab inlustribus Ecclesiae uiris. Sicubi haesitabam, et nescire me ingenue confitebar, nequaquam mihi uolebat adquiescere; sed iugi interrogatione cogebat, ut e multis ualidisque sententiis, quae mihi uideretur probabilior, indicarem. Loquar et aliud, quod forsitan aemulis uideatur incredulum: Hebraeam linguam, quam ego ab adulescentia multo labore ac sudore ex parte didici, et infatigabili meditatione non desero ne ipse ab ea deserar, discere uoluit, et consecuta est ita ut Psalmos hebraice caneret, et sermonem absque ulla latinae linguae proprietate resonaret.

Quod quidem usque hodie in sancta filia eius Eustochio cernimus, quae ita semper adhaesit matri, et eius oboediuit imperiis, ut numquam

puntualmente a sus mandatos, que jamás se acostó sin ella, nunca sin ella salió de casa o tomó un bocado de comida ni tuvo una sola blanca en su poder. Alegrábase más bien de que la bonita hacienda paterna y materna fuera distribuida por su madre entre los pobres. Ella tenía por su mayor herencia y riquezas la piedad para con su madre. No he de pasar en silencio el gozo y júbilo que tuvo al saber que su nieta Paula, nacida de Leta y Toxocio o, por mejor decir, concebida por voto y promesa de la futura virginidad, cantaba en la misma cuna y entre los chupetes, con lengua balbuciente, el aleluya. Y chapurreaba a medias los nombres de su abuela y tía. El único motivo por que echó de menos su patria fue por saber que su hijo, su nuera y nieta renunciaban al siglo y servían a Cristo. Lo que en parte consiguió. Y es así que su nieta se destina al velo de Cristo, y su nuera, consagrada a perpetua castidad, sigue en la fe y limosnas las pisadas de su suegra y se esfuerza por reproducir en Roma lo que aquélla llevó a cabo en Jerusalén.

27. Mas ¿qué hacemos, alma mía? ¿Por qué tienes miedo de llegar al trance de su muerte? El libro se va dilatando tiempo ha prolijamente, por temor de venir al punto extremo, como si, por callar nosotros y detenernos en sus alabanzas, pudiéramos diferir su tránsito. Hasta aquí hemos navegado con próspero viento, y la barquilla ha surcado, deslizándose blandamente, las llanuras apenas rizadas del mar. Mas ahora nuestro discurso pasa por entre arrecifes, las olas se encrespan como montes, amenazan sufrir naufragio los dos monasterios y nos vemos forzados a gritar: *Maestro, sálvanos, que perecemos* (Lc 8,24). Y lo del salmo: *Le-*

absque ea cubaret, numquam procederet, numquam cibum caperet, ne unum quidem nummum haberet potestatis suae, sed et paternam et maternam substantiolam a matre distribui pauperibus laetaretur, et pietatem in parentem, hereditatem maximam et diuitias crederet. Non debeo silentio praeterire quanto exultauerit gaudio, quod Paulam neptem suam Laeta et Toxotio generatam, immo uoto et futurae uirginitatis repromissione conceptam, audierit in cunis et crepitaculis balbutiente lingua, alleluia cantare, auiaeque et amitae nomina dimidiatis uerbis frangere. In hoc solo patriae desiderium habuit, ut filium, nurum, neptem, renuntiare saeculo, Christo seruire cognosceret. Quod inpetrauit ex parte. Nam neptis Christi flammeo reseruatur, nurus aeternae se tradens pudicitiae, socrus opera fide et elemosynis sequitur, et Romae conatur exprimere quod Hierosolymis illa conpleuit.

27. Quid agimus, anima? cur ad mortem eius uenire formidas? Iamdudum prolixior liber cuditur, dum timemus ad ultima peruenire, quasi tacentibus nobis, et in laudibus illius occupatis, differri possit occubitus. Hucusque prosperis nauigauimus uentis, et crispantia maris aequora labens carina sulcauit. Nunc in scopulos incurrit oratio, et tumentibus fluctuum montibus, praesens utriusque monasterii intentatur naufragium, ita ut cogamur dicere: *Praeceptor, saluos nos fac, perimus,*

víntate, ¿por qué duermes, Señor? (Ps 43,23). Porque ¿quién podrá con ojos enjutos contar la muerte de Paula? Cayó en gravísima enfermedad o, por mejor decir, halló lo que deseaba, que era dejarnos a nosotros y unirse más íntimamente con el Señor. En esta enfermedad, la siempre probada piedad de su hija Eustoquia para con su madre pudo ser aún más comprobada por todo el mundo. Ella la asistía junto al lecho, le daba del abanico, le sostenía la cabeza, le ponía debajo la almohada, le frotaba los pies con la mano, le calentaba el vientre, le mullía el colchón, le preparaba agua caliente, le traía la toalla, le acercaba el vaso de noche, se adelantaba, en fin, a todos los servicios de una criada. Lo que otra cualquiera hiciese, lo tenía ella por cosa que se quitaba a su galardón. ¡Con qué súplicas, con qué lamentos y gemidos iba y venía a la continua del lecho de su madre a la cueva del Señor, rogándole no la privara de tan poderosa compañía, no la dejara en vida sin ella, y las dos fueran llevadas en el mismo ataúd! Pero ¡oh quebradiza y caduca naturaleza de los mortales! Si la fe de Cristo no nos levantara hasta el cielo y no se nos prometiera la eternidad del alma, nuestra condición sería la misma que la de los animales y bestias de carga. Lo mismo muere el justo y el impío, el bueno y el malo, el limpio y el sucio, el que ofrece sacrificios y el que no. La misma suerte corre por el bueno que por el que peca. El que jura lo mismo que el que teme el juramento. Por modo igual se reducen a pavesas y ceniza hombres que animales.

28. Mas ¿a qué me detengo tanto tiempo y, con la dilación en otros puntos, prolongo más y más mi propio dolor? La mujer prudentísima se daba cuenta de que la muerte estaba cerca. Fríos

et illud: *Exsurge, ut quid dormis, Domine?* Quis enim possit siccis oculis Paulam narrare morientem? Incidit in grauissimam ualitudinem, immo quod optabat, inuenit, ut nos desereret, et Domino plenius iungeretur. In quo languore, Eustochii filiae probata semper in matrem pietas, magis ab omnibus conprobata est. Ipsa adsidere lectulo, flabellum tenere, sustentare caput, puluillum supponere, fricare pedes manu, stomachum confouere, mollia strata conponere, aquam calidam temperare, mappulam apponere, omnium ancillarum praeuenire officia, quidquid alia fecisset, de sua mercede putare subtractum. Quibus illa precibus, quibus lamentis et gemitu, inter iacentem matrem et specum Domini discurrere, ne priuaretur tanto contubernio, ne illa absente uiueret, ut eodem feretro portaretur! Sed, o mortalium fragilis et caduca natura, et nisi Christi fides nos extollat ad caelum, et aeternitas animae promittatur, cum bestiis ac iumentis corporum una condicio. Est idem occubitus iusto et inpio, bono et malo, mundo et inmundo, sacrificanti et non sacrificanti. Sicut bonus, ita et qui peccat. Sicut qui iurat, ita et is qui iuramentum metuit. Similiter et homines et iumenta in fauillam et cinerem dissoluuntur.

28. Quid diu differo, et dolorem meum in aliis inmorando facio longiorem? Sentiebat prudentissima feminarum adesse mortem, et frigente alia parte corporis atque membrorum, solum animae teporem in sancto et

estaban ya los otros miembros de su cuerpo. Sólo en su santo y sagrado pecho palpitaba aún algún calor del alma, y, sin embargo, como si marchara a los suyos y dejara a los extraños, susurraba aquellos versículos: *Señor, he amado la hermosura de tu casa y el lugar en que mora tu gloria* (Ps 25,8). Y: *¡Qué amables son tus tabernáculos, Señor de las virtudes! Mi alma de deseo desfallece por los atrios del Señor* (Ps 83,2-3). Y: *Más quiero ser despreciada en la casa de mi Dios que habitar en las tiendas de los pecadores* (Ps 83,11). Como yo le preguntara por qué callaba, por qué no quería responder a mis gritos, y si le dolía algo, me respondió en griego que no sentía molestia alguna, y todo estaba a sus ojos quieto y tranquilo. Después de esto, enmudeció, cerró los ojos como si ya no quisiera ver nada humano y, hasta que exhaló su ánima, seguía repitiendo los mismos versículos, pero apenas si yo la oía ya lo que decía. Se apretó el dedo sobre la boca y trazó el signo de la cruz en los labios. Faltábale ya el hálito y sufría jadeo de muerte; y el alma, que estaba impaciente por salir del cuerpo, convertía en alabanza de Dios el estertor mismo con que los mortales finen su vida.

Estaban presentes los obispos de Jerusalén y de otras ciudades y muchedumbre incontable de sacerdotes de grado inferior y levitas o diáconos. Coros de vírgenes y monjes habían llenado todo el monasterio. El esposo la llamaba: *Levántate, ven, amiga mía, hermosa mía, paloma mía, porque ya ha pasado el invierno, ya se ha ido la lluvia* (Cant 2,10s). Y apenas lo oyó ella, le respondió alegremente: *Flores se han visto en la tierra, venido es el tiempo de cortarlas* (Cant 2,12). Y: *Creo ver ya los bienes del Señor en la tierra de los vivos* (Ps 25,13).

sacro pectore palpitare, et nihilominus quasi ad suos pergeret, alienosque desereret, illos uersiculos susurrabat: *Domine, dilexi decorem domus tuae et locum habitationis gloriae tuae;* et: *Quam dilecta tabernacula tua, Domine uirtutum, concupiscit et deficit anima mea in atria Domini;* et: *Elegi abiecta esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Cumque a me interrogaretur cur taceret, cur nollet respondere inclamanti, an doleret aliquid, Graeco sermone respondit, nihil se habere molestiae, sed omnia quieta et tranquilla perspicere. Post haec obmutuit, et clausis oculis quasi iam humana despiceret, usque ad expirationem animae, eosdem repetebat uersiculos, uix ut audirem quod dicebat; digitumque ad os tenens, crucis signum pingebat in labiis. Defecerat spiritus, et anhelabat in mortem; animaque erumpere gestiens, ipsum stridorem, quo mortalium uita finitur, in laudes Domini conuertebat.

Aderant Hierosolymorum et aliarum urbium episcopi, et sacerdotum inferioris gradus, ac leuitarum innumerabilis multitudo. Omne monasterium uirginum et monachorum chori repleuerant. Statimque ut audiuit sponsum uocantem: *Surge, ueni, proxima mea, speciosa mea, columba mea, quoniam ecce hiemps pertransiuit, pluuia abiit sibi,* laeta respondit: *Flores uisi sunt in terra, tempus sectionis aduenit,* et: *Credo uidere bona Domini in terra uiuentium.*

29. Una vez muerta, no se oyó aullido ni plañido alguno, como es uso y costumbre en las gentes del siglo, sino que enjambres de monjes entonaban salmos en diversas lenguas. Fue trasladada por manos de los obispos que llevaban a hombros sus andas, mientras otros iban delante con antorchas y velas y otros dirigían los coros de los salmodiantes, hasta depositarla en la iglesia de la cueva del Salvador. A su sepelio acudió toda la muchedumbre de las ciudades de Palestina. ¿Qué monje de los que se esconden por el desierto se quedó entonces en su celdilla? ¿Qué virgen no salió del cobijo de su secreto aposento? Por sacrilegio se hubiera tenido no rendir el postrer acatamiento a tal mujer. Las viudas y pobres, como en el caso de Dorcas (Act 9,39), mostraban los vestidos que ella les había dado. Toda la caterva de indigentes decían a gritos haber perdido a su madre y nodriza. Y, lo que no deja de ser maravilloso, la palidez no desfiguraba en nada su rostro; había más bien una dignidad y gravedad que lo llenaba de forma que cualquiera pensara estar dormida y no muerta. Resonaban por orden los salmos en lengua griega, latina y siríaca, no sólo durante el triduo, al fin del cual fue enterrada bajo la iglesia y junto a la cueva del Señor, sino durante toda la semana, como quiera que cuantos venían tenían por suyo aquel duelo, y aquellas lágrimas por propias. Su hija, la venerable virgen Eustoquia, como si la hubieran destetado de su madre, no podía apartarse de su cuerpo: le besaba los ojos, se pegaba a su rostro, la abrazaba toda y pedía la enterraran con ella.

30. Testigo es Jesús de que no dejó ni una blanca a su hija, sino, como antes he dicho, grandes deudas y, lo que es aún más

29. Exhinc non ululatus planctus, ut inter saeculi homines fieri solet, sed psalmi monachorum diuersis linguis examina concrepabant. Translataque episcoporum manibus, et ceruicem feretro subicientibus, cum alii pontifices lampadas cereosque praeferrent, alii choros psallentium ducerent, in media ecclesia speluncae Saluatoris est posita. Tota ad funus eius Palaestinarum urbium turba conuenit. Quem monachorum latentium in heremo cellula sua tenuit? Quam uirginum cubiculorum secreta texerunt? Sacrilegium putabat, qui non tali feminae ultimum reddidisset officium. Viduae et pauperes in exemplum Dorcadis, uestes ab ea praebitas ostendebant. Omnis inopum multitudo matrem et nutriciam se perdidisse clamabant. Quodque mirum sit, nihil pallor mutarat in facie, sed ita dignitas quaedam et grauitas ora conpleuerat, ut eam putares non mortuam, sed dormientem. Graeco, Latino, Syroque sermone psalmi in ordine personabant, non solum triduo, et donec subter ecclesiam et iuxta specum Domini conderetur, sed per omnem ebdomadem, cunctis qui uenerant, suum funus et proprias credentibus lacrymas. Venerabilis uirgo filia eius Eustochium, quasi ablactata super matrem suam, abstrahi a parente non poterat: deosculari oculos, haerere uultui, totum corpus amplexari, et se cum matre uelle sepeliri.

30. Testis est Iesus, ne unum quidem nummum ab ea filiae derelictum, sed, ut ante iam dixi, derelictum magnum aes alienum; et, quod

duro, una gran muchedumbre de hermanos y hermanas, a los que es muy arduo sustentar y fuera impiedad abandonar. ¿Qué cosa más de admirar que pareja virtud? Una mujer de nobilísima alcurnia, opulenta en otro tiempo, lo dio todo con tanta fe que vino a parar casi a la última indigencia. Blasonen otros de riquezas, de las cantidades que se recogen en los cepos de Dios, de los exvotos que cuelgan de candelabros de oro. Nadie dio más a los pobres que la que nada se quedó para sí misma. Ahora ella goza de aquellas riquezas y bienes que *ni ojo vio, ni oído oyó, ni corazón de hombre barruntó* (1 Cor 2,9). Nosotros nos dolemos de nuestra suerte; pero daríamos la impresión de envidiar más bien su gloria, si quisiéramos llorar por más tiempo a la que está ya reinando.

31. Segura puedes estar, Eustoquia, de que posees la riqueza de una gran herencia. Tu parte es el Señor, y, por que tu gozo sea más cumplido, tu madre ha recibido la corona de un largo martirio. No sólo el derramar la sangre se reputa confesión de la fe; la servidumbre sin mácula de un alma consagrada a Dios es también martirio. Aquélla es corona que se teje de rosas y violetas; ésta, de azucenas. De ahí que se escriba en el Cantar de los cantares: *Mi primo es blanco y rubicundo* (Cant 5,10), que en la paz y en la guerra da el mismo galardón a los que vencen. Tu madre, digo, oyó como Abrahán: *Sal de tu tierra y de tu parentela y marcha a la tierra que yo te mostraré* (Gen 12,1), y al Señor que manda por Jeremías: *Huid de en medio de Babilonia y salvad vuestras almas* (Ier 48,6; Is 48,20). Y hasta el día de su muerte no volvió a la Caldea ni echó menos las ollas de Egipto ni las carnes substanciosas. No; acompañada de coros de vírgenes, se

his difficilius est, fratrum et sororum inmensam multitudinem, quos et sustentare arduum, et abicere impium est. Quid hac uirtute mirabilius, feminam nobilissimae familiae, magnis quondam opibus, tanta fide omnia delargitam, ut ad egestatem paene ultimam perueniret? Iactent alii pecunias, in corban Dei aera congesta, funalibusque aureis dona pendentia. Nemo plus dedit pauperibus, quam quae sibi nihil reliquit. Nunc illa diuitiis fruitur, et his bonis, *quae nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt.* Nos nostram uicem dolemus, et inuidere potius gloriae eius uidebimur, si uoluerimus diutius flere regnantem.

31. Secura esto, Eustochium, magna hereditate ditata es. Pars tua Dominus, et quo magis gaudeas, mater tua longo martyrio coronata est. Non solum effusio sanguinis in confessione reputatur, sed deuotae quoque mentis seruitus inmaculata cotidianum martyrium est. Illa corona de rosis et uiolis plectitur, ista de liliis. Vnde et in Cantico scribitur Canticorum: *Fratuelis meus candidus et rubicundus* et in pace, et in bello eadem praemia uincentibus tribuens. Mater, inquam, tua audiuit cum Abraham: *Exi de terra tua et de cognatione tua, et ueni in terram quam ostendam tibi.* Et per Ieremiam Dominum praecipientem: *Fugite de medio Babylonis, et saluate animas uestras.* Et usque ad diem mortis suae non est reuersa Chaldaeam; nec ollas Aegypti, et iurulentias carnium desiderauit, sed

hizo conciudadana del Salvador y, subiendo de la minúscula Belén a los reinos celestes, le dice a la verdadera Noemí: *Tu pueblo es mi pueblo y tu Dios es mi Dios* (Ruth 1,16).

32. Para ti he dictado este libro en dos breves trasnochadas, oprimido del mismo dolor que tú sientes. Y es así que cuantas veces quise aguzar mi estilo para cincelar la obra prometida, otras tantas se me quedaron rígidos los dedos, se me cayó la mano y se me embotó el espíritu. Por eso, mi discurso desaliñado da testimonio del deseo del escritor, pero carece de toda elegancia y gracia del decir.

33. Adiós, Paula, y ayuda con tus oraciones la postrera vejez del que te ha rendido siempre culto. Tu fe y tus obras te unen con Cristo, y en su presencia alcanzarás más fácilmente lo que pidieres. «Yo te he levantado un monumento más perenne que el bronce» (HORAT., *Carm. II* 30,1), que ninguna vetustad logrará destruir. Sobre tu sepulcro he hecho grabar un epitafio, que añado también a este volumen, a fin de que, adondequiera llegare mi palabra, sepa el lector que tú has sido por mí loada y que estás sepultada en Belén.

Inscripción del sepulcro:

Yace en este sepulcro una matrona,
del claro Scipión derecha rama,
de Gracos y de Emilios descendiente,
también de Agamenón ilustre sangre;
Paula se llama, santa, y madre digna
de Eustoquio, pura virgen, y otro tiempo,
principal y primera en la gran Roma.
Siguió después en Cristo la pobreza,
y en Bethleem la pequeña hizo morada.

choris comitata uirgineis, ciuis est Saluatoris effecta, et de paruula Bethlem caelestia regna conscendens, dicit ad ueram Noemi: *Populus tuus, populus meus, et Deus tuus, Deus meus.*

32. Hunc tibi ad duas lucubratiunculas, eodem quem tu sustines dolore, dictaui. Nam quotienscumque stilum figere uolui et opus exarare promissum, totiens obriguerunt digiti, cecidit manus, sensus elanguit. Vnde et inculta oratio uotum scribentis absque ulla elegantia et uerborum lepore testatur.

33. Vale, Paula, et cultoris tui ultimam senectutem orationibus iuua. Fides et opera tua Christo te sociant, praesens facilius quod postulas, inpetrabis. «Exegi monumentum aere perennius», quod nulla destruere possit uetustas. Incidi elogium sepulcro tuo, quod huic uolumini subdidi, ut quocumque noster sermo peruenerit, te laudatam, te in Bethleem conditam lector agnoscat.

Titulus sepulchri:

«Scipio quam genuit, Pauli fudere parentes,
Gracchorum suboles, Agamemnonis inclita proles
hoc iacet in tumulo; Paulam dixere priores.
Eustochii genetrix, Romani prima Senatus
pauperiem Christi, et Bethlemitica rura secuta est».

Y en la puerta de la cueva:

¿Ves el sepulcro humilde en esta peña
cavado? Dentro está de Paula el cuerpo,
y el alma goza celestiales bienes.
Dejó padres y patria, hermanos, hijos,
y aquí en la cueva de Bethleem reposa,
donde de Cristo está el pesebre humilde
y Magos dieron dones a Dios y hombre.

(Versión del P. Sigüenza.)

34. Murió la santa y bienaventurada Paula siete días antes de las calendas de febrero, martes, puesto el sol. Fue sepultada a cinco días antes de las calendas del dicho mes, siendo cónsules Honorio Augusto, la sexta vez, y Aristenio. Vivió en Roma después de muerto su marido Toxocio, como viuda apostólica y como religiosa y santa, cinco años; en Bethleem veinte, y fueron todos los de su vida cincuenta y seis, ocho meses y veinte y un días» (versión del P. Sigüenza).

109 A RIPARIO PRESBÍTERO

Vigilancio ocupa cierto espacio en la vida de San Jerónimo, pero no es adversario de talla, y su aniquilamiento fue fácil (todo adversario suyo, viene a decir el grave Tillemont, estaba destinado al aniquilamiento). La primera mención, y bien sorprendente por cierto, la hallamos en la epístola 58,11, donde se lo califica de *sanctum Vigilantium presbyterum.* En aquella ocasión, por el año 395, enviado por Paulino de Nola, Vigilancio había sido huésped del monasterio jeronimiano de Belén. Mal le pagó la hospitalidad tan férvidamente ofrecida. Vuelto a Occidente, Vigilancio recordó las antiguas—y aun actuales—connivencias de Jerónimo con Orígenes, a quien seguía leyendo. Esta lectura de Orígenes fue tema de conversación en Belén; pero Vigilancio no hubo de quedar muy satisfecho de las explicaciones de Jerónimo, lo que indica que hubo de ser bastante cerrado de mollera. En la epístola 61 le

Et in foribus speluncae:

Despicis angustum praecisa rupe sepulchrum?
Hospitium Paulae est, caelestia regna tenentis.
Fratrem, cognatos, Romam patriamque relinquens,
diuitias, subolem, Bethlemitico conditur antro.
Hic praesepe tuum, Christe, atque hic mystica Magi
munera portantes, hominique, Deoque dedere».

34. Dormiuit sancta et beata Paula, septimo Kalendas Februarias, tertia sabbati, post solis occubitum. Sepulta est quinto Kalendarum earundem, Honorio Augusto sexies et Aristaeneto consulibus. Vixit in sancto proposito Romae annis quinque, Bethleem annis uiginti. Omne uitae tempus inpleuit annis quinquaginta sex, mensibus octo, diebus uiginti uno.

responde más cumplidamente: Leer a Orígenes, como a Apolinar, no supone condenar ni tampoco tragarse sin más, a carga cerrada, todo lo que escribieron estos autores, cuyos libros *in quibusdam* («en ciertos puntos») no aprueba la Iglesia. Vigilancio hubo de propasarse, para su mal, a llamar hereje a Jerónimo, lo que era herirle en las entretelas del corazón o punzarle en la niña de los ojos. Pasan unos años. Vigilancio propala unas doctrinas derechamente opuestas al movimiento ascético, cuya cabeza más relevante era, sin duda, San Jerónimo, y siembra la confusión entre los fieles y hasta inquieta a algún celoso presbítero. Así este Ripario, «prêtre toulousain», según Labourt; «ein spanischer Priester», según Schade *(Hier. Ausgew. Schriften* 3 I p.295); «presbítero de Tarragona» por más señas, según el P. Prado, escribe el año 404 una carta a San Jerónimo denunciándole los errores de Vigilancio. Buena ocasión para vapulear al ingrato que pagó la hospitalidad y el primer sabor de la amistad con burdas especies sobre la ortodoxia no menos que de un Jerónimo. Los errores que Ripario denuncia se refieren al culto de los mártires. Los que veneran sus reliquias son cinerarios e idólatras, «pues dan culto a huesos de hombres muertos». Las velas que se encienden ante sus tumbas son signos de idolatría. Vigilancio, bien contra su nombre, execraba las vigilias. Nada más saca en limpio Jerónimo de la carta de Ripario, y, al no disponer de los escritos del hereje, se ve forzado a azotar el aire. Así le pide, si desea una refutación a fondo, le mande «las niñerías y tontadas» de Vigilancio, y, como Juan Bautista, él aplicará la segur a la raíz. Ripario cumplió el encargo de Jerónimo y, por mano de Sisinio, mandó a Belén los libros o algún libro del infortunado Vigilancio. Este Sisinio, monje también, era hijo del santo obispo de Toulouse, Exuperio, que tendremos ocasión de conocer en carta posterior de San Jerónimo. Su padre, gran limosnero, le encargó llevar auxilios a los monjes de Palestina y Egipto. Pero el hermano Sisinio tenía prisa por marchar a Egipto; los monjes de Libia pasaban hambre, los monasterios de Egipto sufrían necesidad, la crecida del Nilo había sido aquel año insuficiente. «Quererlo retener por más tiempo hubiera sido casi una ofensa contra el Señor» *(Epist.* 119,1). Así, el año 406, a vuela pluma, dictó San Jerónimo la refutación más cabal de las niñerías e inepcias del hereje en el tratado que lleva el título de *Adversus Vigilantium:* PL 23,351. El tratado no excede la extensión de algunas cartas; pero, sin duda, excede en violencia a las más violentas. He aquí alguna muestra: Los santos hermanos Ripario y Desiderio le han mandado, por mano del monje Sisinio, los libros que Vigilancio *inter crapulam stertens euomit.* Llamarle monstruo de las Galias y cambiarle el nombre de Vigilancio por Dormitancio parece casi una inocentada. Su padre fue un tabernero

de Calagurris, y Vigilancio sabe también mezclar el agua con el vino. Es hombre de cabeza poco firme y que habría que atar con cadenas de Hipócrates. Es un ignorante y no tiene ni ciencia ni estilo. Enseña el error y no es capaz de defender la verdad. Y así, por el estilo, otras lindezas que se van esparciendo por todo el breve tratado. En éste aparecen nuevos puntos de la doctrina de Vigilancio: la continencia (en el sentido general de ascesis) es una herejía; la castidad, semillero de deshonestidades. Lo grave es (*proh nefas*, exclama San Jerónimo) que, en este punto de la castidad, estaba Vigilancio secundado por obispos «que no ordenan a diáconos si antes no se casan». El aleluya no se ha de cantar fuera de Pascua; mientras vivimos, podemos orar unos por otros; después de la muerte, Dios no oye la oración de nadie, como que los propios mártires que pedían la venganza de su sangre, no la lograron.

Después de la epístola a Ripario y del furibundo mazazo del tratado que sería ávidamente devorado a una y otra vertiente de los Pirineos, Vigilancio no hubo de levantar cabeza y murió presbítero de la «parrochia» de Barcelona, «quae in Hispania est», nota Erasmo.

También San Agustín hubo de tener noticia del mal humor de Vigilancio contra el ascetismo y el culto de los mártires; pero no hallamos en el catálogo de sus obras un *Adversus Vigilantium* que, en todo caso, no hubiera tenido el tono virulento del de su amigo betlemita. Agustín, que hubo de combatir a brazo partido contra abusos en el culto de los mártires en su propia «parrochia» de Hipona, «dejó tranquilamente que ardieran las velas, permitió a los ricos, que gustaran de ello, fundar monasterios, y abrazar la vida monástica a los clérigos que lo desearan; autorizó a su sucesor a construir nuevas capillas para las reliquias y no se opuso a que se celebraran las vigilias nocturnas» (VAN DER MEER, *Saint Augustin pasteur d'âmes* II p.438s). Total, un episodio sin gran trascendencia en el movimiento ascético y de piedad popular que lo arrollaba todo a fines del siglo IV, y arrolló también a este infeliz Vigilancio, cuya desgracia mayor fue caer bajo las iras de Jerónimo.

Fecha: primavera de 404.

1. He recibido tu carta, y, desde luego, no responder a ella fuera señal de soberbia; pero responderla, lo es de temeridad. Y así que me consultas acerca de cosas tales que tan sacrilegio es

109 AD RIPARIVM PRESBYTERVM

1. Acceptis litteris tuis, primitus non respondere superbiae est, respondere temeritatis. De his enim rebus interrogas, quae et proferre et audire sacrilegium est. Ais Vigilantium, qui κατ' ἀντίφρασιν hoc uocatur

proferirlas como oírlas. Me dices que Vigilancio, que lleva por antífrasis parejo nombre, pues debiera con más propiedad llamarse Dormitancio, ha abierto de nuevo su hedionda boca y echa sucísimo hedor contra las reliquias de los mártires. A los que aceptamos su culto nos llama cinerarios e idólatras, por venerar huesos de hombres muertos. ¡Hombre desventurado y digno de ser llorado con fuentes de lágrimas! Al hablar así, no se da cuenta de que es samaritano y judío, gentes que tienen por impuros los cuerpos de los muertos y se imaginan que hasta los utensilios que hubiere en la misma casa quedan manchados. Es que siguen la letra, que mata, y no el espíritu, que vivifica.

Pero la verdad es que nosotros no damos culto ni adoramos, no digo a las reliquias de los mártires, mas ni siquiera al sol ni a la luna, ni a ángeles ni arcángeles, ni a serafines ni querubines, *ni a nombre alguno que se nombre en el presente o venidero siglo* (Eph 1,21), *pues tememos servir a la criatura en lugar del Creador, que es bendito por los siglos* (Rom 1,25). Pero honramos las reliquias de los mártires, para adorar a Aquel cuyos mártires son. Honramos a los siervos para que el honor a ellos tributado redunde en el Señor, que dijo: *El que a vosotros recibe, a mí me recibe* (Mt 10,40). ¿Conque son impuras las reliquias de Pedro y Pablo? ¿Conque impuro fue el cuerpo de Moisés, que, según la verdad hebraica, fue sepultado por el Señor mismo? (Deut 34,6). ¿Luego cuantas veces entramos en las basílicas de los apóstoles, y de los profetas, y de los mártires todos, otras tantas veneramos templos de ídolos? ¿Luego las velas encendidas ante sus tumbas son señales de idolatría? Y aún voy a decir más,

nomine (nam Dormitantius rectius diceretur) os fetidum rursus aperire, et putorem spurcissimum contra sanctorum martyrum proferre reliquias; et nos qui eas suscipimus appellare cinerarios et idolatras, qui mortuorum hominum ossa ueneremur. O infelicem hominem, et omni lacrymarum fonte plangendum, qui haec dicens non se intellegit esse Samaritam et Iudaeum, qui corpora mortuorum pro inmundis habent, et etiam uasa quae in eadem domo fuerint, pollui suspicantur, sequentes occidentem litteram, et non spiritum uiuificantem.

Nos autem non dico Martyrum reliquias, sed ne solem quidem et lunam, non angelos, non archangelos, non seraphim, non cherubim, et *omne nomen quod nominatur et in praesenti saeculo et in futuro,* colimus et adoramus: ne seruiamus *creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in saecula.* Honoramus autem reliquias martyrum, ut eum cuius sunt martyres, adoremus. Honoramus seruos, ut honor seruorum redundet ad Dominum, qui ait: *Qui uos suscipit, me suscipit.* Ergo Petri et Pauli inmundae sunt reliquiae? ergo Moysi corpusculum inmundum erit? quod iuxta Hebraicam ueritatem ab ipso sepultum est Domino? Et quotienscumque apostolorum et prophetarum, et omnium martyrum basilicas ingredimur, totiens idolorum templa ueneramur? accensique ante tumulos eorum cerei, idolatriae insignia sunt? Plus aliquid dicam, quod redun-

algo que rebote sobre la cabeza del autor y, una de dos, o sane ese cerebro loco o lo destroce, para que no trastorne con tamaños sacrilegios las almas de los sencillos: ¿Luego también el cuerpo del Señor depositado en el sepulcro fue impuro? A esta cuenta, los ángeles, con sus blancas vestiduras, estaban haciendo la guardia a un cadáver manchado, a fin de que, al cabo de muchos siglos, soñara un Dormitancio o, por mejor decir, regoldara su sucísima crápula, y, a una con Juliano, perseguidor de los santos, destruyera o convirtiera en templos de ídolos nuestras basílicas.

2. Maravíllome que el santo obispo, de cuya diócesis se dice que es presbítero, se conforme con su furor y no quebrante con vara apostólica, con vara de hierro, ese vaso inútil, y no lo entregue a la ruina de la carne para que se salve el espíritu. Acuérdese de aquel dicho: *Veías al ladrón y corrías con él y entrabas a la parte con los adúlteros* (Ps 49,18). Y en otro lugar: *Por la mañana mataba a todos los pecadores de la tierra, para exterminar de la ciudad de Dios a los que obran la iniquidad* (Ps 100,8). Y otra vez: *¿No es así, Señor, que a los que te odian he odiado y por tus enemigos me he consumido? Con odio consumado los he odiado* (Ps 138,21-22). Si no merecen ser honradas las reliquias de los mártires, ¿cómo es que leemos: *Preciosa en el acatamiento del Señor es la muerte de sus santos?* (Ps 115,6). Si sus huesos manchan a quienes los tocan, ¿cómo es que Eliseo muerto resucitó a un muerto? ¿Cómo pudo dar vida lo que, según Vigilancio, yacía allí impuro? ¿Luego todos los campamentos del ejército de Israel y del pueblo de Dios fueron impuros,

det in auctoris caput, et insanum cerebrum, uel sanet aliquando, uel deleat, ne tantis sacrilegiis simplicum animae subuertantur, ergo et Domini corpus in sepulcro positum, inmundum fuit? Et angeli, qui candidis uestibus utebantur, mortuo cadaueri atque polluto praebebant excubias, ut post multa saecula Dormitantius somniaret, immo eructaret inmundissimam crapulam, et cum Iuliano persecutore sanctorum basilicas aut destrueret, aut in templa conuerteret?

2. Miror sanctum episcopum, in cuius parrochia esse presbyter dicitur, adquiescere furori eius, et non uirga apostolica, uirgaque ferrea confringere uas inutile, et tradere in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat. Meminerit illius dicti: *Videbas furem, et concurrebas cum eo, et cum adulteris portionem tuam ponebas.* Et in alio loco: *In matutino interficiebam omnes peccatores terrae, ut disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.* Et iterum: *Nonne odientes te, Domine, odio habui, et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos.* Si non sunt honorandae reliquiae Martyrum, quomodo legimus: *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius?* Si ossa eorum polluunt contingentes, quomodo Heliseus mortuus, mortuum suscitauit, et dedit uitam quod iuxta Vigilantium iacebat inmundum? Ergo omnia castra Israhelitici exercitus et populi Dei fuere inmunda, quia Ioseph et patriarcharum corpora portabant in solitudine, et ad sanctam terram inmundos cineres retulerunt?

puesto caso que llevaban por el desierto los cuerpos de José y de los patriarcas, y cenizas impuras trasladaron a la tierra santa? José mismo, que precedió en figura a nuestro Señor y Salvador, ¿fue un criminal por haber trasladado con tanta pompa a Jacob hasta Hebrón, para juntar a su padre impuro con su abuelo y bisabuelo, igualmente inmundos, y amontonar muertos sobre muertos? Tendrán los médicos que cortar esa lengua o, por mejor decir, curar esa cabeza loca, a ver si el que no sabe hablar, aprende por lo menos a callar. Yo vi, yo, antaño a ese monstruo y quise atar al loco, como si fueran cadenas de Hipócrates, con testimonios de las Escrituras; pero «se me fue, se me salió, se me escapó, se me escurrió» (Cic., *In Cat.* II 1), y luego, allá entre las olas del Adriático y los Alpes del rey Cottio, clamó y declamó contra mí. Y es así que cuanto un demente dice, hay que darle nombre de vociferación y grito.

3. Acaso calladamente pienses—y me reproches—que me estoy desatando en invectivas contra un ausente. Te confieso mi dolor; tamaño sacrilegio no puedo oírlo con paciencia. He leído, en efecto, la lanza de Fineés, la dureza de Elías, el celo de Simón Cananeo, la severidad de Pedro, que mata a Ananías y Safira, y la firmeza de Pablo, que condenó a eterna ceguera a Elimas mago por oponerse a los caminos del Señor. No es crueldad la piedad para con Dios. De ahí que en la misma ley se dice: *Si tu hermano y amigo, y aun la esposa que descansa en tu regazo, intentare apartarte de la verdad, sea tu mano sobre ellos, y derrama su sangre y quita esa maldad de en medio de Israel* (Deut 13,6.9). Una vez más pregunto: ¿Luego son impuras las reliquias de los mártires? Entonces ¿qué les pasó a los apóstoles para acompañar

Ioseph quoque, qui in typo praecedens Domini et Saluatoris nostri, sceleratus fuit, quia tanta ambitione Iacob in Chebron ossa portauit, ut inmundum patrem auo et atauo sociaret inmundis, et mortuum mortuis copularet? Praecidenda lingua a medicis, immo insanum curandum caput, ut qui loqui nescit, discat aliquando reticere. Ego, ego uidi hoc aliquando portentum, et testimoniis Scripturarum, quasi uinculis Hippocratis, uolui ligare furiosum: sed «abiit, excessit, euasit, erupit»; et inter Adriae fluctus Cottiique regis Alpes, in nos declamando clamauit. Quidquid enim amens loquitur, uociferatio et clamor est appellandus.

3. Tacita me forsitan cogitatione reprehendas, cur in absentem inuehar. Fateor tibi dolorem meum; sacrilegium tantum patienter audire non possum. Legi enim siromasten Finees, austeritatem Heliae, zelum Simonis Chananaei, Petri seueritatem Ananiam et Sapphiram trucidantis, Paulique constantiam, qui Elymam magum uiis Domini resistentem, aeterna caecitate damnauit. Non est crudelitas pro Deo pietas. Vnde et in Lege dicitur: *Si frater tuus, et amicus, et uxor quae est in sinu tuo, deprauare te uoluerit a ueritate, sit manus tua super eos, et effundes sanguinem eorum, et auferes malum de medio Israhel.* Iterum dicam: Ergo martyrum inmundae sunt reliquiae? Et quid passi sunt apostoli ut inmundum Ste-

con tanta pompa el cadáver impuro de Esteban, llorarlo con gran llanto y hacer de su duelo nuestro gozo?

16. ¿Quieres que también yo diga que el toque del problema, o, por mejor decir, de tu sentencia, está en que, después del evangelio de Cristo, hacen bien los creyentes judíos en ofrecer los sacrificios que ofreció Pablo, en circuncidar a sus hijos, en guardar el sábado, como hizo Pablo con Timoteo y como siempre lo han observado los judíos, con tal que todo eso lo hagan simulada y falazmente? Si esto es así, damos un resbalón no ya hacia la herejía de Hebión ni de los que vulgarmente llaman nazareos, o cualquier otra vieja herejía, sino hacia no sé qué nueva herejía, que será tanto más perniciosa cuanto no caemos en ella por error, sino de industria y por falaz voluntad. Y si para descargarte de esta sentencia me respondes que pudieron entonces los apóstoles simular laudablemente estos ritos para no escandalizar a los flacos, de los muchos que habían creído de entre los judíos y todavía no entendían que debían repudiarse, pero que ahora, cuando la gracia de Cristo está confirmada entre tantas naciones, confirmada también entre todas las iglesias por la lección de la ley y los profetas cómo hayan esas cosas de ser leídas, pero no observadas;

que non cogebat, ob hoc illa uetera ueraciter, ubi opus esset, obseruans, ut damnanda non esse monstraret; praedicans tamen instanter non eis, sed reuelata gratia fidei, saluos fieri fideles, ne ad ea quemquam uelut necessaria suscipienda conpelleret. Sic autem credo apostolum Paulum ueraciter cuncta illa gesisse, nec tamen nunc quemquam factum ex Iudaeo Christianum, uel cogo, uel sino talia ueraciter celebrare, sicut nec tu, cui uidetur Paulus ea simulasse, cogis istum uel sinis talia simulare.

16. An uis ut etiam ego dicam hanc esse summam quaestionis, immo sententiae tuae, ut post euangelium Christi, bene faciant credentes Iudaei, si sacrificia offerant, quae obtulit Paulus; si filios circumcidant, si sabbatum obseruent, ut Paulus in Timotheo, et omnes obseruauere Iudaei, dum modo haec simulate ac fallaciter agant? Hoc si ita est, non iam in haeresim Hebionis, uel eorum quos uulgo Nazareos nuncupant, uel quamlibet aliam ueterem; sed in nescio quam nouam delabimur, quae sit eo perniciosior, quo non errore, sed proposito est ac uoluntate fallaci. Quod si respondes, ut te ab hac purges sententia, tunc apostolos ista laudabiliter simulasse ne scandalizarentur infirmi, qui ex Iudaeis multi crediderant, et ea respuenda, nondum intellegebant; nunc uero confirmata per tot gentes doctrina gratiae Christianae, confirmata etiam per omnes Christi ecclesias lectione Legis et Prophetarum, quomodo haec intellegenda, non observanda recitentur, quisquis ea simulando agere uoluerit, insanire, cur mihi non licet dicere apostolum Paulum, et alios rectae fidei Christianos,

si ahora, dices, sería un loco quien quisiera practicar todo aquello simuladamente, ¿por qué no me ha de ser a mí lícito decir que Pablo y los otros cristianos de recta fe debieron recomendar aquellos antiguos ritos, observándolos por un poco de tiempo con sinceridad, a fin de que nadie pensara que aquellas observancias de significación profética, después que fueron guardadas por los piadosísimos padres, fueron abominadas por los posteriores como sacrilegios diabólicos? Porque no cabe duda que, venida la fe que fuera antes anunciada por aquellas observancias y se reveló después de la muerte y resurrección del Señor, todo aquello perdió, como si dijéramos, la vida de su función u oficio; sin embargo, como cadáveres de deudos, tenían en cierto modo que ser llevados a la sepultura, y eso no simulada, sino religiosamente. Pero no tenían que ser inmediatamente repudiadas o arrojadas, como a mordeduras de los perros, a los insultos de los enemigos. Consiguientemente, el cristiano que ahora, aun viniendo de los judíos, quisiera guardar del mismo modo aquellas prescripciones legales, como quien desentierra cenizas dormidas, no sería ya un piadoso portador del cadáver, sino un impío violador de sepulturas.

17. Confieso que en el paso de mi carta en que se dice que Pablo, cuando ya era apóstol de Cristo, aceptó celebrar los ritos de los judíos para enseñar que no eran perniciosos a los que quisieran guardarlos tal como por la ley los recibieran de sus padres, me dejé en el tintero estas palabras: «Sólo en aquel tiempo en que por vez primera se reveló la gracia», pues la tal guarda no era entonces perniciosa. Con el progreso del tiempo, todas aquellas observancias serían abandonadas por los cristianos, con lo que se evitaba que, de hacerlo entonces inmediatamente, no se discernie-

tunc illa uetera sacramenta paululum obseruando ueraciter commendare debuisse, ne putarentur illae propheticae significationis obseruationes a piissimis patribus custoditae tanquam sacrilegia diabolica a posteris detestatae? Iam enim cum uenisset fides quae prius illis obseruationibus praenuntiata, post mortem et resurrectionem Domini reuelata est, amiserant tamquam uitam officii sui. Verum tamen sicut defuncta corpora necessariorum deducenda erant quodam modo ad sepulturam, nec simulate, sed religiose; non autem deserenda continuo, uel inimicorum obtrectationibus tamquam canum morsibus proicienda. Proinde nunc quisquis Christianorum, quamuis sit ex Iudaeis, similiter ea celebrare uoluerit, tamquam sopitos cineres eruens, non erit pius deductor, uel baiulus corporis, sed inpius sepulturae uiolator.

17. Fateor sane in eo, quod epistula mea continet, quod ideo sacramenta Iudaeorum Paulus celebranda susceperat, cum iam Christi esset apostolus, ut doceret non esse perniciosa his qui ea uellent, sicut a parentibus per Legem acceperant, custodire, minus me posuisse, «illo duntaxat tempore, quo primum fidei gratia revelata est»: tunc enim hoc non erat perniciosum. Progressu uero temporis illae obseruationes ab omnibus Christianis desererentur: ne si tunc fieret, non discerneretur quod Deus

ra bastantemente lo que Dios mandó por Moisés a su pueblo, de lo que en los templos de los ídolos instituyó el espíritu inmundo. Más bien debe, por ende, culparse mi negligencia por no haber añadido aquella glosa que no tu reprensión. Sin embargo, mucho antes de que me llegaran tus cartas, en un escrito contra el maniqueo Fausto, expliqué, aunque brevemente, ese lugar y no omití allí el aditamento, como lo puede leer, si lo tiene a bien, tu benignidad, y como pueden dar fe, en la forma que tú quieras, de que antes lo dicté, los carísimos nuestros por quienes te mando la presente. Y créeme de lo íntimo de mi alma lo que, hablando delante de Dios, te pido por los fueros de la caridad: jamás he sido de opinión que los cristianos venidos del judaísmo deban, aun ahora, celebrar aquellos antiguos ritos con el sentimiento o la intención que se quiera. Ni deben ni les es en modo alguno lícito—cosa que sentí siempre del apóstol Pablo, desde que tuve conocimiento de sus cartas—, como tampoco tú crees que nadie deba simularlos en este tiempo, por más que creas haberlo hecho así los apóstoles.

18. Por tanto, como tú dices lo contrario y, aun protestando, como escribes, todo el mundo, con libre voz proclamas que las ceremonias de los judíos son perniciosas y mortíferas para los cristianos, y quienquiera las observare, ora venga de los judíos, ora de los gentiles, se precipita en el abismo del diablo, así yo confirmo de todo en todo esta voz tuya, y aún añado: Quienquiera las observare, ora venga de los judíos, ora de los gentiles, no sólo de veras, pero ni aun simuladamente, ese tal se precipita en el abismo del diablo. ¿Qué más quieres? Mas, como tú separas

populo suo per Moysen praecepit, ab eo quod in templis daemoniorum spiritus inmundus instituit. Proinde potius culpanda est neglegentia mea: quia hoc non addidi, quam obiurgatio tua. Verum tamen longe ante quam tuas litteras accepissem, scribens contra Faustum Manicheum, quomodo eundem locum quamuis breuiter explicauerim, et hoc illic non praetermiserim, et legere poterit, si non dedignetur, benignitas tua, et a carissimis nostris, per quos haec scripta nunc misi, quomodo uolueris, tibi fides fiat, illud me ante dictasse; mihique de animo meo crede, quod coram Deo loquens, iure caritatis exposco, numquam mihi uisum fuisse, etiam nunc Christianos ex Iudaeis factos sacramenta illa uetera quolibet affectu, quolibet animo celebrare debere, aut eis ullo modo licere; cum illud de Paulo semper ita senserim, ex quo illius mihi litterae innotuerunt, sicut nec tibi uidetur hoc tempore cuiquam ista esse simulanda, cum hoc fecisse apostolos credas.

18. Proinde sicut tu e contrario loqueris, et licet reclamante, sicut scribis, mundo, libera uoce, pronuntias, caerimonias Iudaeorum et perniciosas esse, et mortiferas Christianis; et quicumque eas obseruauerit, siue ex Iudaeis, siue ex gentibus, eum in barathrum diaboli deuolutum, ita ego hanc uocem tuam omnino confirmo, et addo: quicumque eas obseruauerit, siue ex Iudaeis, siue ex gentibus, non solum ueraciter, uerum

la simulación de los apóstoles de la razón del tiempo presente, así yo separo la conducta del apóstol Pablo, veraz entonces en todas las cosas, de la observancia, siquiera en modo alguno simulada, de las ceremonias judaicas en este tiempo, pues la tal observancia fue entonces de loar y es ahora de detestar. Es cierto que leemos: *La ley y los profetas hasta Juan Bautista* (Lc 16,6), *y que los judíos buscaban más ahincadamente matar a Cristo, porque no sólo quebrantaba el sábado, sino que llamaba a Dios padre suyo, haciéndose igual a Dios* (Io 5,18). Igualmente: *Hemos recibido gracia por gracia, y la ley fue dada por Moisés, pero la gracia y la verdad son obra de Jesucristo* (Io 1,16-17). Y por Jeremías fue prometido que daría Dios a la casa de Judá un testamento o alianza nueva, no a la manera de la que celebró con los padres de ellos; sin embargo, no pienso que el Señor fue engañosamente circuncidado por sus padres. Y si se alega que eso no lo impidió por razón de su edad, tampoco pienso haber dicho engañosamente al leproso, a quien ciertamente no mandó la observancia aquella preceptuada por Moisés, sino que lo mandó El mismo: *Anda y ofrece por ti el sacrificio que ordenó Moisés para testimonio ante ellos* (Mc 1,44). Ni subió tampoco engañosamente al día de fiesta, y hasta tal punto faltaba el pretexto de la ostentación ante los hombres, que subió no públicamente, sino a escondidas (Io 7,10).

19. Pero replicas haber dicho el mismo Apóstol: *Mirad que os lo digo yo, Pablo, que, si os circuncidáis, Cristo no os valdrá para nada* (Gal 5,2). ¿Luego engañó a Timoteo e hizo que Cristo

etiam simulate, eum in barathrum diaboli deuolutum. Quid quaeris amplius? Sed sicut tu simulationem apostolorum ab huius temporis ratione secernis, ita ego Pauli apostoli ueracem tunc in his omnibus conuersationem ab huius temporis, quamuis minime simulata caerimoniarum Iudaicarum obseruatione, secerno, quoniam tunc fuit approbanda, nunc detestanda. Ita quamuis legerimus: *Lex et Prophetae usque ad Iohannem Baptistam;* et quia *propterea quaerebant Iudaei Christum interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed et Patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo:* et quia *gratiam pro gratia accepimus,* et *quoniam Lex per Moysen data est, gratia autem et ueritas per Iesum Christum facta est:* et per Hieremiam promissum est, daturum Deum testamentum nouum domui Iuda, non secundum testamentum quod disposuit patribus eorum: non tamen arbitror ipsum Dominum fallaciter a parentibus circumcisum. Aut si hoc propter aetatem minime prohibebat, nec illud arbitror eum dixisse fallaciter leproso, quem certe non illa per Moysen praecepta obseruatio, sed ipse mandauerat: *Vade et offer pro te sacrificium quod praecepit Moyses in testimonium illis.* Nec fallaciter ascendit ad diem festum usque adeo non causa ostentationis coram hominibus, ut non euidenter ascenderit, sed latenter.

19. At enim dixit idem Apostolus: *Ecce ego Paulus dico uobis, quia si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit.* Decepit ergo Timotheum, et fecit ei nihil prodesse Christum? An quia hoc fallaciter factum est,

no le valiera para nada? ¿O es que, por haber hecho la cosa falazmente, no le dañó? Pero Pablo no puso eso. No dice: «Si os circuncidáis de veras», como tampoco «si falazmente». Para Pablo no hay excepción: *Si os circuncidáis, Cristo no os valdrá para nada.* Así, pues, lo mismo que tú quieres hacer aquí un hueco para tu sentencia y quieres que se sobrentienda «si no lo hacéis falazmente», así no es impudencia que yo pida me dejes entender que se dijo: *Si os circuncidáis,* a los que querían circuncidarse por pensar que de otra manera no podían salvarse en Cristo. Así, pues, quienquiera se circuncidaba entonces con ese ánimo, con esa voluntad, con esa intención, a ese tal Cristo no le valía absolutamente para nada, como lo dice Pablo abiertamente en otro pasaje: *Porque si por la ley es la justicia, luego en balde ha muerto Cristo* (Gal 2,21). Esto declara también el paso que tú mismo has recordado: *Vacíos habéis quedado de Cristo los que tratáis de justificaros por la fe, habéis caído de la gracia* (Gal 5,4). En conclusión, Pablo tacha a los que creían justificarse por la ley, no a los que observaban aquellas prescripciones legales en honor de quien las había mandado, entendiendo a par la razón de anunciar la verdad por que fueron mandadas y el tiempo que habían de durar. De ahí lo otro que dice: *Si sois conducidos por el Espíritu, ya no estáis bajo la ley* (Gal 5,4). Por donde, como tú coliges, se ve claro que quien está bajo la ley, no por diplomacia o traza, como tú piensas que lo entendieron nuestros mayores, sino verdaderamente, como yo lo entiendo, ese tal no tiene el Espíritu Santo.

20. Magno problema se me antoja a mí qué sea eso de estar bajo la ley en el sentido que lo reprueba el Apóstol. Porque no

ideo non obfuit? At ipse hoc non posuit: nec ait, si circumcidamini ueraciter, sicut nec fallaciter, sed sine ulla exceptione dixit: *Si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit.* Sicut ergo tu uis hic locum dare sententiae tuae, ut uelis subintellegi, nisi fallaciter, ita non inpudenter flagito, ut etiam nos illic intellegere sinas eis dictum: *si circumcidamini,* qui propterea uolebant circumcidi, quod aliter se putabant in Christo saluos esse non posse. Hoc ergo animo, hac uoluntate, ista intentione quisquis tunc circumcidebatur, Christus ei omnino nihil proderat; sicut alibi aperte dicit, *Nam, si per Legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.* Hoc declarat et quod ipse commemorasti, *Euacuati estis a Christo, qui in Lege iustificamini, a gratia excidistis.* Illos itaque arguit, qui se iustificari in Lege credebant; non qui legitima illa in eius honore, a quo mandata sunt, obseruabant intellegentes, et qua praenuntiandae ueritatis ratione mandata sint, et quo usque debeant perdurare. Vnde est illud quod ait: *Si spiritu ducimini, non adhuc estis sub Lege.* Vnde, uelut colligis, apparere, qui sub Lege est, non dispensatiue, ut nostros putas uoluisse maiores; sed uere ut ego intellego, eum Sanctum Spiritum non habere.

20. Magna mihi uidetur quaestio, quid sit esse sub Lege sic, quem ad modum Apostolus culpat. Neque enim hoc eum propter circumcisionem

voy a pensar que dice eso por razón de la circuncisión o por aquellos sacrificios que se ofrecían entonces por los padres y ahora no los ofrecen los cristianos, y otros ritos por el estilo, sino también por esto mismo que dice la ley: *No codiciarás,* cosa que confesamos ciertamente deben guardar los cristianos y que ha de predicarse señaladamente por la luz evangélica. La ley dice Pablo ser santa, y el mandamiento santo y justo y bueno. Seguidamente añade: *¿Luego lo que es bueno se ha convertido para mí en muerte? ¡Ni mucho menos! Lo que pasa es que el pecado, para aparecer como pecado, por lo que es bueno, ha obrado en mí la muerte, a fin de que, por el mandamiento, se haga sobremanera pecador o pecado* (Rom 7,13). Y lo que aquí dice que, por el mandamiento, el pecado se hace sobremanera pecado, lo repite en otra parte: *Se introdujo bajo mano la ley, a fin de que abundara el delito. Ahora bien, donde abundó el delito, sobreabundó la gracia* (Rom 5,20). Y en otra parte, después de hablar de la gracia y afirmar que sola ella justifica, dice como preguntando: *¿Qué decir entonces de la ley?* E inmediatamente responde a la pregunta: *Fue puesta por razón de la prevaricación, hasta que viniera el linaje a quien hizo la promesa* (Gal 3,19). Así, pues, dice el Apóstol estar de modo condenable bajo la ley aquellos a quienes hace reos la ley por no cumplir la ley; pues, no comprendiendo el beneficio de la gracia para cumplir los mandamientos de Dios, presumen con soberbia altivez como de fuerzas propias. Y es así que la *plenitud de la ley es la caridad; pero la caridad de Dios se ha derramado en nuestros corazones,* no por nosotros mismos, *sino por el Espíritu Santo, que nos ha sido dado* (Rom 13,10; 5,5). Pero explicar debidamente este punto requeriría discurso acaso muy prolijo y

arbitror dicere, aut illa sacrificia, quae tunc facta a patribus, nunc a Christianis non fiunt, et cetera huiusmodi, sed hoc ipsum etiam quod Lex dicit: *Non concupisces,* quod fatemur certe Christianos obseruare debere, atque euangelica maxime inlustratione praedicari. Legem dicit esse sanctam, et mandatum sanctum et iustum et bonum. Deinde subiungit: *Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Absit, sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccator aut peccatum, per mandatum.* Quod autem hic dicit, peccatum per mandatum fieri supra modum, hoc alibi: *Lex subintrauit, ut abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia.* Et alibi, cum superius de dispensatione gratiae loqueretur, quod ipsa iustificet, uelut interrogans ait: *Quid ergo Lex?* Atque huic interrogationi continuo respondit: *Praeuaricationis gratia posita est, donec ueniret semen, cui promissum est.* Hos ergo damnabiliter dicit esse sub Lege, quos reos facit Lex, non inplentes Legem, dum non intellegendo gratiae beneficium ad facienda Dei praecepta, quasi de suis uiribus superba elatione praesumunt. *Plenitudo enim Legis caritas. Caritas uero Dei diffusa est in cordibus nostris,* non per nos ipsos, *sed per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis.* Sed huic rei quantum satis est explicandae, prolixus fortasse

hasta una obra especial. En resolución, si eso que dice la ley: *No codiciarás* (Rom 7,8), de no ser la humana flaqueza ayudada por la gracia de Dios, hace reo al hombre y antes bien condena al prevaricador que libera al pecador, ¿cuánto menos podían justificar a nadie aquellas cosas, como la circuncisión y otras, que fueron dadas por razón de simbolismo y, al revelarse más ampliamente y ser mejor conocida la gracia, tenían que ser forzosamente abolidas? Sin embargo, no por eso había que huir de aquellos ritos del mismo modo que de los diabólicos sacrilegios de los gentiles, aun en el momento en que ya la gracia, que por aquellas sombras se anunciaba, había empezado a revelarse. Todavía había que permitirlos por algún tiempo a aquellos señaladamente que venían del pueblo a quien habían sido dados. Después, empero, que fueron sepultados con honor, habían de ser irremediablemente abandonados por todos los cristianos.

21. En cuanto a eso que dices: «No por traza o diplomacia, como quisieron nuestros mayores», yo te ruego me expliques lo que quiere decir. Porque o es lo que yo llamo mentira oficiosa, en el sentido de que esta traza es como un deber de mentir honestamente, o no veo en absoluto qué otra cosa pueda ser. A no ser que, acaso añadido el nombre de traza o diplomacia, resulte que la mentira no sea ya mentira. Y si esto es absurdo, ¿por qué no dices abiertamente que ha de defenderse la mentira oficiosa? Si no es que hallas reparo en el nombre, pues no es muy usado en los libros eclesiásticos el vocablo *officium* (deber)—un vocablo, por lo demás, que no espantó a nuestro Ambrosio, quien quiso rotular *De officiis* («Sobre los deberes») ciertos libros suyos llenos

et sui proprii uoluminis sermo debetur. Si ergo illud, quod Lex ait, *Non concupisces,* si humana infirmitas gratia Dei adiuta non fuerit, sub se reum tenet, et praeuaricatorem potius damnat quam liberat peccatorem, quanto magis illa, quae significationis causa praecepta sunt, circumcisio, et cetera, quae reuelatione gratiae latius innotescente, necesse fuerat aboliri, iustificare neminem poterant? Non tamen ideo fuerant tanquam diabolica gentium sacrilegia fugienda, etiam cum ipsa gratia iam coeperit reuelari, quae umbris talibus fuerat praenuntiata; sed permittenda paululum eis, maxime qui ex illo populo cui data sunt uenerant. Postea uero tamquam cum honore sepulta sunt, a Christianis omnibus inreparabiliter deserenda.

21. Hoc autem quod dicis (non dispensatiue, ut nostri uoluere maiores), quid sibi uult, oro te? Aut enim hoc est, quod ego appello officiosum mendacium, ut haec dispensatio sit officium, uelut honeste mentiendi; aut quid aliud sit, omnino non uideo, nisi forte, addito nomine dispensationis, fit ut mendacium non sit mendacium; quod si absurdum est, cur ergo non aperte dicis officiosum mendacium defendendum? Nisi forte nomen te mouet: quia non tam usitatum est in ecclesiasticis libris uocabulum officii, quod Ambrosius noster non timuit, qui suos quosdam libros utilium praeceptionum plenos, de Officiis uoluit appellare. An si offi-

de provechosos preceptos. ¿O es que, si uno miente oficiosamente, es culpable, y merece loa si lo hace diplomáticamente? Yo te pregunto si miente quien así piensa una vez hecha la elección. Porque también es gran problema éste si puede alguna vez mentir un hombre bueno, cuanto más un cristiano, a quien se ha dicho: *Sea en nuestra boca el sí, sí, y el no, no* (Iac 5,12), y que oye con espíritu de fe: *Perderás a todos los que hablan mentira* (Ps 5,7).

22. Pero esto, como he dicho, es otra cuestión, y magna cuestión; el que así piensa elija como quisiere dónde haya de mentir, a condición, eso sí, de que se crea y sostenga de manera inconcusa que en los autores que han escrito los libros santos, y señaladamente los canónicos, no se da en absoluto mentira, no sea que los mayordomos de Cristo, de quienes se dijo: *Lo que se busca en los mayordomos es que uno sea hallado fiel* (1 Cor 4,2), crean fielmente haber aprendido algo maravilloso que sería mentir en lugar de administrar la verdad, cuando la misma fe, en latín *(fides)*, toma su nombre de que se hace *(fit)* lo que se dice. Ahora bien, donde se hace lo que se dice, no hay lugar para la mentira. Luego el apóstol Pablo, mayordomo fiel, no cabe duda que nos ofrece fe en lo que escribe, pues es administrador de verdad, no de falsedad. Y, por ende, verdad escribió sobre que vio al apóstol Pedro no andar derechamente conforme a la verdad del evangelio y que le resistió cara a cara porque forzaba a los gentiles a judaizar. Y Pedro mismo, lo que Pablo hacía útilmente con la libertad que da la caridad, lo recibió con la piedad de la santa y benévola humildad, y así dejó a los posteriores ejemplo

ciose mentiatur quisque culpandus est; si dispensatiue, adprobandus? Rogo te, mentiatur ubi elegerit qui hoc putat; quia et haec magna quaestio est, sit ne aliquando mentiri uiri boni, immo uiri Christiani, qualibus dictum est: *sit in ore uestro, est, est, non, non?* Et qui cum fide audiunt: *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.*

22. Ser haec, ut dixi, et alia et magna quaestio est; eligat quod uoluerit, qui hoc existimat, ubi mentiatur, dum tamen ab scribentibus auctoribus sanctarum scripturarum, et maxime canonicarum, inconcusse credatur et defendatur abesse omnino mendacium, ne dispensatores Christi, de quibus dictum est, *Hic iam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur,* tamquam magnum aliquid sibi fideliter didicisse uideantur, pro ueritatis dispensatione mentiri, cum ipsa fides in latino sermone ab eo dicatur appellata, quia fit quod dicitur. Vbi autem fit quod dicitur, mentiendi utique non est locus. Fidelis igitur dispensator apostolus Paulus procul dubio nobis exhibet in scribendo fidem: quia ueritatis dispensator erat, non falsitatis. Ac per hoc uerum scripsit uidisse se Petrum non recte ingredientem ad ueritatem euangelii, eique in faciem restitisse, quod gentes cogeret iudaizare. Ipse uero Petrus, quod a Paulo fiebat utiliter libertate caritatis, sanctae ac benignae pietate humilitatis accepit; atque ita rarius et sanctius exemplum posteris praebuit, quo non dedigna-

más raro y más santo para que no se desdeñaran de ser corregidos por inferiores, caso de haberse apartado de la senda recta; que no Pablo, para que aun los inferiores tengan la audacia de resistir a los mayores en defensa de la verdad evangélica, salva siempre la caridad fraterna. Cierto que vale más no desviarse en nada del camino que torcerlo en algún punto; pero es mucho más admirable y digno de loa recibir de buena gana al que corrige que no corregir audazmente al que se desvía. Así, pues, en mi pobre sentir, más bien hay que defender contra las calumnias de Porfirio la gloria de la santa libertad de Pablo y de la santa humildad de Pedro, que no ofrecerle más firme asidero para sus censuras, y acuse más mordazmente a los cristianos de que escriben falazmente sus cartas o falazmente tratan los misterios de su Dios.

23. Me intimas te cite por lo menos un autor a quien haya yo seguido en este punto, ya que tú recuerdas nominalmente a varios que te han precedido en eso que construyes. Y pídesme a par que, si te reprendo tu error, te consienta errar con tales hombres. Yo te confieso no haber leído a ninguno de ellos; pero, siendo que son seis o siete, tú mismo anulas la autoridad de cuatro. Del Laodiceno, cuyo nombre callas, dices haber salido poco ha de la Iglesia; a Alejandro lo llamas viejo hereje; en cuanto a Orígenes y Dídimo, leo en tus obras más recientes que los censuras no medianamente ni en cuestiones medianas, por más que antes alabaste maravillosamente a Orígenes. Ahora bien, no creo que ni tú mismo te consientas errar con éstos, si bien eso se dice dando por supuesto que en esta sentencia no erraron. Porque ¿quién hay

rentur sicubi forte recti tramitem reliquissent, etiam a posterioribus corrigi, quam Paulus, quo fidenter auderent etiam minores maioribus pro defendenda euangelica ueritate, salua fraterna caritate, resistere. Nam cum satius sit, a tenendo itinere in nullo, quam in aliquo declinare, multo est tamen mirabilius et laudabilius libenter accipere corrigentes, quam audacter corrigere deuiantem. Laus itaque iustae libertatis in Paulo et sanctae humilitatis in Petro: quantum mihi pro modulo meo uidetur, magis fuerat aduersus calumniantem Porphyrium defendenda, quam ut ei daretur obtrectandi maior occasio, qua multo mordacius criminaretur Christianos fallaciter uel suas litteras scribere, uel Dei sui sacramenta tractare.

23. Flagitas a me, ut aliquem saltem unum ostendam, cuius in hac re sententiam sim secutus, cum tu tam plures nominatim commemoraueris, qui te in eo, quod adstruis praecesserunt; petens ut in eo, si te reprehendo errantem, patiar te errare cum talibus; quorum ego fateor neminem legi; sed cum sint ferme sex, uel septem, horum quattuor auctoritatem tu quoque infringis. Nam Laodicenum, cuius nomen taces, de ecclesia dicis nuper egressum; Alexandrum autem ueterem hereticum; Origenem uero ac Didymum reprehensos abs te lego in recentioribus opusculis tuis, et non mediocriter, nec de mediocribus quaestionibus, quamuis Origenem mirabiliter ante laudaueris. Cum his ergo errare puto quia nec te ipse patieris, quamuis hoc perinde dicatur ac si in hac sententia non errauerint. Nam quis est, qui se uelit cum quolibet errare? Tres igitur restant,

que quiera errar con quienquiera que sea? Nos quedan, pues, tres: Eusebio Emiseno, Teodoro de Heraclea y el que nombras poco después, Juan, que, poco ha, en el grado pontifical, rigió la iglesia de Constantinopla.

24. Ahora, pues, si buscas o recuerdas lo que sobre esto sintió nuestro Ambrosio, y Cipriano igualmente nuestro, acaso halles que tampoco a mí me falta a quienes seguir en lo que afirmo; por más que, como poco antes he dicho, sólo a las Escrituras canónicas les debo aquella noble servidumbre, por la que sólo a ellas sigo hasta el punto de no dudar que quienes las escribieron en nada absolutamente erraron en ellas, nada consignaron falazmente en ellas. Así, pues, ya que busco a un tercero para oponer a tus tres yo otros tres, paréceme que lo encontraría fácilmente de haber leído mucho. Sin embargo, en lugar de todos ésos, o, por mejor decir, por encima de todos ésos, viéneseme a las manos el mismo apóstol Pablo. A él me refugio, a él apelo de todos los comentadores de sus cartas que sientan otra cosa, a él interrogo e interpelo y le requiero si, en lo que escribió a los gálatas sobre haber visto a Pedro que no andaba derechamente conforme a la verdad del evangelio y que le resistió en su cara porque con aquella simulación forzaba a las gentes a judaizar; le requiero, digo, si escribió en eso la verdad o mintió tal vez por no sé qué diplomática falsedad. Y lo oigo que, un poco más arriba, en el exordio mismo de la narración, con voz religiosa me grita: *En cuanto a lo que os escribo, delante de Dios juro que no miento* (Gal 1,20).

25. Con la venia de todos los que opinen de otro modo, yo

Eusebius Emisenus, Theodorus Heracleotes, et quem paulo post commemoras, Iohannes, qui dudum in pontificali gradu Constantinopolitanam rexit ecclesiam.

24. Porro si quaeras uel recolas quid hinc senserit noster Ambrosius, quid noster itidem Cyprianus, inuenies fortasse, nec nobis defuisse quos in eo quod adserimus sequeremur, quamquam sicut paulo ante dixi, tantum modo scripturis canonicis hanc ingenuam debeam seruitutem, qua eas solas ita sequar, ut conscriptores earum nihil in eis omnino errasse, nihil fallaciter posuisse non dubitem. Proinde cum quaero tertium, ut tres etiam ego tribus opponam, possem quidem, ut arbitror, facile reperire, si multa legissem. Verum tamen ipse mihi pro his omnibus, immo supra hos omnes apostolus Paulus occurrit. Ad ipsum confugio, ad ipsum ab omnibus qui aliud sentiunt litterarum eius tractatoribus prouoco, ipsum interrogans interpello, et requiro in eo quod scripsit ad Galatas, uidisse se Petrum non recte ingredientem ad ueritatem euangelii, eique in faciem propterea restitisse, quod illa simulatione gentes iudaizare cogebat, utrum uerum scripserit, an forte nescio qua dispensatiua falsitate mentitus sit. Et audio paulo superius in eiusdem narrationis exordio religiosa uoce mihi clamantem: *quae autem scribo uobis, ecce coram Deo: quia non mentior.*

25. Dent ueniam quilibet aliud opinantes; ego magis credo tanto

creo más a tan grande apóstol, que jura en sus cartas y en favor de sus cartas, que no a cualquier otro, por docto que sea, que discute acerca de cartas ajenas. Ni temo que se diga que defiendo a Pablo tan lindamente, que no simuló el error de los judíos, sino que verdaderamente estuvo en el error de los judíos. Porque ni simulaba el error quien, con la libertad apostólica que convenía a aquellos tiempos, recomendaba en su práctica, cuando era menester, aquellos viejos ritos, que fueron instituidos no por astucia de Satanás para engañar a los hombres, sino por la providencia de Dios para anunciar proféticamente las cosas por venir; ni estuvo realmente en el error de los judíos quien no sólo lo sabía, sino que instante y enérgicamente predicaba estar en el error los que pensaban debían imponerse a los gentiles o ser de necesidad para la justificación de cualesquiera creyentes.

26. En cuanto a lo que dije haberse hecho como judío para los judíos y como gentil para los gentiles, no por astucia de embustero, sino por sentimiento de hombre compasivo, paréceme has atendido poco en qué sentido lo dije. Si no es acaso que no supe yo explicar eso suficientemente. Y es así que no lo dije porque simulara compasivamente aquellas prácticas, sino que, por lo contrario, no simuló lo que hizo a la manera de los judíos, como tampoco simuló lo que hizo a la manera de los gentiles. Este punto lo recordaste tú mismo, y en ello te confieso con agradecimiento que me has ayudado. Porque, como yo te preguntara en mi carta cómo había que entender haberse hecho con los judíos como judío, porque falazmente aceptó los ritos de los judíos, y como gentil con los gentiles, siendo así que no aceptó falazmente los

apostolo in suis et pro suis litteris iuranti, quam cuique doctissimo de alienis litteris disputanti. Nec dici timeo, sic Paulum defendere, quod non simularit errorem Iudaeorum, sed uere fuerit in errore. Quoniam neque simulabat errorem qui libertate apostolica, sicut illi tempori congruebat, uetera illa sacramenta, ubi opus erat, agendo commendabat ea, non Satanae uersutia decipiendis hominibus, sed Dei prouidentia praenuntiandis rebus futuris prophetice constituta. Nec uere fuerat in errore Iudaeorum, qui non solum nouerat, sed etiam instanter et acriter praedicabat eos errare, qui putabant gentibus inponenda, uel iustificationi quorumcumque fidelium necessaria.

26. Quod autem dixi eum factum Iudaeis tanquam Iudaeum, et tanquam gentilem gentilibus, non mentientis astu, sed conpatientis affectu quem admodum dixerim, parum mihi uisus es adtendisse. Immo ego fortasse non satis hoc explanare potuerim. Neque enim hoc ideo dixi, quod misericorditer illa simulauerit; sed quia sic ea non simulauit, quae faciebat similia Iudaeis; quem ad modum nec illa quae faciebat similia gentibus, quae tu quoque commemorasti; atque in eo me, quod non ingrate fateor, adiuuisti. Cum enim abs te quaesissem in epistula mea, quomodo putetur ideo factus Iudaeis tanquam Iudaeus, quia fallaciter susceperit sacramenta Iudaeorum, cum et gentibus tanquam gentilis factus sit, nec

sacrificios de los gentiles, tú me respondiste haberse hecho como gentil con los gentiles por el hecho de aceptar el prepucio y permitir comer indiferentemente de manjares que condenan los judíos. Y aquí te pregunto yo: ¿lo hizo eso también engañosamente? Ahora bien, tal hipótesis es el colmo de lo absurdo y falso; luego tampoco aquellas cosas en que se acomodaba a la costumbre de los judíos, con libertad prudente, no con servidumbre forzada o, lo que es más indigno, como mayordomo más bien falaz que fiel.

27. Porque para los creyentes y para quienes conocen la verdad, como él atestigua, si es que no nos engaña quizá también aquí, *toda criatura de Dios es buena y nada ha de rechazarse de cuanto se toma con hacimiento de gracias* (1 Tim 4,4). Luego también para el mismo Pablo, que era no sólo hombre fiel, sino también administrador fidelísimo; no sólo conocedor, sino también predicador de la verdad, toda criatura de Dios era ciertamente buena en cuestión de comidas, y no simulada, sino realmente buena. Entonces, ¿cómo es que se hizo como gentil con los gentiles sin necesidad de aceptar simuladamente nada de los ritos y ceremonias de los gentiles, con sólo sentir y enseñar la verdad acerca del prepucio y de los alimentos, y no pudo hacerse como judío con los judíos, si no era aceptando falazmente los ritos de los judíos? ¿Por qué guardó para el olivo silvestre injertado la fidelidad veraz de la administración, y a las ramas naturales, que estaban no fuera, sino en el árbol, les puso delante el velo de no sabemos qué disimulo diplomático? ¿Por qué, hecho como gentil para los gentiles, lo que siente enseña, lo que hace siente; pero, he-

tamen suscepit fallaciter sacrificia gentium; tu respondisti in eo factum gentibus tanquam gentilem, quod praeputium receperit; quod indifferenter permiserit uesci cibis quos damnant Iudaei. Vbi ego quaero: utrum et hoc simulate fecerit? Quod si absurdissimum atque falsissimum est: sic ergo et illa, in quibus Iudaeorum consuetudini congruebat libertate prudenti, non necessitate seruili, aut quod est indignius, dispensatione fallaci potius quam fideli.

27. Fidelibus enim, et his qui cognouerunt ueritatem, sicut ipse testatur (nisi forte et hic fallit) *omnis creatura Dei bona est, et nihil abiciendum, quod cum gratiarum actione accipitur.* Ergo et ipsi Paulo non solum uiro, uerum etiam dispensatori maxime fideli, non solum cognitori, uerum etiam doctori ueritatis, omnis utique in cibis creatura Dei, non simulate, sed uere bona erat. Cur igitur nihil simulate suscipiendo sacrorum caerimoniarumque gentilium, sed de cibis et praeputio uerum sentiendo ac docendo tamen tamquam gentilis factus est gentibus, et non potuit fieri tamquam Iudaeus Iudaeis, nisi fallaciter suscipiendo sacramenta Iudaeorum? Cur oleastro inserto seruauit dispensationis ueracem fidem; et naturalibus ramis non extra, sed in arbore constitutis, nescio quod dispensatoriae simulationis uelamen obtendit? Cur factus tamquam gentilis gentibus, quod sentit docet, quod agit, sentit: factus autem tamquam Iudaeus Iudaeis, aliud claudit in pectore, aliud promit in uerbis, in factis, in

cho para los judíos como judío, una cosa esconde en el pecho, y otra saca afuera en palabras, escritos y hechos? Pero Dios nos libre de tamaño desatino, pues a unos y a otros les debía la caridad, que nace de corazón limpio, de conciencia buena y de fe no fingida. Y por eso se hizo todo para todos, a fin de ganarlos a todos, no por astucia del que miente, sino por sentimiento de hombre compasivo, es decir, no haciendo falazmente todos los males de los hombres, sino procurando la diligencia de misericordiosa medicina a todos los males de todos los otros, como si fueran suyos propios.

28. Luego, cuando en modo alguno rehusaba practicar aquellos ritos del viejo Testamento, no engañaba misericordiosamente, sino que, sin engaño de ninguna especie, recomendando de ese modo lo que por Dios fue mandado hasta cierto momento del tiempo, lo distinguía de los ritos sacrílegos de los gentiles. Y se hacía como judío con los judíos, no por astucia del que miente, sino por sentimiento del que se compadece, cuando deseaba librarlos de aquel error por el que o no querían creer en Cristo o pensaban que, por sus viejos sacerdocios y observancia de ceremonias, habían de limpiarse sus pecados, y lo deseaba como si él mismo se viera presa de aquel error, con lo que amaba realmente al prójimo como a sí mismo y hacía a los otros lo mismo que quisiera, de ser necesario, le hicieran los otros a él. Aviso, por cierto, que nos dio el Señor con esta glosa: *Porque ésta es la ley y los profetas* (Mt 7,12).

29. Este sentimiento de compasión lo manda el Apóstol en la misma carta a los gálatas cuando dice: *Si alguno fuere sorprendido en alguna falta, vosotros, que sois espirituales, amonestadle con*

scriptis? Sed absit hoc sapere. Vtrisque enim debebat caritatem de corde puro, et conscientia bona, et fide non ficta. Ac per hoc omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret, non mentientis astu, sed conpatientis affectu, id est, non omnia mala hominum fallaciter agendo, sed aliorum omnium malis omnibus, tamquam si sua essent, misericordis medicinae diligentiam procurando.

28. Cum itaque illa testamenti ueteris sacramenta, etiam sibi agenda minime recusabat, non misericorditer fallebat; sed omnino non fallens, atque hoc modo a Domino Deo illa usque ad certi temporis dispensationem iussa esse commendans, a sacrilegis sacris gentium distinguebat. Tunc autem, non mentientis astu, sed conpatientis affectu, Iudaeis tamquam Iudaeus fiebat, quando eos ab illo errore, quo uel in Christum credere nolebant, uel per uetera sacerdotia sua caerimoniarumque obseruationes se a peccatis posse mundari, fierique saluos existimabant, sic liberare cupiebat tamquam ipse illo errore teneretur, diligens utique proximum tanquam se ipsum, et haec aliis faciens, quae sibi ab aliis fieri uellet, si hoc illis opus esset. Quod cum Dominus monuisset, adiunxit: *Haec est enim Lex et Prophetae.*

29. Hunc conpatientis affectum, in eadem epistula ad Galatas praecipit, dicens: *Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spi-*

espíritu de mansedumbre, y atiende a ti mismo, no sea que tú también seas tentado (Gal 6,1). Mira si no dijo que hay que hacerse como él a fin de ganarlo. No ciertamente porque hubiera él de cometer falazmente la misma falta, o simulara tenerla, sino para mirar en la falta ajena lo que pudiera también acontecerle a él, y socorrer así misericordiosamente al otro, como quisiera ser socorrido él mismo; es decir, no con astucia de quien miente, sino con afecto de quien se compadece. De esta manera se hizo Pablo todo para todos, a fin de ganarlos a todos (1 Cor 9,22). Para el judío, para el gentil, para cualquier hombre en error o en pecado, no simulando lo que no era, sino compadeciendo, porque podía serlo, como quien pensaba que era hombre.

30. Yo te suplico que, si te place, te mires un poco a ti mismo: a ti mismo, digo, para conmigo mismo. Y recuerda o, si guardas la copia, relee tus palabras en aquella carta, bastante breve, que me mandaste por nuestro hermano Cipriano, que ya es colega mío, con qué veraz, con qué auténtico, con qué pleno sentimiento de caridad, después de protestar de ciertas desatenciones cometidas por mí contra ti, añadías gravemente: «Con esto se hiere la amistad, con esto se violan los derechos de la familiaridad. No parezca que contendemos puerilmente y que queremos dar materia de riña a nuestros mutuos partidarios o detractores». Estas palabras tuyas no sólo me doy cuenta que te han salido de dentro, sino que las has dicho con la benévola intención de mirar por mí. Finalmente, añades algo que, aun sin añadirlo, se vería claro: «Escribo esto porque te deseo amar con amor puro y cristia-

ritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, intendens teipsum, ne et tu tempteris. Vide si non dixit fieri tamquam ille, ut illum lucrifacias. Non utique, ut ipsum delictum fallaciter ageret, aut se id habere simularet, sed ut in alterius delicto, quid etiam sibi accidere posset, adtenderet, atque ita alteri, tamquam sibi ab altero uellet, misericorditer subueniret, hoc est, non mentientis astu, sed conpatientis affectu. Sic Iudaeo, sic gentili, sic cuilibet homini Paulus in errore, uel peccato aliquo constituto, non simulando, quod non erat, sed conpatiendo, quia esse potuisset, tamquam qui se hominem cogitaret, omnibus omnia factus est, ut omnes lucrifaceret.

30. Te ipsum, si placet, obsecro, te paulisper intuere; te ipsum, inquam, erga me ipsum; et recole, uel si habes conscripta, relege uerba tua in illa epistula, quam mihi per fratrem nostrum, iam collegam meum Cyprianum, breuiorem misisti, quam ueraci, quam germano, quam pleno caritatis affectu, cum quaedam me in te commisisse expostulasses, grauiter subiunxisti: «In hoc laeditur amicitia, in hoc necessitudinis iura uiolantur, ne uideamur certare pueriliter et fautoribus inuicem, uel detractoribus nostris tribuere materiam contendendi». Haec abs te uerba, non solum ex animo dicta sentio, uerum etiam benigno animo ad consulendum mihi. Denique addis, quod etiam si non adderes, appareret, et dicis «haec scribo, quia te pure et Christiane diligere cupio, nec quicquam in

no, y no guardar nada en mi alma que difiera de lo que dicen mis labios». ¡Oh varón santo y a quien yo amo (tal como ve Dios mi alma) con corazón veraz! Eso mismo que has puesto tú en tu carta y en que no dudo te me ofreces tal como eres, eso mismo creo yo de todo punto ofreció el apóstol Pablo en las suyas, no a un hombre cualquiera, sino a judíos y griegos y a todos los gentiles, hijos suyos, a quienes engendrara por el evangelio y por los que sufría dolores de parto, y luego, a tantos miles de cristianos por venir, por causa de los cuales se consignaba por escrito aquella epístola: nada quedaba oculto en su mente que difiriera de lo que decían sus labios.

31. Tú, ciertamente, te has hecho también como yo, no por ardid de quien miente, sino por sentimiento de compasión al pensar que no se me debía abandonar en la falta en que estimaste había yo caído, de la misma manera que no quisieras se te abandonara a ti, si hubieras de ese modo caído. Por ello, a par que te doy gracias por tu benévola intención para conmigo, te pido que tampoco te enojes conmigo porque, al hallar en tus obras algo que me llamó la atención, te he comunicado mis reparos. Ya quisiera yo que todos observaran conmigo la misma regla que yo he guardado contigo, y es que no escondan en pecho doloso lo que juzgan digno de reprobación en mis escritos; ni de tal modo los censuren ante los otros, que se callen delante de mí. Con este proceder sí que creo yo se lastima la amistad y se violan los derechos de la familiaridad. Yo no sé si se trata ya de amistades cristianas, en aquellas en que tiene más fuerza el vulgar proverbio: *Los favores amigos, la verdad engendra odio* (TERENT., *An-*

mea mente retinere quod distet a labiis». O vir sancte mihique (ut Deus uidet animam meam) ueraci corde dilecte, hoc ipsum quod posuisti in litteris tuis, quo te mihi exhibuisse non dubito, hoc ipsum omnino Paulum apostolum credo exhibuisse in litteris suis, non uni cuilibet homini, sed Iudaeis, et Graecis, et omnibus gentibus filiis suis, quos in euangelio genuerat, et quos pariendos parturiebat, et deinde posterorum tot milibus fidelium Christianorum, propter quos illa memoriae mandabatur epistula, ut nihil in sua mente retineret, quod distaret a labiis.

31. Certe factus es etiam tu, tamquam ego, non mentientis astu, sed conpatientis affectu, cum cogitares tam me non relinquendum in ea culpa in quam me prolapsum existimasti, quam nec te uelles si eo modo prolapsus esses. Vnde agens gratias beniuolae menti erga me tuae, simul posco ut etiam mihi non succenseas, quod cum in opusculis tuis aliqua me mouerent, motum meum intimaui tibi; hoc erga me ab omnibus seruari uolens, quod erga te ipse seruaui, ut quicquid inprobandum putant in scripsis meis, nec claudant subdolo pectore, nec ita reprehendant apud alios, ut taceant apud me; hinc potius existimans laedi amicitiam, et necessitudinis iura uiolari. Nescio enim utrum Christianae amicitiae putandae sint, in quibus magis ualet uulgare prouerbium, *Obsequium*

dria 68), que no el eclesiástico: *Más confianza merecen las heridas del amigo que los besos calculados del enemigo* (Prov 27,6).

32. Enseñemos, por ende, a nuestros más caros amigos que se interesan con toda sinceridad en nuestros trabajos, enseñémosles, digo, con cuanta instancia podamos, ser posible que surja entre amigos íntimos contradicción en que alterque uno con otro, sin que, no obstante, sufra mengua la caridad ni engendre odio la verdad, que se debe a la amistad. Y ello, ora sea verdad lo que se contradice, ora sea lo que fuere se dice con corazón veraz, no reteniendo en la mente nada que difiera de lo que dicen los labios. Crean, pues, nuestros hermanos, familiares tuyos, de quienes atestiguas que son vasos de Cristo, haber sido cosa contra mi voluntad, y por la que siento no mediano dolor en mi corazón, el que mi carta llegara a manos de muchos antes que a ti, a quien iba destinada. Cómo sucedió eso, sería largo de contar, y, si no me engaño, superfluo. Baste decir, si es que en ello se me da crédito, que no se hizo con la intención que se piensa, ni que se hiciera dependió de mi voluntad, de mi disposición, de mi consentimiento, ni siquiera de mi pensamiento. Si no se me cree en esto, que digo poniendo a Dios por testigo, nada más me queda que hacer. Lejos de mí, sin embargo, pensar que ellos han sugerido todo eso a tu santidad con la malévola intención de suscitar enemistades entre nosotros (¡que la misericordia del Señor Dios nuestro las aparte de nosotros!) ; pero, sin ánimo alguno de dañar, fácil es sospechar de un hombre defectos humanos. Esto es, efectivamente, justo que crea yo de ellos, si son vasos de Cristo,

amicos, ueritas odium parit, quam ecclesiasticum, *Fideliora sunt uulnera amici, quam uoluntaria oscula inimici.*

32. Proinde carissimos nostros, qui nostris laboribus sincerissime fauent, hoc potius quanta possumus instantia doceamus, quod sciant fieri posse, ut inter carissimos aliquid alterutro sermone contradicatur, nec tamen caritas ipsa minuatur, nec ueritas odium pariat, quae debetur amicitiae; siue illud uerum sit, quod contradicitur, siue corde ueraci qualecumque sit dicitur, non retinendo in mente, quod distet a labiis. Credant itaque fratres nostri, familiares tui, quibus testimonium perhibes quod sint uasa Christi, me inuito factum, nec mediocrem de hac re dolorem inesse cordi meo, quod litterae meae prius in multorum manus uenerunt, quam ad te, ad quem scriptae sunt, peruenire potuerunt. Quo autem modo id acciderit, et longum est narrare, et, nisi fallor superfluum, cum sufficiat si quid mihi in hoc creditur, non eo factum animo quo putatur; nec omnino meae fuisse uoluntatis, aut dispositionis, aut consensionis, aut saltem cogitationis, ut fieret. Haec si non credunt, quod teste Deo loquor, quid amplius faciam non habeo. Ego tamen absit, ut eos credam, haec tuae sanctitati maleuola mente suggerere ad excitandas inter nos inimicitias (quas misericordia Domini Dei nostri auertat a nobis!) sed, sine ullo nocendi animo, facile de homine humana uitia suspicari. Hoc enim me de illis aequum est credere, si uasa sunt Christi, non in contumeliam, sed

fabricados no para vergüenza, sino para honor, y depositados por Dios en su casa grande para obra buena. Ahora, si, después de esta protesta mía, caso que llegue a su conocimiento, insisten en sus sospechas, tú mismo ves cuán sin razón insisten.

33. Sobre lo que efectivamente te escribí, que no había mandado yo a Roma libro alguno contra ti, te lo escribí primeramente porque yo distinguía el nombre del libro de aquella carta—por donde pensé que habías oído tú no sé qué rumor completamente distinto—, y luego, porque ni la misma carta la mandé yo a Roma, sino a ti. Y, finalmente, no pensaba fuera contra ti lo que yo sabía haber hecho con sincera amistad, ora para darte un aviso, ora para corregirte o que tú me corrigieras a mí. Mas, dejados aparte tus familiares, a ti mismo te suplico, por la gracia con que hemos sido redimidos, no pienses haber puesto en mi carta con insidiosa adulación todas aquellas altas cualidades de que la bondad del Señor te ha hecho merced. Pero, si en algo he pecado contra ti, perdóname. Tampoco quisiera tomaras muy por los cabos lo que te cité, acaso más tonta que eruditamente, como acontecido a no sé qué poeta, pues a renglón seguido añadí que no decía yo eso porque hubieras de recuperar los ojos del corazón (que Dios me libre decir que los hayas jamás perdido), sino para que estuvieras sobre aviso en mantenerlos sanos y despiertos. Así, pues, yo creí deber aludir a aquel hecho únicamente por razón de la palinodia, que es bien imitemos, si algo escribiéremos que hayamos de retractar en escrito posterior; no por razón de la ceguera de Estesícoro, que ni he atribuido ni he temido para tu corazón. Y por el mismo caso te ruego que con toda confianza

in honorem facta, et disposita in domo magna a Deo, in opus bonum. Quod si post hanc adtestationem meam, si in notitiam eorum uenerit, facere uoluerint; quam non recte faciant, et tu uides.

33. Quod sane scripseram, nullum me librum aduersus te Romam misisse, ideo scripseram, quia et libri nomen ab illa epistula discernebam. Vnde omnino nescio quid aliud te audisse existimaueram; et Romam nec ipsam epistulam, sed tibi miseram; et aduersus te non esse arbitrabar, quod sinceritate amicitiae, siue admonendum, siue ad te, uel me abs te corrigendum fecisse me noueram. Exceptis autem familiaribus tuis, te ipsum obsecro per gratiam qua redempti sumus, ut quaecumque tua bona, quae tibi Domini bonitate concessa sunt, in litteris meis posui, non me existimes insidioso blandiloquio posuisse. Si quid autem in te peccaui, dimittas mihi. Nec illud, quod de nescio cuius poetae facto ineptius fortasse, quam litteratius a me commemoratum est, amplius quam dixi, ad te trahas cum continuo subiecerim, non hoc ideo me dixisse, ut oculos cordis reciperes, (quos absit, inquam, ut amiseris) sed ut aduerteres quos sanos ac uigiles haberes. Propter solam ergo παλινῳδίαν si aliquid scripserimus, quod scripto posteriore destruere debeamus, imitandam, non propter Stesichori caecitatem, quam cordi tuo nec tribui, nec timui, adtingendum illud existimaui; atque identidem rogo, ut me fidenter corrigas, ubi mihi

me corrijas dondequiera vieres que necesito corrección. Porque si es cierto que, según los vocablos de honor que el uso de la Iglesia ha sancionado ya, el episcopado es superior al presbiterado, muchas cosas hay, sin embargo, en que Agustín es inferior a Jerónimo, si bien la corrección no ha de huirse o desdeñarse de cualquier inferior que viniere.

34. Respecto a tu traducción, ya me has convencido de la utilidad que trae tu traslación directa de las Escrituras, es decir, sacar a pública plaza lo que los judíos han corrompido u omitido. Pero te ruego me indiques a qué judíos te refieres: ¿Los mismos que tradujeron antes del advenimiento del Señor y, en este caso, quiénes o quién de ellos? ¿Acaso los posteriores, de quienes cabe pensar haber suprimido o corrompido algo de los códices griegos, para no verse convictos, por aquellos textos, de la fe cristiana? En cuanto a los anteriores, no hallo la razón por que quisieran hacerlo. Te ruego también nos mandes tu versión de los Setenta, que no sabía hubieras publicado. Igualmente deseo leer ese libro tuyo, de que haces mención, «Sobre la mejor manera de traducir», y saber además cómo haya que equilibrar en el traductor la pericia de las lenguas con las conjeturas de los que tratan a fondo la exégesis de las Escrituras. Estos es fuerza que, aun siendo ortodoxos y profesando una sola fe, presenten sentencias varias en muchos lugares oscuros, por más que la misma variedad no esté en desacuerdo con la unidad de la misma fe; como también un solo exégeta, según la misma fe, pueda exponer de modo distinto un mismo pasaje, pues lo consiente su oscuridad.

hoc opus esse perspexeris. Quamquam enim secundum honorum uocabula, quae iam ecclesiae usus obtinuit, episcopatus presbyterio maior sit, tamen in multis rebus Augustinus Hieronymo minor est, licet etiam a minore quolibet non sit refugienda uel dedignanda correctio.

34. De interpretatione tua iam mihi persuasisti, qua utilitate scripturas uolueris transferre de Hebraeis; ut scilicet ea quae a Iudaeis praetermissa uel corrupta sunt, proferres in medium; sed peto insinuare digneris a quibus Iudaeis, utrum ab eis ipsis, qui ante aduentum Domini interpretati sunt, et si ita est, quibus, uel quonam eorum; an ab istis posterius, qui propterea putari possunt, aliqua de codicibus Graecis uel subtraxisse, uel in eis corrupisse, ne illis testimoniis de Christiana fide conuincerentur. Ii autem anteriores cur hoc facere uoluerint, non inuenio. Deinde nobis mittas, obsecro, interpretationem tuam de Septuaginta, quam te edidisse nesciebam. Librum quoque tuum, cuius mentionem fecisti, «de optimo genere interpretandi», cupio legere; et adhuc nosse quomodo coaequanda sit in interprete peritia linguarum, coniecturis eorum qui scripturas disserendo pertractant; quos necesse est, etiamsi rectae atque unius fidei fuerint, uarias parere in multorum locorum obscuritate sententias, quamuis nequaquam ipsa uarietas ab eiusdem fidei unitate discordet; sicut etiam unus tractator, secundum eandem fidem, aliter atque aliter eundem locum potest exponere, quia hoc eius obscuritas patitur.

35. La razón por que deseo tu versión de los Setenta es, primeramente, a ver si nos vemos libres de tanta ignorancia de los traductores latinos que, calificados o no, se atrevieron a poner manos en eso, y, en segundo lugar, a ver si los que imaginan que veo con malos ojos tus útiles trabajos se convencen por fin, si ello es posible, de que, si no quiero que se lea en las iglesias tu traducción del hebreo, es por no ir contra la autoridad de los Setenta y perturbar así con un magno escándalo a estas gentes cristianas, cuyos oídos e inteligencia están acostumbrados a aquella versión, que fue por añadidura aprobada por los apóstoles. De ahí que aquella mata de Jonás (4,6), si en el hebreo no es ni hiedra ni calabaza, sino qué sé yo qué otra planta que estriba en su propio tronco y no necesita de rodrigones para mantenerse derecha, yo preferiría que en toda la latinidad se leyera «calabaza» *(cucurbita)*. Realmente, no pienso que los Setenta pusieran eso sin razón, sino porque sabían que tenía su semejanza con lo del hebreo.

36. Creo haber respondido bastante, y aun más que bastante, a tus tres cartas, dos de las cuales he recibido por Cipriano y una por Firmo. Tú contesta lo que te pareciere para instrucción mía o de los otros. Con la ayuda del Señor pondré más diligente cuidado en que las cartas que te escribo lleguen a ti antes que a cualquiera que las eche a volar por ahí. Realmente confieso no quisiera que suceda con las que tú me escribas lo que con toda justicia protestas haya sucedido con las mías a ti. Sin embargo, plázcanos mutuamente no sólo la caridad, sino también la libertad

35. Ideo autem desidero interpretationem tuam de Septuaginta, ut et tanta Latinorum interpretum, qui qualescumque hoc ausi sunt, quantum possumus inperitia careamus: et hi, qui me inuidere putant utilibus laboribus tuis, tandem aliquando, si fieri potest, intellegant, propterea me nolle tuam ex Hebraeo interpretationem in ecclesiis legi, ne contra Septuaginta auctoritatem, tanquam nouum aliquid proferentes, magno scandalo perturbemus plebes Christi, quarum aures et corda illam interpretationem audire consueuerunt, quae etiam ab apostolis adprobata est. Vnde illud apud Ionam uirgultum, si in Hebraeo nec hedera est, nec cucurbita, sed nescio quid aliud, quod trunco suo nixum, nullis sustentandum adminiculis erigatur: mallem iam in omnibus Latinis «cucurbitam» legi. Non enim frustra hoc puto Septuaginta posuisse, nisi quia et huic simile sciebant.

36. Satis me, immo fortasse plus quam satis, tribus epistulis tuis respondisse arbitror; quarum duas per Cyprianum accepi, unam per Firmum. Rescribe quod uisum fuerit ad nos uel alios instruendos. Dabo autem operam diligentiorem, quantum me adiuuat Dominus, ut litterae quas ad te scribo prius ad te perueniant quam ad quemquam a quo latius dispergantur. Fateor enim nec mihi hoc fieri uelle de tuis ad me, quod de meis ad te factum iustissime expostulas. Tamen placeat nobis inuicem non tantum caritas, uerum etiam libertas amicitiae; nec apud me taceas,

de la amistad. Ni tú conmigo ni yo contigo callemos lo que en nuestras cartas pueda chocarnos, con aquella intención, claro está, que no desplace a los ojos de Dios en la fraterna caridad. Ahora, si piensas que eso no puede hacerse entre nosotros sin lastimar perniciosamente el amor mismo, no se haga. Yo quisiera efectivamente tener contigo una caridad realmente mayor; pero más vale ésta, menor, que no tener ninguna.

117 A UNA MADRE Y SU HIJA, RESIDENTES EN LA GALIA

El mismo San Jerónimo, en su *Adv. Vigilantium,* después de despacharse a su gusto contra el «monstruo» de las Galias, termina así su vapuleo inicial: *Sed iam tempus est ut ipsius uerba ponentes, ad singula respondere nitamur. Fieri enim potest ut rursum malignus interpres dicat fictam a me esse materiam, cui rhetorica declamatione respondeam, sicut illa quam scripsi ad Gallias, matri et filiae inter se discordantibus.* Se trataría, pues, en esta carta 117 de destinatarios fingidos, según la tesis de dom De Bruyne (que la extiende a varias otras), de una *declamatio* a estilo escolar sobre un tema dado. La *declamatio* se supone además *extemporalis,* improvisada, a la luz de una candileja, en una breve velada, pues por la mañana le reclamaba el trabajo quien se lo había encargado. Mas si hubo quien se los encargó, no sería una *declamatio* totalmente fingida. Acaso un peregrino ignoto le habló del caso de la madre e hija en desavenencia y ello le bastó a San Jerónimo para dictar rápidamente esta diatriba contra los agapetas. A esta ralea de gentes aludió ya con nada blandas palabras en la carta 22 o *libellus de servanda uirginitate: Pudet dicere, pro nefas! triste, sed uerum est: Unde in ecclesias pestis agapetarum introiit? (Epist.* 22,14). Son las llamadas *uirgenes subintroductae (syneisactai),* que tanto dieron que hablar en los primeros siglos de la Iglesia. A la costumbre de cohabitar ascetas de uno y otro sexo bajo un mismo techo se alude, sin duda, por vez primera en la llamada carta primera de San Clemente a los vírgenes, que se fecha hacia mediados del siglo III (es, por ende, pseudoclementina): «Estamos persuadidos, hermanos, que pensáis aquellas cosas que se requieren para vuestra vida. Mas, si hablamos así de las cosas que hablamos, es por los malos rumores que corren ahora acerca de ciertos hombres sin pudor que, so capa de piedad, habitan con vírgenes en la misma casa, y se exponen al peligro, o andan solos con ellas

uel ego apud te, quod in nostris litteris uicissim nos mouet; eo scilicet animo qui oculis Dei in fraterna dilectione non displicet. Quod si inter nos fieri posse sine ipsius dilectionis perniciosa offensione non putas, non fiat. Illa enim caritas quam tecum habere uellem, profecto maior est: sed melius haec minor, quam nulla est.

por el camino y la soledad; camino, por cierto, lleno de peligros y lleno de tropiezos y de lazos de hoyas...» (*Padres Apostólicos:* BAC [1950] p.283). No nos incumbe seguir la historia de esta costumbre, que se mostró muy tenaz y resistió a las invectivas de San Jerónimo y a la elocuencia, bien dura, por cierto, en este caso, de San Juan Crisóstomo. Esta carta es un documento más de su existencia en los comienzos del siglo V.

Fecha: 405-406.

1. Me ha referido un hermano procedente de la Galia que tiene una hermana virgen y una madre viuda, las cuales, en la misma ciudad, viven en casas separadas. Y sea por la soledad de su vivienda, sea para guardar su hacendilla, han tomado como superiores a ciertos clérigos, de modo que ha sido mayor el deshonor al juntarse con extraños que lo fuera al separarse una de otra. Yo gemí al oírlo, y mucho más daba a entender callando que hablando, cuando el otro: «Yo te ruego, me dijo, las corrijas con una carta tuya y las reduzcas a la concordia, de manera que la madre reconozca a su hija y la hija a su madre». Y yo: «Magnífica provincia, le contesté, me señalas: lo que no pudo un hiio y un hermano, lo va a reconciliar un extraño. Como si yo tuviera una cátedra episcopal y no estuviera recluido en mi celdilla y apartado lejos de las gentes, ora llorando mis pasados pecados, ora esforzándome para no cometer los nuevos. Además, es incongruente estar corporalmente oculto y vagar, con la lengua, por todo el orbe». Y él: «Estás, me replicó, demasiado tímido. ¿Dónde está aquella firmeza de antaño con la que, restregando con puñados de sal a la Urbe, reprodujiste algo del ingenio de Lucilio?» (cf. HORAT., *Sat.* I 10,3ss). «Esto es, le dije yo, lo que me es-

117 . AD MATREM ET FILIAM IN GALLIA COMMORANTES

1. Rettulit mihi quidam frater e Gallia, se habere sororem uirginem, matremque uiduam, quae in eadem urbe diuisis habitarent cellulis, et uel ob hospitii solitudinem, uel ob custodiendas facultatulas, praesules sibi quosdam clericos adsumpsissent; ut maiore dedecore iungerentur alienis, quam a se fuerant separatae. Cumque ego ingemescerem, et multo plura tacendo quam loquendo significarem; quaeso te, inquit, corripias eas litteris tuis, et ad concordiam reuoces; ut mater filiam, filia matrem agnoscat. Cui ego: Optimam, inquam, mihi iniungis prouinciam: ut alienus conciliem, quas filius fraterque non potuit. Quasi uero episcopalem cathedram teneam, et non clausus cellula, ac procul a turbis remotus, uel praeterita plangam uitia, uel uitare nitar praesentia. Sed et incongruum est latere corpore, et lingua per orbem uagari. Et ille: Nimium, ait, formidolosus. Vbi illa quondam constantia in qua multo sale orbem defricans, Lucilianum quippiam rettulisti? Hoc est, aio, quod me fugat, et labra diuidere non sinit. Postquam enim arguendo crimina, factus sum criminosus, et iuxta tritum uulgi sermone prouerbium: Iurantibus, et ne-

panta y no me deja despegar los labios. Y es así que desde que, acusando pecados, yo también he sido acusado y, según el refrán trillado del vulgo, al jurar y negar todos, yo no creo ya tener ni tocar mis orejas; desde que las paredes mismas resonaban de maldiciones contra mí, *y los que bebían vino entonaban canciones a mi cuenta* (Ps 78,13), forzado por el mal, aprendí a callar. Porque pensaba ser mejor poner un centinela a mi boca y una puerta de defensa a mis labios que no dejar que mi corazón resbale hacia palabras de maldad y, mientras ataco los vicios, caigo yo en el de la detracción». A lo que el otro: «No es, me dijo, detracción decir la verdad, y una corrección particular no sienta doctrina general, pues será raro o nadie quien sea igualmente reo de pareja culpa. Yo te ruego, pues, que no consientas sea vana mi venida después de las molestias de tan largo viaje. El Señor sabe que, después de la visita de los santos lugares, la causa principal que me impulsó a emprenderlo fue que, con tu carta, me devolvieras a mi hermana y madre». Y yo: «Pues sí, le contesté, voy a hacer lo que quieres; pues, por una parte, la carta vendrá de ultramar, y una sátira, dictada con un fin especial, no puede hallar muchos a quienes muerda. En cuanto a ti, te aviso que mantengas secreto este discurso. Te lo llevas como aderezo de camino; si le hacen caso, nos alegraremos juntos; si—lo que más bien pienso—lo desprecian, yo habré perdido mis palabras, y tú, tu largo viaje».

2. Primeramente deseo que sepáis, hermana e hija, que no os escribo porque sospeche de vosotras nada avieso. Justamente para que los otros no lo sospechen, os ruego que volváis a la concordia. De lo contrario (¡lo que Dios no permita!), de creer que

gantibus cunctis, me aures nec credo habere nec tango: ipsique parietes in me maledicta resonarunt, *et in me psallebant qui bibebant uinum:* coactus malo tacere didici, rectius esse arbitrans, ponere custodiam ori meo, et ostium munitum labiis meis, quam declinare cor meum in uerba malitiae: et dum carpo uitia, in uitium detractionis incurrere. Quod cum dixissem: Non est, inquit, detrahere, uerum dicere: nec priuata correptio generalem doctrinam facit; cum aut rarus, aut nullus sit, qui sub huius culpae reatum cadat. Quaeso ergo te, ne me tanto itinere uexatum, frustra uenisse patiaris. Scit enim Dominus, quod post uisionem sanctorum locorum, hanc uel maxime causam habui, ut tuis litteris sorori me redderes et matri. Et ego: Iam iam, inquam, quod uis faciam: nam et epistulae transmarinae sunt, et specialiter sermo dictatus, raros potest inuenire quos mordeat. Te autem moneo, ut clam sermonem hunc habeas. Cumque portaueris pro uiatico, si auditus fuerit, laetemur pariter, sin autem contemptus, quod et magis reor, ego uerba perdiderim, tu itineris longitudinem.

2. Primum scire uos cupio, soror et filia, me non idcirco scribere, quia aliquid de uobis sinistrum suspicer; sed ne ceteri suspicentur uestram orare concordiam. Alioquin (quod absit) si peccatorum uos aestimarem

estáis pegadas por la liga de los pecados, no os escribiría una palabra, pues sería contar un cuento a un sordo (TERENT., *Heaut.* 222). En segundo lugar os suplico que, si escribo alguna cosa un poco mordaz, no lo achaquéis tanto a mi severidad cuanto a lo grave de la enfermedad. Las carnes gangrenadas se curan con hierro y cauterio. Los venenos se expelen con antídoto de serpientes. Lo que mucho duele, con mayor dolor se expele. Finalmente, digo que, aunque la conciencia no tenga herida alguna, la fama, sin embargo, padece descrédito. Se trata de madre e hija, nombres que son de piedad, lazos de la naturaleza, alianza segunda después de la de Dios. Amaros no merece loa; que os aborrezcáis, es un crimen. El Señor Jesús estuvo sumiso a sus padres, veneraba a su madre, de quien era el verdadero padre. Honraba a su padre nutricio, a quien El realmente nutría. Se acordaba de que la una lo había llevado en su seno y el otro en sus brazos. Por eso, aun colgado de la cruz, encomienda al discípulo la madre, a la que nunca, antes de la cruz, había abandonado.

3. En cuanto a ti, hija (dejo, en efecto, de hablar a la madre, a la que acaso la edad, la flaqueza, la solicitud hace excusable); tú, hija, digo, ¿cómo tienes por estrecha la casa de aquella cuyo seno no se te hizo estrecho? Por diez meses estuviste encerrada en su útero, ¿y no aguantas un solo día en el mismo cuarto que tu madre? ¿Es que no puedes soportar sus ojos? ¿Es que huyes un testigo doméstico, puesto caso que entiende más fácilmente todos tus movimientos aquella que te engendró, te crió y te ha conducido a la edad que tienes? Si eres virgen, ¿por qué temes una guarda diligente? Si estás corrompida, ¿por qué no te casas públicamente? La segunda tabla después del naufragio es

glutino cohaesisse, nunquam scriberem; sciremque me surdis narrare fabulam. Deinde hoc obsecro, ut si mordacius quippiam scripsero, non tam meae austeritatis putetis esse, quam morbi. Putridae carnes ferro curantur et cauterio: uenena serpentino pelluntur antidoto. Quod satis dolet, maiori dolore expellitur. Ad extremum hoc dico, quod etiam si conscientia uulnus non habeat, habet tamen fama ignominiam. Mater et filia, nomina pietatis, officiorum uocabula, uincla naturae secundaque post Deum foederatio. Non est laus, si uos diligitis: scelus est, quod odistis. Dominus Iesus subiectus erat parentibus suis: uenerabatur matrem, cuius erat ipse pater. Colebat nutricium, quem nutrierat: gestatumque se meminerat alterius utero, alterius brachiis. Vnde et in cruce pendens, commendat parentem discipulo, quam numquam ante crucem dimiserat.

3. Tu uero, filia (iam enim desino ad matrem loqui, quam forsitan et aetas et inbecillitas, ac solitudo excusabilem facit), tu, inquam, filia, eius domum angustam iudicas, cuius non tibi fuit uenter angustus? Decem mensibus utero clausa uixisti, et uno die in uno cubiculo cum matre non duras? An oculos eius ferre non potes? et, quia omnes motus tuos, illa, quae genuit, quae aluit, et ad hanc perduxit aetatem, facilius intellegit testem domesticam fugis? Si uirgo es, quid times diligentem custo-

templar, por lo menos, con ese remedio el desaguisado que se cometió. Y no digo esto porque intente suprimir la penitencia después del pecado, de manera que lo mal hecho, mal continúe. Lo que afirmo es que desespero de la separación cuando se ha dado pareja unión. Por lo demás, si te refugias, después de la caída, en tu madre, más fácilmente podrás llorar con ella lo que por su ausencia has perdido. Y si estás aún entera y no lo has perdido, está sobre aviso no lo pierdas. ¿Qué necesidad tienes de vivir en una casa en que diariamente estás en la alternativa o de vencer o de perecer? ¿Qué mortal puede dormir tranquilo junto a una víbora, que, si no hiere, por lo menos inquieta? Más seguro es no poder perecer que no, no haber perecido junto al peligro. En un caso hay tranquilidad; en otro, habilidad en maniobrar con el timón. Allí nos alegramos, aquí escapamos.

4. Pero tal vez me respondas: «Mi madre no es de muy buenas costumbres, busca las cosas del siglo, ama las riquezas, no sabe lo que es ayuno, se pinta los ojos con antimonio, quiere salir bien compuesta y es un obstáculo a mi profesión religiosa. Yo no puedo vivir con persona así». En primer lugar, si realmente es tal como tú la acusas, tendrás mayor galardón si no la abandonas. Ella te llevó mucho tiempo en su seno, te crió por mucho tiempo y, con blando amor materno, soportó el carácter de tu infancia mucho más difícil. Lavó la suciedad de sus trapos y muchas veces se manchó de sucia caca. Se sentó junto a tu cama de enferma y, después de soportar sus molestias por causa tuya, soportó también las tuyas propias. Te ha conducido hasta la edad que

diam? si corrupta, cur non palam nubis? Secunda post naufragium tabula est, quod male coeperis, saltim hoc remedio temperare. Neque uero hoc dico, quod post peccatum tollam paenitentiam, ut quod male coepit, male perseueret: sed quod desperem in istius modi copula diuulsionem. Alioquin si ad matrem migraueris post ruinam, facilius poteris cum ea plangere, quod per illius absentiam perdidisti. Quod si adhuc integra es, et non perdidisti, serua ne perdas. Quid tibi necesse est in ea uersari domo, in qua necesse habes cotidie aut perire, aut uincere? Quisquamne mortalium iuxta uiperam securos somnos capit? quae etsi non percutiat, certe sollicitat. Securius est perire non posse, quam iuxta periculum non perisse. In altero tranquillitas est, in altero gubernatio. Ibi gaudemus, hic euadimus.

4. Sed forte respondeas: non bene morata mater est, res saeculi cupit, amat diuitias, ignorat ieiunium, oculos stibio linit, uult compta procedere, et nocet proposito meo, nec possum cum huiuscemodi uiuere. Primum quidem etiam si talis est, ut causaris, maius habebis praemium, si talem non deseras. Illa te diu portauit, diu aluit, et difficiliores infantiae mores blanda pietate sustinuit. Lavit pannorum sordes et inmundo saepe foedata est stercore. Adsedit aegrotanti, et quae propter te sua fastidia sustinuerat, tua quoque passa est. Ad hanc perduxit aetatem, ut Christum amares, docuit. Non tibi displiceat eius conuersatio, quae te sponso tuo uirginem

tienes, te ha enseñado a amar a Cristo. No te desplazca el trato con aquella que te consagró virgen a tu esposo. Y si es inaguantable y huyes de su vida regalada y es, como soléis decir vulgarmente, una madre mundana, tienes a las vírgenes extrañas, tienes el coro santo de la castidad. ¿Por qué abandonas a tu madre y te vas tras ese que caso haya también dejado a su hermana y madre? ¡Es que aquélla es difícil y éste fácil; aquélla pendenciera, y éste tranquilo! Pues yo te pregunto si lo has seguido o posteriormente lo has encontrado. Si lo has seguido, es patente por qué has abandonado a tu madre; si lo has hallado posteriormente, das a entender lo que no pudiste hallar en la vivienda de tu madre. Duro maestro, y que me atravieso con mi propia espada: *El que anda con sencillez,* dice la Escritura, *anda con confianza* (Prov 10,9). Yo callaría, si me remordiera la conciencia, y no reprendería en los otros mi propio pecado. No quisiera ver, a través de la viga de mi ojo, la paja del ajeno. Pero es lo cierto que vivo retirado entre mis hermanos, y, gozando honestamente de su trato ante testigos, hago raras visitas y rara vez soy visitado. Suma impudencia es que no quieras imitar la modestia de Aquel cuyo ejemplo profesas seguir. A lo que acaso me repliques: «También a mí me basta mi conciencia. Tengo a Dios por juez y El es también testigo de mi vida. No me importa lo que digan los hombres». Pues oye lo que escribe el Apóstol: *Hay que mirar al bien, no sólo delante de Dios, sino también delante de los hombres* (Rom 12,17). Si alguno te critica porque eres cristiana, porque has abrazado la virginidad, no te importe haber abandonado a tu madre para vivir entre las vírgenes en el monasterio. Pareja detracción es una gloria. Cuando en la virgen de Dios no se censura la desenvoltura, sino la

consecrauit. Quod si ferri non potest, et delicias eius fugis atque ut uulgo soletis dicere, saecularis est mater, habes alienas uirgines, habes sanctum pudicitiae chorum. Quid matrem deserens, eum eligis qui suam forsitan sororem reliquit et matrem? Illa difficilis, sed iste facilis; illa iurgatrix, iste placabilis. Quem quaero utrum secuta sis, an postea inueneris. Si secuta es, manifestum est cur matrem reliqueris, si postea repperisti, ostendis quid in matris hospitio non potueris inuenire. Durus doctor, et meo mucrone me uulnerans: *Qui ambulat,* inquit, *simpliciter, ambulat confidenter.* Tacerem, si me remorderet conscientia, et in aliis meum crimen non reprehenderem: nec per trabem oculi mei alterius festucam uiderem. Nunc autem cum inter fratres procul habitans, eorumque fruens contubernio honeste sub arbitris, et uideam raro, et uidear: inpudentissimum est eius te uerecundiam non sequi, cuius te sequi testeris exemplum. Quod si dixeris: et mihi sufficit conscientia mea: habeo Deum iudicem, qui meae vitae testis est; non curo quid loquantur homines, audi Apostolum scribentem: *Prouidentes bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus.* Si quis te carpit, quod sis Christiana, quod uirgo, ne cures, quod ideo dimiseris matrem, ut in monasterio inter uirgines uiueres: talis detractio laus tua est. Vbi non luxuria in puella Dei, sed duri-

dureza, esa crueldad es piedad o amor filial. Prefieres a tu madre Aquel que tienes mandato de preferir a tu propia alma. Y si ella también lo prefiere, te sentirá como hija y hermana.

5. ¿Pues qué? ¿Es un crimen tener trato con un hombre santo? Me llevas con la cabeza baja ante el tribunal para ponerme en la alternativa: o probar y aprobar lo que no quiero o sufrir la malquerencia de muchos. Un hombre santo no separa jamás a la hija de su madre: a una y otra recibe, a una y otra reverencia. Sea la hija cuan santa se quiera. La viudez de la madre es indicio de castidad. Si ese no sé quién es de tu edad, honre a tu madre como a la suya; si de edad más madura, ámete a ti como a hija y sométate a la disciplina de tu madre. No conviene a la fama de ninguno de los dos que te ame más que a tu madre, pues daría la impresión de que no ha buscado en ti el cariño, sino la edad. Y esto lo diría yo aun cuando no tuvieras un hermano monje, aun cuando carecieras de ayudas domésticas. Mas en el caso presente ¡ay dolor!, ¿por qué se entremete un extraño entre la madre y el hermano (y una madre viuda y un hermano monje)? Bueno es, indudablemente, que te des cuenta de que eres hija y hermana. Y si no puedes las dos cosas y rechazas a tu madre por dura, plázcate por lo menos tu hermano. Si el hermano es un poco áspero, sea más blanda la que te engendró. ¿Por qué palideces? ¿Por qué te excitas? ¿Por qué se derrama el rubor por tus mejillas y, por el temblor de tus labios, delatas la impaciencia de tu pecho? El solo amor que vence al de la madre y hermano es el amor de la esposa.

6. Me entero, además, que paseas por las fincas de las afue-

tia carpitur, crudelitas ista pietas est. Illum enim praefers matri, quem praeferre iuberis et animae tuae. Quem si et ipsa praetulerit, et filiam te sentiet et sororem.

5. Quid igitur? scelus est sancti uiri habere contubernium? Obtorto collo me in ius trahis ut aut probem quod nolo, aut multorum inuidiam subeam. Sanctus uir numquam filiam a matre seiungit: utramque suscipit, utramque ueneratur. Sit quamlibet sancta filia, mater uidua indicium castitatis est. Si coaeuus tuus est ille nescio quis, matrem tuam honoret ut suam; si senior, te ut filiam diligat, et parentis subiciat disciplinae. Non expedit amborum famae, plus te illum amare quam matrem: ne non uideatur affectum in te eligere, sed aetatem. Et hoc dicerem, si fratrem monachum non haberes, si domesticis careres praesidiis. Nunc uero, pro dolor, inter matrem atque germanum (et matrem uiduam, fratremque monachum), cur se alienus interserit? Bonum quidem est, ut te et filiam noueris et sororem. Si autem utrumque non potes, et mater quasi dura respuitur, saltim frater placeat. Si frater asperior est, mollior sit illa quae genuit. Quid palles? quid aestuas? quid uultum rubore suffundis, et trementibus labiis inpatientiam pectoris contestaris? Non superat amorem matris et fratris, nisi solus uxoris affectus.

6. Audio praeterea te suburbana, villarum amoenitates cum adfinibus

ras y las delicias de las villas con parientes y cuñados y gentes por el estilo. No dudo de que será una prima o hermana aquella para cuyo consuelo eres llevada como niñera de nuevo estilo. Dios me libre de sospechar que, aun siendo deudos y allegados, lo que buscas es compañía de hombres. Yo te ruego, pues, ¡oh virgen!, que me respondas: ¿Vas sola entre la caterva de tus deudos o junto con tu amante? Por muy descarada que seas, no te atreverás a ponerlo ante los ojos de los seculares. Si lo hicieras, toda tu familia te cantaría a ti y a él, todos los dedos os señalarían. La misma hermana, afín o cuñada que, para adularte, lo llamarán ante tu presencia santo y religioso, apenas hayas vuelto la espalda se reirán de ese portentoso marido. Pero si vas sola (que es lo que yo más creo), no hay duda que andarás, vestida de ropas pardas, entre criados adolescentes, entre mujeres casadas o casaderas, entre chiquillas retozonas, entre mozos bien peinados y vestidos de lino. Algún barbadillo te dará la mano, te sostendrá si estás cansada y, apretándote con los dedos, o será tentado o te tentará. Tendrás que asistir a un convite entre señores y matronas, esperarás los ajenos besos y manjares de antemano gustados, y, sin escándalo tuyo, admirarás en los otros vestidos de seda y oro. En el convite mismo te verás como forzada a comer carne. Para que bebas vino, te lo ensalzarán como criatura de Dios. Para que te bañes, se abominará de la suciedad. Y cuando, a despecho de tu resistencia, hicieres algo de lo que te aconsejan, todos a coro te proclamarán pura, sencilla, señora y verdaderamente noble. Entre tanto, algún cantante hará resonar la mesa, y entre las canciones

atque cognatis et istiusmodi genus hominibus circumire. Nec dubito quin uel consubrina, uel soror sit, in quarum solacium noui generis ducaris adsecula. Absit quippe, ut quamuis proximi sint et cognati, uirorum te suspicer captare consortia. Obsecro ergo te, uirgo, ut mihi respondeas: sola uadis in comitatu propinquorum, an cum amasio tuo? Quamuis sis inpudens, saecularium oculis eum ingerere non audebis. Si enim hoc feceris, et te et illum familia uniuersa cantabit: uos cunctorum digiti denotabunt; ipsa quoque soror, aut adfinis, siue cognata, quae in adulationem tui, sanctum et nonnum coram te uocant, cum se paululum conuerterit, portentosum ridebit maritum. Sin autem sola ieris (quod et magis aestimo) utique inter seruos adulescentes, inter maritas feminas atque nupturas, inter lasciuas puellas, et comatos linteatosque iuuenes, furuarum uestium puella gradieris. Dabit tibi barbatulus quilibet manum, sustentabit lassam; et pressis digitis, aut temptabitur, aut temptabit. Erit tibi inter uiros matronasque conuiuium: expectabis aliena oscula, praegustatos cibos, et absque scandalo tuo, in aliis sericas uestes, auratasque miraberis. In ipso quoque conuiuio ut uescaris carnibus, quasi inuita cogeris. Vt uinum bibas, Dei laudabitur creatura. Vt laues balneis, sordibus detrahetur: et omnes te, cum aliquid eorum, quae suadent, si retractans feceris, puram, simplicem, dominam, et uere ingenuam conclamabunt. Personabit interim aliquis cantator ad mensam, et inter psalmos dulci modulatione currentes, quoniam

que corren con dulce modulación, como no se atreverá a hacerlo a las mujeres casadas, te lanzará a ti sus repetidas miradas, dado que no tienes quien te guarde. Hablará por señas, y lo que tenga miedo de decir lo dará a entender por gestos de sentimiento. Entre tales y tan grandes atractivos del placer, la deshonestidad doma aun a espíritus de hierro, y sufre tanto mayor hambre en las vírgenes cuanto imagina ser más dulce lo que ignora. Cuentan las fábulas de los gentiles que, al canto de las sirenas, los marinos se precipitaban a las rocas (HOM., *Odyss.* 12,166ss) ; y a la cítara de Orfeo se ablandaban las fieras y las duras peñas (HORAT., *Carm.* I 12,7ss). Es difícil guardar entre los banquetes la castidad. Un cutis esplendente pone de manifiesto un alma sucia.

7. Leímos de chicos en las escuelas y hemos visto en las plazas estatuas de bronce que parecían respirar cómo un hombre, casi en los puros huesos, ardía de ilícitos amores y antes se le acabó la vida que aquella fiebre (VIRG., *Aen.* 6,847). ¿Qué haces tú, niña de cuerpo sano, delicada, gordezuela, sonrosada, ardiendo entre las carnes, entre los vinos y los baños, junto a mujeres casadas, junto a mozalbetes? Aunque no concedas lo que se te pide, tienes el mero ser rogada como homenaje a tu hermosura. Un alma libidinosa persigue con más ardor lo honesto y sospecha ser más sabroso lo vedado. El mismo vestido pobre y pardo es indicio del ánimo que calla: si no tiene arruga, si se arrastra por tierra para que parezcas más alta, si se deja adrede descosida la túnica para que aparezca algo de dentro, que tape lo feo y se trasluzca lo hermoso. Los chapines mismos, negrillos y brillantes, con el crujido del andar, llama hacia la chica a los jóvenes. Los senos

alienas non audebit uxores, te, quae custodem non habes, saepius respectabit. Loquetur nutibus, et quicquid metuet dicere, significabit affectibus. Inter has et tantas inlecebras uoluptatum, etiam ferreas mentes libido domat, quae maiorem in uirginibus patitur famem, dum dulcius putat omne quod nescit. Narrant gentilium fabulae cantibus sirenarum nautas in saxa praecipites: et ad Orphei citharam arbores bestiasque ac silicum dura mollita. Difficile inter epulas seruatur pudicitia. Nitens cutis sordidum ostentat animum.

7. Legimus in scolis pueri, et spirantia in plateis aera conspeximus, aliquem ossibus vix haerentem, inlicitis arsisse amoribus, et ante uita caruisse quam peste. Quid tu facies puella sani corporis, delicata, pinguis, rubens, aestuans inter carnes, inter uina, et balneas, iuxta maritas, iuxta adolescentulos? Et si rogata non dederis, tamen putes formae testimonium, si rogeris. Libidinosa mens ardentius honesta persequitur; et quod non licet, dulcius suspicatur. Vestis ipsa uilis et pulla animi tacentis indicium est; si rugam non habeat; si per terram, ut altior uidearis, trahatur; si de industria dissuta sit tunica, ut aliquid intus appareat, operiatque quod foedum est, et aperiat quod formosum. Caliga quoque ambulantis nigella ac nitens stridore iuuenes ad se uocat. Papillae fasciolis conprimuntur, et crispanti cingulo angustius pectus artatur. Capilli, uel in frontem, uel

se aprietan con cintas, y con un ceñidor fruncido se recoge más estrechamente el pecho. Los cabellos caen blandamente sobre la frente o sobre las orejas. La mantilla se desliza a veces para desnudar los blancos hombros y, como si no quisiera ser vista, esconde a toda prisa lo que descubrió de buena gana. Y cuando tapa en público, como por vergüenza, la cara, con ardid de lupanar, sólo deja al descubierto lo que más placer puede dar a la vista.

8. Me responderás: ¿De qué me conoces? ¿Cómo, desde tan lejos, echas sobre mí tus ojos? Todo eso me lo han contado las lágrimas de tu hermano y sus gemidos, que eran a veces intolerables. ¡Y ojalá hubiera él mentido y me lo hubiera dicho antes temiendo que reprendiendo! Pero créeme, hermana: nadie llora al mentir. Se duele tu hermano que le haya sido preferido un mozo, no bien peinado, no con vestidos de seda, sino elegantillo y fino aun en la suciedad. El sella la bolsa, dirige el taller de tejido, distribuye las tareas, rige la familia y compra lo que se necesita al estado. Es mayordomo y señor y se adelanta a los servicios de los esclavos. No hay criado que no le roa los zancajos. Lo que la señora no les da, dicen a voz en cuello que lo ha sustraído él. La casta de los esclavos es de suyo quejumbrosa. Por más que se les dé, siempre les parece poco, pues no miran de cuánto, sino cuánto se les da, y consuelan su dolor de la sola forma que pueden: murmurando. Uno lo llama parásito, otro impostor; éste, cazaherencias, y el de más allá, con otro vocablo de nuevo cuño. Propalan que él mismo asiste al lecho, llama a las parteras si está la otra enferma, trae el orinal, calienta las sábanas y pliega las toallas o pañuelos. Los hombres creen con más facilidad lo malo, y cuanto se inventa paredes adentro se convierte en rumor puer-

in aures defluunt. Polliolum interdum cadit, ut candidos nudet umeros, et quasi uideri noluerit, celat festina, quod uolens retexerat. Et quando in publico quasi per uerecundiam operit faciem, lupanarum arte id solum ostendit, quod ostensum magis placere potest.

8. Respondebis: unde me nosti? et quomodo tam longe in me iactas oculos tuos? Fratris hoc tui mihi narravere lacrymae, et intolerabiles per momenta singultus. Atque utinam ille mentitus sit, et magis timens hoc quam arguens, dixerit! Sed mihi crede, soror: nemo mentiens plorat. Dolet sibi praelatum iuuenem, non quidem comatum, non uestium sericarum, sed trossulum et in sordibus delicatum qui ipse sacculum signet, textrinum teneat, pensa distribuat, regat familiam, emat quicquid de publico necessarium est. Dispensator et dominus, et praeueniens officia seruulorum, quem omnes rodant famuli: et quicquid domina non dederit, illum clamitent subtraxisse. Querulum seruulorum genus est, et quantumcumque dederis, semper eis minus est. Non enim considerant de quanto, sed quantum detur; doloremque suum solis, quod possunt, obtrectationibus consolantur. Ille parasitum, iste inpostorem, hic heredipetam, alius nouo quolibet appellat uocabulo. Ipsum iactant adsidere lectulo, obstetrices adhibere languenti, portare matulam, calefacere lintea, plicare fascio-

tas afuera. Y no te maravilles de que tales cosas inventen de vosotros criadillos y criadillas, cuando tu misma madre y hermano se quejan de lo mismo.

9. Haz, pues, lo que te aconsejo; primeramente, que te reconcilies con tu madre, y si esto no es posible, por lo menos con tu hermano. Y si detestas hostilmente estos nombres de tanto cariño, sepárate de ese que se dice has preferido a los tuyos. Y si ni esto siquiera puedes (si lo pudieras abandonar volverías a los tuyos), usa con alguna mayor honestidad de tu compañero. Separad vuestras viviendas; sea distinta la mesa, para evitar que los maldicientes que os acusan de vivir bajo un mismo techo digan también que tenéis lecho común. Puedes también tener el consuelo que has buscado para tus necesidades y evitar en parte la pública infamia. Eso sí, cuidado con aquella mácula que, según Jeremías, no puede lavarse con nitro alguno ni con hierba ninguna de bataneros. Cuando quieras que venga a verte y visitarte, busca testigos, que pueden ser amigos, libertos o esclavos. La buena conciencia no huye los ojos de nadie. Entre sin miedo y salga tranquilo. Los ojos callados, la palabra que calla y todo el porte del cuerpo delatan a menudo el miedo o la tranquilidad. Abre, te suplico, tus oídos y escucha el clamor de toda la ciudad. Ya habéis perdido vuestros propios nombres y os los han trocado el del uno por el del otro: se dice que tú eres de él y que él es tuyo. Esto lo oyen tu madre y hermano, y están preparados y os ruegan que os separéis para ellos, con lo que la infamia particular de vuestra unión resultaría gloria común. Estáte tú con tu madre,

las. Facilius mala credunt homines, et quodcumque domi fingitur, rumor in publico fit. Nec mireris, si ancillae et seruuli de uobis ista confingant, cum mater quoque id ipsum queratur et frater.

9. Fac igitur quod moneo, quod precor, ut primum matri, dehinc, si id fieri non potest, saltim fratri reconcilieris. Aut si ista tam cara nomina hostiliter detestaris, diuidere ab eo, quem tuis diceris praetulisse. Si autem et hoc non potes (reuerteris enim ad tuos, si illum possis deserere) uel honestius sodali tuo utere. Separentur domus uestrae, diuidaturque conuiuium, ne maledici homines sub uno tectulo uos manentes, lectulum quoque criminentur habere communem. Potes et ad necessitates tuas quale uoluisti habere solacium, et aliqua ex parte publica carere infamia. Quanquam cauenda sit macula, quae nullo nitro secundum Ieremiam, nulla fullonum herba lui potest. Quando uis ut te uideat et inuiset, adhibe arbitros, amicos, libertos, seruulos. Bona conscientia nullius oculos fugiet. Intret intrepidus, securus exeat. Taciti oculi, et sermo silens, et totius corporis habitus uel trepidationem interdum, uel securitatem loquuntur. Aperi quaeso aures tuas, et clamorem totius ciuitatis exaudi. Iam perdidistis uestra uocabula, et mutuo ex uobis cognomina suscepistis: tu illius diceris, et ille tuus. Hoc mater audit et frater; paratique sunt, et precantur uos sibi diuidere, et priuatam uestrae coniunctionis infamiam, laudem facere communem. Tu esto cum matre, sit ille cum fratre. Auden-

y él con tu hermano. Tú amarás con más atrevimiento al compañero de tu hermano, y tu madre amará más honestamente al amigo de su hijo que al de su hija. Si este consejo rechazas, si con fruncida frente repudias mis avisos, esta carta te gritará con voz libre: ¿Con qué derecho sitias a un criado ajeno? ¿Por qué a un ministro de Cristo lo haces esclavo tuyo? Mira a la gente, fíjate en las caras de cada uno. El lee en la iglesia y a ti te mira todo el mundo; si no es que, con licencia casi marital, blasonas de tu infamia y ya no puedes contenerte en la secreta deshonra. La procacidad la llamas libertad: *Te has hecho una cara de ramera, ya no sabes lo que es vergüenza* (Ier 3,3).

10. De nuevo vociferas que soy un maligno, de nuevo me llamas suspicaz, de nuevo soplón o chismoso. ¿Yo suspicaz, yo malintencionado, cuando puse por prefacio de esta carta que escribía porque no sospechaba? ¿No serás tú más bien negligente, disoluta y desdeñosa, que has encerrado entre tus brazos, como entre redes, a tus veinticinco años, a un mozalbete casi imberbe? ¡Bonito ayo por cierto que te avise y, con la severidad de su rostro, te infunda miedo, y si es cierto que no hay edad segura para la pasión, por lo menos con la cabeza cana defiéndate de la pública ignominia! Vendrá, vendrá el tiempo (pues el día se escurre sin darse uno cata) en que ese guapillo tuyo, como quiera que las mujeres se hacen pronto viejas, sobre todo si frecuentan a los hombres, hallará otra o más rica o más joven. Entonces te pesará de tu idea y te apenará tu pertinacia; pero habrás perdido ya la hacienda y la fama, y quedará bien dividido lo que fue mal ayun-

tius diligis sodalem fratris tui: honestius amabit mater amicum filii, quam filiae suae. Quod si nolueris, si mea monita rugata fronte contempseris, epistula tibi haec uoce libera proclamabit: Quid alienum seruum obsides? quid ministrum Christi tuum famulum facis? Respice ad populum, singulorum facies intuere. Ille in ecclesia legit, et te aspiciunt uniuersi: nisi quod paene licentia coniugali de tua infamia gloriaris. Nec iam secreto dedecore potes esse contenta. Procacitatem, libertatem uocas. *Facies meretricis facta est tibi, nescis erubescere.*

10. Iterum me malignum, iterum suspiciosum, iterum rumigerulum clamitas. Egone suspiciosus? egone maliuolus? qui, ut in principio epistulae praefatus sum, ideo scripsi, quia non suspicabar. An tu neglegens, dissoluta, contemptrix, quae annis nata uiginti et quinque, adulescentem necdum bene barbatulum, ita brachiis tuis, quasi cassibus inclusisti? Optimum reuera paedagogum, qui te moneat, qui asperitate frontis terreat. Et quamquam in nullis aetatibus libido sit tuta, tamen uel cano capite ab aperta defendat ignominia! Veniet, ueniet tempus (dies enim adlabitur, dum ignoras) et iste formosulus tuus, quia cito senescunt mulieres, maxime quae iuxta uiros sunt, uel ditiorem repperiet, uel iuniorem. Tunc te paenitebit consilii tui, et taedebit pertinaciae, quando et rem et famam

tado. A no ser que te tengas por muy segura y no temas la separación después que por tanto tiempo se ha consolidado el cariño.

11. Tampoco tú, madre, a quien la edad pone a cubierto de la maledicencia, has de buscar vengarte de manera que peques. Aprenda antes bien tu hija a separarse de ti que tú a apartarte de ella. Tienes un hijo, una hija, un yerno o, mejor dicho, un compañero de tu hija. ¿A qué buscas consuelos extraños y atizas fuegos dormidos? Más honroso es para ti sostener por lo menos a tu hija en su culpa que no buscar ocasión para la tuya. Esté contigo el hijo monje, sostén de tu piedad y tu viudez. ¿Qué tienes tú que ver con un hombre extraño en una casa señaladamente que no pudo albergar al hijo y a la hija? Por tu edad puedes ya tener nietos de tu hija. Invítalos que vengan contigo uno y otro. Vuelva con un hombre la que salió sola. Con un hombre digo, no con un marido. Nadie me calumnie. He querido indicar el sexo, no el matrimonio. O si le da vergüenza y se niega y le parece estrecha la casa en que nació, marchad vosotros a su morada. Por estrecha que ésta sea, más fácilmente puede albergar a una madre y un hermano que no a un hombre extraño, con quien ciertamente no puede ella permanecer en una sola habitación. Vivan en una sola casa dos hembras y en otra dos varones. Ahora, si ese tercero, tu alimentador de viejos, no quiere marcharse y se subleva y alborota a la gente, sea el tronco de dos o tres caballos, vuestro hermano e hijo le presentará a una hermana y una madre Otros lo llamarán suegro y yerno; él lo tendrá por nutricio y hermano.

amiseris, quando quod male iunctum fuerat diuidetur bene. Nisi forte secura es, et coalescente tanti temporis caritate, discidium non uereris.

11. Tu quoque, mater, quae propter aetatem maledicta non metuis, noli sic uindicari, ut pecces. Magis a te discat filia separari, quam tu ab illa disiungi. Habes filium, et filiam, et generum, immo contubernalem filiae tuae. Quid quaeris aliena solacia, et ignes iam sopitos suscitas? Honestius tibi est saltim culpam filiae sustentare, quam occasionem tuae quaerere. Sit tecum filius monachus, pietatis uiduitatisque praesidium. Quid tibi alienum hominem, in ea praesertim domo, quae filium et filiam capere non potuit? Eius iam aetatis es, ut possis nepotes habere de filia. Inuita ad te utrumque. Reuertatur cum uiro, quae sola exierat. Virum dixi, non maritum. Nemo calumnietur. Sexum significare uolui, non coniugium. Aut si erubescit, et retractat, et domum, in qua nata est, arbitratur angustam, uos ad eius hospitiolum pergite; quamuis artum sit, facilius potest matrem et fratrem capere, quam alienum hominem, cum quo certe in uno cubiculo manere non poterat. Sint in una domo duae feminae, duo masculi. Sin autem et tertius ille γηροβοσκὸς tuus abire non uult, et seditiones ac turbas concitat, sit biga, sit triga, frater uester ac filius, et sororem illi exhibebit et matrem. Alii uitricum et generum uocent, ille nutricium appellet et fratrem.

12. Todo esto lo he dictado con rápida palabra en una breve velada, con ánimo primeramente de satisfacer el deseo de quien me lo pidiera, y luego, para ejercicio, como si dijéramos, en materia escolar (y es así que el mismo día por la mañana llamaba a la puerta el que estaba de partida). Juntamente he querido demostrar a mis criticones que también yo puedo decir todo lo que me viniere a la boca. De ahí que ha sido poco lo que he tocado de las Escrituras, y, contra la costumbre de otros libros míos, no he entretejido mi discurso con flores de ellas. La dicción ha sido improvisada y corrió con tanta facilidad a la luz de la lamparilla, que la lengua se adelantaba a la mano de los taquígrafos y la volubilidad de mis palabras abrumaba a los signos y hurtos de vocablos de éstos. Lo cual sea dicho a fin de que quien no quiera perdonar a mi ingenio, perdone por lo menos al tiempo.

118 Exhortatoria a Juliano

summationis atque iudicii in corporibus repperiendi sunt, cum aliis sanctis, qui ex mortuis resurrecturi sunt, rapientur in nubibus obuiam Christo in aera, et non gustabunt mortem: eruntque semper cum Domino, grauissima mortis necessitate calcata. Vnde ait Apostolus: *Omnes quidem non dormiemus, omnes autem inmutabimur*. Qui enim ex mortuis resurrexerint, et in nubibus uiuentes rapti fuerint, transibunt ad incorruptionem, et mortalitatem inmortalitate mutabunt; non in tempore, non saltim in breui spatio, sed in atomo et in puncto temporis, atque momento quo palpebra oculi moueri potest, in nouissima tuba. Tanta enim fiet celeritate resurrectio mortuorum, ut uiui, quos in corporibus suis consummationis tempus inuenerit, mortuos de infernis resurgentes, praeuenire non ualeant. Quod manifestius Paulus edisserens, ait: *Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos inmutabimur. Oportet enim corruptibile istud induere incorruptionem, et mortale hoc induere inmortalitatem*, ut possint in utramque partem, uel in poenis, uel in caelorum regno manere perpetuum.

3. Diodorus, Tarsensis episcopus, praeterito hoc capitulo, in consequentibus breuiter adnotauit: in eo quod scriptum est: *et mortui resurgent incorrupti et nos inmutabimur*. Si, inquit, incorrupti resurgent mortui, haud dubium quin et ipsi ad meliora mutati. Quid necesse fuit dicere, «et nos inmutabimur»? An hoc uoluit intellegi quod incorruptio

el Apóstol dar a entender que la incorrupción es común a todos y la inmutación propia de los justos. Es decir, éstos no conseguirán sólo la incorrupción y la inmortalidad, sino también la gloria.

4. Apolinar, aunque con otras palabras, afirmó lo mismo que Teodoro: Algunos no morirán, sino que serán arrebatados de la vida presente a la futura, y, con sus cuerpos mudados y glorificados, estarán con Cristo. Que es lo que ahora creemos de Enoc y Elías.

5. Dídimo, pasando no con los pies, sino con palabras, a la sentencia de Orígenes, camina por senda contraria: *He aquí un gran misterio que os hablo: Todos, ciertamente, dormiremos; pero no todos seremos mudados.* Lo que explicó así: «Si la resurrección no necesitara de intérprete, si no tuviera oscuridad en su sentido, nunca Pablo hubiera añadido a lo mucho que sobre ella dijo lo que sigue: *Mirad que os digo un misterio grande: Todos, ciertamente, dormiremos,* es decir, moriremos; *pero no todos,* sino sólo los santos, *seremos mudados.* Sé que en algunos códices se escribe: *No todos, ciertamente, dormiremos; pero todos seremos mudados.* Pero hay que considerar si a lo que precede: *Todos seremos cambiados,* conviene lo que sigue: *Los muertos resucitarán incorruptibles, y nosotros quedaremos mudados.* Si todos han de ser mudados, y ello es cosa común con los demás, era ocioso decir que también nosotros seremos mudados. Por lo tanto, hay que leer: *Todos, ciertamente, dormiremos; pero no todos seremos mudados.* Porque si en Adán se muere, y en la muerte está la dormición, luego todos dormiremos, es decir, moriremos. Ahora bien,

communis sit omnium, inmutatio autem proprie iustorum? dum non solum incorruptionem et inmortalitatem, sed et gloriam consequuntur.

4. Apollinaris licet aliis uerbis, eadem quae Theodorus adseruit: quosdam non esse morituros, et de praesenti uita rapiendos in futuram, ut mutatis glorificatisque corporibus, sint cum Christo. Quod nunc de Enoch et Elia credimus.

5. Didymus non pedibus, sed uerbis in Origenis sententiam transiens, contraria uia graditur. *Ecce mysterium uobis loquor: Omnes quidem dormiemus, non autem omnes inmutabimur.* Quod ita disseruit: «Si non indigeret resurrectio interprete, nec obscuritatem haberet in sensibus, numquam Paulus post multa, quae de resurrectione locutus est, intulisset: *Ecce mysterium dico uobis: Omnes quidem dormiemus,* id est, moriemur, *non omnes autem,* sed soli sancti *inmutabimur.* Scio quod in nonnullis codicibus scriptum sit: *Non quidem omnes dormiemus, omnes autem inmutabimur.* Sed considerandum, an ei quod praemissum est, *omnes inmutabimur,* possit conuenire quod sequitur: *Mortui resurgent incorrupti, et nos inmutabimur.* Si omnes inmutabuntur, et hoc commune cum ceteris, superfluum fuit dicere, et nos inmutabimur. Quamobrem ita legendum est: *Omnes quidem dormiemus, non omnes autem inmutabimur.* Si enim in Adam moriuntur, et in morte dormitio est; omnes ergo dormiemus siue moriemur. Dormit autem iuxta idioma scripturarum, qui mortuus

según el peculiar modo de decir de las Escrituras, duerme el que ha muerto con la esperanza de la resurrección futura. Y todo el que duerme no hay duda de que despertará. Eso, sin embargo, caso de que no lo haya oprimido una súbita violencia de la muerte, y la muerte no hubiere ido unida con el sueño. Ahora bien, como todos hayan de dormir por ley de la naturaleza, sólo los santos cambiarán en mejor en cuerpo y alma; de suerte que la incorrupción es de todos los que resucitan; pero la gloria y la mutación pertenecen propiamente a los santos». Lo que sigue en el texto griego, *en atomo, en ripê* o *en ropê ophthalmou* (pues ambas lecciones se dan), y los nuestros tradujeron «en un momento, en un golpe» o «en un abrir y cerrar de ojos», lo explanó como sigue: «Estas expresiones dan a entender que la resurrección de todos los muertos tendrá lugar de una sola vez. Y es así que, cuando dice que la resurrección de todos tendrá lugar en un punto de tiempo, en un abrir y cerrar de ojos, en un momento, excluye toda esa fábula de la primera y segunda resurrección, según la cual unos resucitarían los primeros y otros los últimos. En cuanto al *átomo*, significa un punto del tiempo que no puede ya cortarse o dividirse más. De ahí que el mismo Epicuro, con sus átomos, construye el mundo y configura el universo. Y el abrir y cerrar de ojos, que se dice en griego *ropê*, pasa con tanta rapidez que casi escapa a la percepción del vidente. Pero, como en la mayoría de los códices, en vez de *ropê* («golpe» o «movimiento») se lee *ripê*, hay que entender que, a la manera como una leve pluma, o una paja, o una hoja delgada y seca es arrebatada por una ráfaga de viento y trasladada de la tierra a lo alto del cielo, así los cuerpos de los

est spe resurrectionis futurae. Omnisque qui dormit, utique expergiscetur: si tamen non subita eum uis mortis oppresserit, et mors somno fuerit copulata. Cumque omnes ita dormierint lege naturae, soli sancti et corpore et anima in melius mutabuntur, ita ut incorruptio omnium resurgentium sit; gloria autem atque mutatio proprie sanctorum». Quodque sequitur iuxta Graecos, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ, siue ἐν ῥοπῇ ὀφθαλμοῦ (utrumque enim legitur) et nostri interpretati sunt, «in momento et in ictu», siue, «in motu oculi»: ita explanauit: «Iunctam simul omnium resurrectionem praesens sermo significat. Quando enim dicit, in puncto temporis, et in motu oculi, atque momento, futuram omnium resurrectionem, cunctam primae et secundae resurrectionis excludit fabulam; ut alii primi, alii nouissimi resurrecturi esse credantur. Atomus autem punctum temporis est, quod secari et diuidi non potest. Vnde et Epicurus ex suis atomis mundum struit, et uniuersa conformat. Ictusque oculi siue motus, qui Graece dicitur ῥοπή, tanta uelocitate transcurrit, ut paene sensum uidentis effugiat. Verum quia in plerisque codicibus pro ῥοπῇ id est, ictu, uel motu, ῥιπῇ legitur, hoc sentire debemus, quod quomodo leuis pluma, uel stipula, aut tenue uel siccum folium uento flatuque raptatur, et de terra ad sublime transfertur; sic ad oculum uel ad motum Dei, omnium mortuorum corpora mouebuntur parata ad aduentum iudicis. Quodque iungit et dicit:

muertos todos, a la mirada o al movimiento de Dios, se moverán ligeramente al advenimiento del Juez. Lo que seguidamente dice: *A la trompeta última, pues sonará la trompeta y los muertos resucitarán incorruptibles, y nosotros seremos mudados. Es, efectivamente, menester que esto corruptible se vista de incorrupción, y esto mörtal se vista de inmortalidad, tiene doble sentido.* El sonido de la trompeta puede indicar la magnitud de la voz, según lo que está escrito: *Levanta tu voz como una trompeta* (Is 58,1), o la clara resurrección de todos, según lo que leemos en el evangelio: *Tú, empero, cuando hagas limosna, no toques delante de ti la trompeta* (Mt 6,2); es decir, practica escondidamente y en secreto la misericordia, no sea des la impresión de gloriarte de la miseria ajena.

Pero cabe preguntar por qué escribió el Apóstol que los muertos resucitarían al toque de la trompeta postrera. El hablar de postrera da a entender que otras han precedido. En el Apocalipsis de Juan se describen siete ángeles con sendas trompetas y se va indicando lo que acontece cuando la toca cada uno de ellos, es decir, el primero, segundo, tercero, cuarto, quinto y sexto. Mas cuando el último, es decir, el séptimo, lanza su sonoro trompetazo, resucitan los muertos, y los cuerpos que antes tuvieran corruptibles los reciben incorruptibles (cf. Apoc 10,7). Por eso, el Apóstol expone qué haya de seguirse después de la última trompeta: *Y es así que sonará la trompeta y los muertos resucitarán incorruptibles, y nosotros quedaremos mudados.* Al decir «nosotros», da a entender que él y los que con él están se distinguen de los muertos. Para entender eso hay quienes dicen que los muertos que han de resucitar incorruptibles son los cuerpos de los muertos; aquellos, empero, de quienes se dice han de ser mudados, ha de entenderse

In nouissima tuba: canet enim, et mortui resurgent incorrupti, et nos inmutabimur. Oportet enim corruptiuum hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere inmortalitatem, duplicem habet intellegentiam, ut clangor tubae aut uocis indicet magnitudinem, iuxta illud quod scriptum est: *Sicut tuba exalta uocem tuam;* aut apertam omnium resurrectionem, iuxta illud quod in euangelio legimus: *Tu autem quando facis elemosynam, noli tuba canere ante te,* hoc est, abscondite fac misericordiam, et in secreto, ne uidearis de alterius miseria gloriari.

Quaerimus autem cur ad nouissimam tubam mortuos scripserit resurrecturos. Quando enim nouissima dicitur, utique aliae praecesserunt. In Apocalypsi Iohannis, septem angeli describuntur cum tubis, et unoquoque clangente, primo uidelicet, secundo et tertio et quarto et quinto et sexto, quid per singulos actum sit, indicatur. Nouissimo autem, id est, septimo, claro tubae strepitu personante, mortui suscitantur, corpora quae prius habuerant corruptibilia, incorrupta recipientes. Vnde post nouissimam tubam exponit Apostolus quid sequatur: *Canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, nos autem inmutabimur.* Quando dicit, nos, alium se, et eos, qui secum sunt, praeter mortuos esse significat. Ad quod intellegendum, sunt qui dicant mortuos, qui resurgant incorrupti, esse corpora

con las almas, cuando fueren mudadas en mayor gloria y llegaren al *varón perfecto, a la talla de la edad plena en Cristo* (Eph 4,13). Otros afirman que ha de entenderse los pecadores, que resucitarán incorruptibles, a fin de poder soportar suplicios eternos; los mudados, empero, serían los santos, que van de virtud en virtud y pasan de gloria a gloria. De ahí que, respecto a la incorrupción de los muertos, añadió: *Es, efectivamente, menester que esto corruptible se vista de incorrupción.* En cambio, a lo que había dicho: *Nosotros seremos mudados,* añadió lo otro de: *Esto mortal se vestirá de inmortalidad.* Una cosa es, en efecto, la inmortalidad y otra la incorrupción, como es distinto lo mortal y lo corruptible. Todo lo que es mortal es corruptible; pero no todo lo corruptible es, sin más, mortal. Los cuerpos que carecen de alma son, desde luego, corruptibles, y, sin embargo, no son mortales, dado caso que nunca tuvieron vida, que propiamente pertenece a los seres animados. De ahí que intencionadamente ligó el Apóstol la incorrupción a la corrupción, y a la mortalidad la inmortalidad, que ha de darse al tiempo de la resurrección.

6. Acacio de Cesarea, la que antes se llamaba Torre de Estratón, sucesor en el episcopado de Eusebio de Pánfilo, proponiéndose en el libro cuarto de sus *Cuestiones misceláneas* esta misma cuestión, la discutió ampliamente. Acacio acepta las dos variantes que parecen contrarias, y después del principio, que omitimos, dice así: «Hablemos primeramente de la lección mejor atestiguada en los códices: *Mirad que os digo un misterio grande: Todos, ciertamente, dormiremos; pero no todos seremos mudados.* Dijo «mis-

mortuorum; eos autem qui dicantur esse mutandi, animas debere accipi, quando in maiorem gloriam fuerint commutatae, et peruenerint *in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi.* Alii uero adserunt, mortuos debere intellegi peccatores, qui resurgant incorrupti, ut possint aeterna sustinere supplicia: eos autem qui conmutantur, esse sanctos, qui de uirtute in uirtutem, et de gloria transferuntur in gloriam. Vnde ad incorruptionem mortuorum intulit: *Oportet enim corruptiuum hoc induere incorruptionem.* Ad id autem quod dixerat: nos inmutabimur, illud adiunxit: *et mortale hoc induet inmortalitatem.* Aliud est enim inmortalitas, aliud incorruptio; sicut aliud mortale, et aliud corruptiuum. Quidquid autem mortale est, et corruptiuum est; sed non quod corruptiuum, statim et mortale. Corruptiua quippe sunt corpora, quae carent anima, et tamen non sunt mortalia; quia nunquam habuere uitam, quae proprie animantium est. Vnde signanter Apostolus, corruptioni incorruptionem, mortalitati inmortalitatem resurrectionis futuram tempore copulauit.

6. Acacius Caesareae, quae prius turris Stratonis uocabatur, post Eusebium Pamphili episcopus, in quarto συμμίκτων ζητημάτων libro proponens sibi hanc eandem quaestionem, latius disputauit, et utrumque suscipiens, quod inter se uidetur esse contrarium, post principium quod omisimus, sic locutus est: Dicamus primum de eo quod magis in plurimis codicibus inuenitur: *Ecce mysterium dico uobis: omnes quidem dormie-*

terio», para llamar la atención de sus oyentes en el momento que iba a hablar más de lleno sobre la resurrección. En cuanto a la dormición, quiere decir la común muerte de todos. De ahí que con toda exactitud puso que todos dormiremos, es decir, moriremos, conforme a lo que antes dijera: *Como todos mueren en Adán, así serán todos vivificados en Cristo.* Ahora bien, como todos hayan de morir, atended a los misterios que os voy a decir: *Todos, ciertamente, moriremos; pero no todos seremos mudados. Sonará, efectivamente, la trompeta* (no hay duda que la del ángel séptimo) *y los muertos resucitarán incorruptibles.* Ahora bien, si los muertos han de ser incorruptibles, ¿cómo se dice que no han de inmutarse, cuando la incorrupción misma es una mutación? Pero aquí, la mutación con que Pablo—y con él los santos—ha de ser inmutado, se entiende la glorificación. En cuanto a la incorrupción, es común a todos, porque los pecadores son tanto más miserables cuanto que han de permanecer eternos para los tormentos y no han de disolverse con un cuerpo mortal y corruptible. En la misma epístola, durante la disertación del Apóstol, leemos la sagrada diversidad de la resurrección, no en la naturaleza de los cuerpos, sino por la variedad de la gloria. Unos resucitarán para penas eternas, y otros para gloria sin fin: *Una es, efectivamente. la carne de las aves, otra la de los peces, otra la de las bestias. Y hay cuerpos celestes y cuerpos terrenos* (1 Cor 15,39-40). Así, dice, será también la resurrección de los muertos. Esta sentencia sigue más la Iglesia, en el sentido de que todos moriremos por la común muerte, pero no todos seremos mudados en gloria, según lo que

mus; non omnes autem inmutabimur. Mysterium dixit, ut adtentiores faceret auditores, de resurrectione plenius disserturus. Dormitio autem mortem istam, quae communis est omnium, significat: unde rectissime posuit, quod omnes dormiamus, id est, moriamur, sicut supra dixit: *Quomodo in Adam omnes moriuntur, sic in Christo omnes uiuificabuntur.* Cum ergo omnes morituri sint, audite sacramenta quae dico: *Omnes quidem moriemur, sed non omnes inmutabimur. Canet enim tuba* (haud dubium quin angelus septimus) *et mortui resurgent incorrupti.* Si autem incorrupti erunt mortui, quomodo non inmutabuntur, cum incorruptio ipsa mutatio sit? Sed hic commutatio, qua Paulus mutandus et sancti sunt, glorificatio intellegitur. Incorruptio autem idcirco communis est omnium, quia in eo miserabiliores erunt peccatores, ut ad tormenta perpetui sint, et non mortali et corruptibili corpore dissoluantur. Legimus in eadem epistula, Apostolo disserente, sacratam diuersitatem resurrectionis, non in natura corporum, sed in uarietate gloriae: dum alii resurgunt ad poenas perpetuas, alii ad gloriam sempiternam. *Alia enim caro uolatilium, alia piscium, alia iumentorum, et corpora caelestia, et corpora terrestria.* Sic, inquit, erit et resurrectio mortuorum. Cui sententiae magis adquiescit Ecclesia, ut omnes commune morte moriamur, et non omnes mutemur in gloria, iuxta illud quod Danihel scribit: *Multi dormientes in terrae puluere, resurgent; alii in uitam aeternam, alii in confusionem, et obprobrium sempiternum.*

escribe Daniel: *Muchos que duermen en el polvo de la tierra resucitarán; unos para la vida eterna, otros para confusión y oprobio sin fin* (Dan 12,2). Los que resuciten para oprobio y confusión eterna no resucitarán, desde luego, para aquella eterna gloria en que se mudará Pablo y los que con él están. Siendo esto así, así lo hemos de entender: sólo hay que admitir la mutación de los que resuciten para la gloria; en cuanto a los pecadores e infieles, que son llamados muertos y resucitarán incorruptibles, no debe hablarse en modo alguno de mutación, sino de penas eternas.

7. Pasemos a la segunda lección, que en la mayoría de los códices es de este tenor: *No todos, ciertamente, dormiremos; pero todos seremos mudados.* Fundados en ella, afirman algunos que muchos han de hallarse vivos en sus cuerpos; y, si no todos duermen, no todos morirán; y, si no todos mueren, no todos resucitarán. Porque resucitar *(resurgere)* se dice propiamente del que antes cayó muriendo. Por eso quieren que el mismo escriba en la carta primera a los tesalonicenses: *Nosotros, los que vivimos, los que fuéremos dejados para el advenimiento del Señor, no nos adelantaremos a los que duermen. Porque el Señor mismo, al mandato, a la voz del ángel, al toque de la trompeta de Dios, descenderá del cielo, y los muertos en Cristo resucitarán primero; luego nosotros, los que vivimos, los residuos, seremos, juntamente con ellos, arrebatados sobre las nubes al encuentro de Cristo en el aire. Y así estaremos siempre con el Señor* (1 Thess 4,14ss). También por este pasaje se esfuerzan en demostrar que Pablo y los que con él escribían la epístola se imaginaban que no habían de morir, sino que el día de la consumación los hallaría en su cuerpo. Si

Qui enim resurgent in obprobrium et confusionem sempiternam, non resurgent in aeternam gloriam, in quam Paulus, et qui cum eo sunt, mutabuntur. Quae cum ita se habeant, et sic intellecta sint a nobis, eorum tantum commutationem suscipere qui resurgent in gloriam, peccatorum autem et infidelium, qui mortui appellantur, et resurgent incorrupti, nequaquam commutationem, sed poenas perpetuas esse dicendas.

7. Transeamus ad secundam lectionem, quae ita fertur in plerisque codicibus. *Non quidem omnes dormiemus, omnes autem inmutabimur.* Ex qua nonnulli adserunt multos uiuos in corporibus repperiendos; et si non dormiant omnes, non omnes esse morituros; si autem non moriantur omnes, non omnes resurrecturos. Resurgere enim proprie dicitur, qui prius moriendo cecidit. Vnde et Paulum uolunt scribere in prima ad Thessalonicenses epistula: *Nos qui uiuimus, qui residui erimus in aduentum Domini, non praeueniemus eos qui dormiunt; quoniam ipse Dominus in iussu, in uoce Archangeli, in tuba Dei descendet de caelo; et mortui in Christo resurgent primum, deinde nos qui uiuimus, qui residui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aerem: et sic semper cum Domino erimus.* Et ex his dictis probare conantur Paulum, et qui cum eo scribebant epistulam, putasse se non esse morituros, sed repperiendos die consummationis in corpore. Quod si uerum est, errauit Paulus, et huma-

ello es verdad, erró Pablo y fue engañado por cálculo humano, al pensar que iba a ser hallado en el cuerpo. La realidad de la historia demostró ser eso falso. Así lo entendieron los mismos tesalonicenses, que ignoraban los secretos del lenguaje místico y fluctuaban entre conjeturas varias, y se decían: Si Pablo ha de ser hallado en su cuerpo, el día del juicio está próximo. Por eso los corrige en la segunda carta que les escribe: *Os rogamos, hermanos, por el advenimiento de nuestro Señor Jesucristo y nuestra reunión con El, que no os mováis demasiado aprisa en vuestro sentir, ni os aterréis por espíritu, ni por palabra, ni por carta, como si viniera de nosotros, en el sentido de que es inminente el día del Señor. Que nadie os seduzca en manera alguna; pues, si antes no viniere la apostasía y se revelare el hombre de pecado, el hijo de perdición que se opone y se levanta contra todo lo que se llama Dios o es objeto de culto, de suerte que se siente en el templo de Dios, presentándose como si fuera Dios mismo... ¿No recordáis que, cuando estaba entre vosotros, os decía estas cosas?* (2 Thess 2,1ss). Con estas palabras trata de apartarlos del error, para que no piensen que está cerca el día del juicio. Y en cuanto a lo que escribió: *Nosotros, los que vivimos, los que hemos quedado para el advenimiento del Señor, no nos adelantaremos a los que se han dormido,* no debían entenderlo en sentido distinto del que le dio quien lo escribiera. Imposible, efectivamente, que quien había escrito a Timoteo: *Porque yo soy ya una libación, y es inminente el tiempo de mi partida* (2 Tim 4,6), pudiera pensar que iba a permanecer perpetuamente en su carne y que no moriría nunca, pasando derechamente de la vida terrena a los reinos celestes.

na aestimatione deceptus est, ut arbitraretur se inueniendum in corpore: quod falsum, rerum exitus adprobauit. Hoc intellexerant et ipsi Thessalonicenses, sacramenta sermonis mystici nescientes, et coniecturis uariis fluctuabant, dicebantque: si Paulus inueniendus in corpore est, proximus est dies iudicii. Vnde corrigit eos, secundam epistulam scribens: *Rogamus uos, fratres, per aduentum Domini nostri Iesu Christi, et nostram congregationem in ipsum, ut non cito mente moueamini, nec terreamini, neque per spiritum, neque per uerbum, neque per epistulam, tamquam per nos, quasi instet dies Domini: ne quis uos seducat ullo modo; quoniam nisi discessio uenerit primum, et reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, et extollitur super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur; ita ut in templo Dei sedeat, ostendens se tamquam sit Deus. Non meministis quod cum apud uos essem adhuc, haec dicebam uobis?* Quibus dictis hoc agit, ut eos reuocet ab errore, ne putent diem adpropinquare iudicii, et id quod scripserat: *Nos qui uiuimus, qui residui sumus, in aduentu Domini non praeueniemus eos qui dormierunt,* aliter intellegant, quam intellegi uoluit ipse qui scripsit. Neque enim fieri potest, ut qui ad Timotheum scripserat: *Ego enim iam delibor, et tempus resolutionis meae instat,* putaret se in carne perpetuum, et numquam esse moriturum; et de uita terrena statim ad regna caelestia transiturum; prae-

Sobre todo que, escribiendo a los romanos, les dice lo mismo: *¿Quién me librará de este cuerpo mortal?* (Rom 7,24). Y a los corintios: *Mientras habitamos en el cuerpo, somos peregrinos del Señor. Pero preferimos salir del cuerpo y estar con el Señor* (2 Cor 11,30). El que así hablaba no hay duda sabía tener que morir.

Así, pues, vale más entender espiritualmente lo que está escrito y tomar, en el lugar presente, la dormición no por la muerte, que separa el alma del cuerpo, sino por el pecado después de la fe y la ofensa de Dios, y la dormición después del bautismo, de la que hablaba también el Apóstol a los corintios: *Por eso hay entre vosotros muchos enfermos y duermen muchos* (1 Cor 11,31). Y en otro lugar: *¿Luego también los que se han dormido en Cristo han perecido?* (1 Cor 15,18). Los cuales, aunque murieron, no han de perecer con muerte eterna, pues no son reos de pecado de muerte, sino de culpa leve y pequeña. Eso quería evitar otro santo cuando decía: *No sea que acaso me duerma en la muerte* (Ps 12,4). Y es así que hay un sueño del pecado que conduce a la muerte y hay otra dormición de la culpa que no es atadura de muerte. Luego el que viviere de aquella vida que dice: *Yo soy la vida, y es así que nuestra vida está escondida con Cristo en Dios* (Col 3,3), y jamás se separare de ella ni pecare hasta la muerte, ése se dice ser de los vivientes, y de los vivientes para siempre. De éstos atestigua el Salvador mismo en el evangelio de Juan con mística palabra: *El que cree en mí no morirá para siempre* (Io 11,26). Por eso el Apóstol, pisando las huellas de su Señor, enseñó a sus discpulos lo que aprendió del Maestro. En conclusión, no todos dormiremos. Porque quien con toda vigilancia guarda

sertim cum ad Romanos scribens, eadem dixerit: *Quis me liberabit de corpore mortis huius?* Et ad Corinthios: *Habitantes in corpore, peregrinamur a Domino. Magis autem uolumus exire de corpore, et esse cum Domino.* Qui haec dicebat, nouerat utique se esse moriturum.

Melius est igitur spiritualiter sentire quod scriptum est, dormitionem in praesenti loco, non mortem accipere, per quam anima a corpore separatur, sed peccatum post fidem et offensam Dei, dormitionemque post baptismum, de qua et ad Corinthios loquebatur: *ideo inter uos multi infirmi sunt, et dormiunt plurimi.* Et in alio loco: *Ergo et qui dormierunt in Christo, perierunt;* qui cum mortui sint, non sunt perpetua morte perituri; quia non mortali crimine continentur, sed leui modicoque peccato. Quod et alius sanctus uitare cupiens, loquebatur: *Ne forte obdormiam in morte.* Est enim somnus peccati, qui ducit ad mortem, et est alia delicti dormitio, quae morte non stringitur. Qui ergo uixerit ea uita, quae dicit: *Ego sum uita;* etenim *uita nostra abscondita est cum Christo in Deo,* et nunquam ab ea fuerit separatus, nec ad mortem usque peccauerit, iste de uiuentibus, et semper uiuentibus esse dicitur; de quibus et Saluator in Euangelio Ioannis mystico sermone testatur: *Qui credit in me, non morietur in aeternum.* Vnde et Apostolus, Domini sui calcans uestigia, ea

su corazón y está despierto a los mandatos de Cristo y se acuerda del aviso de quien dijo: *Estad alerta, porque no sabéis la hora en que el ladrón va a venir* (Mt 24,42); y en otro lugar: *No consientas que se duerman tus ojos ni que tus párpados dormiten* (Ps 131,4) *para salvarte, como la cabra de sus ataduras y como el ave de sus lazos* (Prov 6,4-5), ése no dormirá.

Como sea, pues, cierto que algunos no duermen, y son los que siempre viven en Cristo y están despiertos, síguese que no todos duermen; en cambio, todos han de ser inmutados, no con la inmutación de la gloria, que se debe propiamente a los santos, sino con aquella inmutación por la que esto corruptible se vista de incorrupción para recibir castigos o premios eternos. Ahora bien, si alguno se durmiere en Cristo y se aletargare por el sueño de la negligencia, debe oír lo que está escrito: *¿Acaso el que duerme no se levantará?* (Ps 40,9). Mas el que no duerme, sino que vela y vive siempre en Cristo, pasará de la vida a la vida o será arrebatado sobre las nubes para estar siempre con el Señor. De tales durmientes era Lázaro, de quien dice el Señor: *Lázaro, nuestro amigo, duerme* (Io 11,11). Y de este durmiente le decía a Marta: *El que cree en mí, aun cuando hubiere muerto, vivirá; y el que vive y cree en mí, no morirá eternamente* (Io 11,25s). Y es así que quien con toda su alma confía en Cristo, aun cuando, como hombre caído, hubiera muerto por el pecado, por su fe vive para siempre. Por lo demás, esta muerte común es deuda universal que pagan por igual creyentes y no creyentes. Y todos igualmente

docuit discipulos, quae didicit a magistro. Omnes itaque non dormiemus. Qui enim omni custodia seruat cor suum, et ad Christi praecepta uigilat, mandatique eius memor est, dicentis: *Vigilate, quia nescitis qua hora fur ueniat;* et in alio loco: *Ne dederis somnum oculis tuis, et palpebris tuis dormitationem, ut saluus fias: quasi caprea de uinculis, et quasi auis de laqueis,* iste non dormiet.

Cum igitur quidam non dormiant, qui semper in Christo uiuunt, et uigilant, sequitur ut nequaquam omnes dormiant, et e contrario omnes inmutentur; non inmutatione gloriae, quae proprie sanctis debetur, sed ea inmutatione, qua corruptiuum hoc incorruptiuum efficitur; ut uel poenas uel praemia recipiat sempiterna. Quod et si dormierit aliquis in Christo, et neglegentiae somno obdormierit, debet audire quod scriptum est: *Numquid qui dormit, non resurget?* Qui uero non dormit, sed uigilat, et semper uiuit in Christo, de uita ad uitam transiet, siue rapietur in nubibus, ut semper cum Domino sit. De istiusmodi dormientibus Lazarus erat, de quo Dominus ait: *Lazarus amicus noster dormit.* Et de hoc dormiente dicebat ad Martham: *Qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, uiuet: et omnis qui uiuit, et credit in me, non morietur in aeternum.* Qui enim tota in Christo mente confidit, etiamsi, ut homo lapsus, mortuus fuerit in peccato, fide sua uiuit in perpetuum. Alioquin mors ista communis, et credentibus et non credentibus debetur aequaliter; et omnes pariter resurrecturi sunt, alii in confusionem aeternam, alii ex eo quod credunt, in sempiternam uitam. Et sic stare potest, ut qui credit in Christo,

han de resucitar, unos para la confusión eterna; otros, por el hecho de que creen, para la vida eterna. Y así puede mantenerse que quien cree en Cristo no muere y, aunque hubiere muerto, vivirá eternamente. Lo cual, fuera de Enoc y Elías, es evidente que a nadie le ha acontecido en cuanto a la muerte corporal. Mas los que por la grandeza de su fe viven siempre en Cristo, no dormirán, no morirán, sino que imitarán la vida de los apóstoles, los cuales vivieron sin culpa alguna en la ley de la justicia. Y así, pasando a la fe del Señor y creyendo en aquel que se llama la vida y resurrección, nunca se durmieron, no murieron nunca: *Porque el alma que pecare, ésa morirá* (Ez 18,4). Ahora bien, como el alma que peca, aun en cuerpo vivo, está muerta y el día mismo en que peca se duerme para la muerte, pues dice el Eclesiastés: *El que pecare, muerto está desde ese momento* (Eccl 8,12); por el mismo caso, el alma que guardare los mandamientos de Cristo, aun cuando muriere el cuerpo, vivirá eternamente. Sin embargo, hay que saber que está más conforme con la verdad leer así: *Todos, ciertamente, dormiremos; pero no todos seremos mudados.* Sobre todo, porque sigue: *Los muertos resucitarán incorruptos y nosotros quedaremos mudados.* Y es así que, si, según la otra lección, todos han de ser inmutados, ¿cómo se dice luego, como cosa principal y privada y propia de los apóstoles, *que también nosotros seremos inmutados?* Y cuando dice: «nosotros», da a entender a cualesquiera santos.

8. Preguntáis cómo haya de entenderse lo que se escribe en la carta primera a los tesalonicenses: *Porque os decimos con palabra del Señor: Los que vivimos, los que hemos quedado, no nos ade-*

non moriatur; et etiamsi mortuus fuerit, uiuat in perpetuum. Quod iuxta corporalem mortem, excepto Enoch et Elia, nulli contigisse perspicuum est. Qui autem fidei magnitudine semper uiuunt in Christo, non dormient, non morientur: sed imitatores erunt uitae apostolicae, qui absque ulla culpa uixerunt in lege iustitiae; et ad fidem Domini transeuntes, credentesque in eo, qui uita uocatur et resurrectio, numquam dormiere, numquam mortui sunt: *Anima enim, quae peccauerit, ipsa morietur.* Sicut igitur anima, quae peccat, uiuente corpore mortua est, et eadem die qua peccauerit, dormit in mortem, dicente Ecclesiaste: *Qui peccauerit, mortuus est ex tunc;* sic anima quae Christo praecepta seruauerit, etiamsi corpus mortuum fuerit, uiuet in aeternum. Hoc autem sciendum, quod magis conueniet ueritati, ita legere: *Omnes quidem dormiemus, non omnes autem inmutabimur:* maxime quia sequitur: *Mortui resurgent incorrupti, et nos inmutabimur.* Si enim omnes sunt inmutandi, iuxta alteram lectionem, quomodo postea dicitur, quasi praecipuum atque priuatum, et proprie apostolorum, *et nos inmutabimur?* Quando autem dicit «nos», sanctos quosque significat.

8. Quaeritis quomodo intellegendum sit illud, quod in prima ad Thessalonicenses epistula scribitur: *Hoc enim uobis dicimus in uerbo Domini: quia nos qui uiuimus, qui residui sumus, in aduentu Domini non prae-*

lantaremos en el advenimiento del Señor a los que se durmieron. Porque el Señor mismo, al mandato, y a la voz del arcángel, y al sonido de la trompeta de Dios, descenderá del cielo. Y los que murieron en Cristo Jesús resucitarán primero; luego nosotros, los que vivimos, los que hemos quedado, seremos, juntamente con ellos, arrebatados sobre las nubes al encuentro de Cristo en el aire. Y así estaremos siempre con el Señor (1 Thess 4,14ss). La disertación de Acacio, arriba citada, ha ventilado ampliamente esta cuestión; sin embargo, será bien decir también el sentir de otros, a saber: Teodoro, Apolinar y Diodoro, que profesan una misma opinión. Diodoro escribió lo que sigue: Pablo habla de «dejados y vivientes», no porque quiera dar a entender que él y los otros habían de vivir al tiempo de la resurrección; no, el «nosotros» lo dijo por los «justos», en cuyo número entro también yo. Ellos, efectivamente, serán arrebatados al encuentro de Cristo, y no los pecadores. En cuanto a los «vivientes» no hemos de tomarlos tropológicamente por los santos, que han muerto al pecado, sino a todos los que, en su venida, hallare Cristo en el cuerpo. Lo que sigue: *No nos adelantaremos a los que se han dormido,* no debemos, en modo alguno, referirlo a los pecadores (puesto que éstos no serán arrebatados a par de los justos al encuentro de Cristo), sino a los que la muerte hubiere disuelto. Mas, ¿a qué fin inquiero todo esto y hago agravio a las palabras del Apóstol, cuando él escribe con la máxima claridad: *Nosotros, los que hemos sido dejados para el advenimiento del Señor?* Y quiénes sean los dejados sabémoslo por las palabras del Salvador: *Como en los días de Noé los hombres se casaban y las mujeres eran dadas en matrimonio. y súbitamente vino el diluvio, así será el advenimiento del*

ueniemus eos, qui dormierunt; quoniam ipse Dominus in iussu, et in uoce Archangeli, et in tuba Dei descendet de caelo; et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi: deinde nos qui uiuimus, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera; et sic semper cum Domino erimus. Super quo quamuis superior Acacii disputatio plenius uentilarit, tamen dicendum est quid uideatur aliis, Theodoro uidelicet, Apollinari, et Diodoro, qui unam sequuntur sententiam: quorum Diodorus haec scripsit: «Residuos atque uiuentes» Paulus apostolus uocat; non quo uelit intellegi et se et alios resurrectionis tempore in corpore repperiendos: sed «nos» dixit, pro eo quod est «iustos»; de quorum et ego sum numero. Ipsi enim rapientur obuiam Christo, et non peccatores. «Viuentes» autem, non iuxta tropologiam sanctos accipimus, qui peccato mortui sunt, sed omnes quos in corpore aduenіens Christus inuenerit. Quodque sequitur: *Non praeueniemus eos, qui dormiunt,* nequaquam ad peccatores referre debemus (neque enim peccatores cum iustis rapientur obuiam Christo) sed eos quos mors dissoluerit. Verum quid ista perquiro, et apostolicis dictis calumniam facio, cum ipse manifestissime scribat: *qui residui sumus in aduentum Domini?* Qui sint autem residui, uerbis discimus Saluatoris: *Sicut in diebus Noe ducebant uxores et nubebant, et re-*

Hijo del hombre (Lc 17,26s). Palabras que demuestran que al fin del mundo han de hallarse muchos vivos y todavía en sus cuerpos. Sigue: *Al mandato, a la voz del arcángel, los muertos también resucitarán los primeros.* De esto habla también el Salvador en el evangelio: *Y a la media noche vino el esposo* (Mt 25,6), el cual, desde luego, sorprenderá a algunos aún vivos, dado caso que *estarán dos en un mismo lecho, y uno será tomado y otro abandonado; y molerán dos mujeres, y será tomada una y abandonada otra* (Lc 17,34ss). Palabras que dan a entender que la consumación del mundo vendrá a media noche, cuando todos estén descuidados.

9. Orígenes, en el volumen tercero de sus *Exégesis* sobre la carta primera de Pablo a los tesalonicenses, después de otros muchos puntos que discute con vario y penetrante estilo, añadió lo que sigue (fuente, sin duda, a que fue a beber Acacio): «¿Qué quiere, pues, decir lo que, como palabra de Dios, escriben a los tesalonicenses Pablo, Silvano y Timoteo: *Nosotros, los que vivimos, los que hemos quedado, en el advenimiento del Señor no nos adelantaremos a los que se durmieron?* ¿Quiénes son estos vivientes que así hablan? Indudablemente, *Pablo, apóstol no de parte de los hombres ni por los hombres* (Gal 1,1), y Timoteo, hijo suyo carísimo por la fe, y Silvano, que se les había unido por afecto y virtudes. Y no solamente ellos. Todo el que por la ciencia y conducta sea semejante a Pablo, puede decir: *Nosotros, los que vivimos;* ellos, cuyo cuerpo está muerto por razón del pecado, pero cuyo espíritu vive por razón de la justicia y cuyos miembros son mortificados sobre la tierra, de modo que la carne no codicie ya para nada

pente uenit diluuium, et tulit omnes: sic erit aduentus Filii hominis. Quibus sermonibus adprobatur, in fine mundi multos uiuos, et adhuc in corporibus repperiendos. Sequitur: *In iussu, in uoce Archangeli, et mortui resurgent primi.* Et hoc rursum Saluator in euangelio loquitur: *Media autem nocte sponsus uenit,* qui utique uiuentes in corpore deprehendet, quando *duo erunt in lecto uno: unus adsumetur, et alius relinquetur; et duae molentes, una adsumetur, et alia relinquetur.* Quibus dictis ostenditur, medio noctis, securis omnibus, consummationem mundi esse uenturam.

9. Origenes in tertio uolumine ἐξηγητικῶν epistulae Pauli ad Thessalonicenses primae, post multa, quae uario prudentique sermone disseruit, haec intulit de quibus nulli dubium est et Acacium pleraque libasse. «Quid est ergo quod scribunt Thessalonicensibus in uerbo Dei Paulus et Siluanus et Timotheus: *Nos qui uiuimus, qui residui sumus, in aduentu Domini non praeueniemus eos, qui dormierunt?* Qui sunt isti uiuentes qui loquuntur talia? Vtique *Paulus non ab hominibus, nec per homines apostolus,* et carissimus filius eius in fide Timotheus, et Siluanus, qui illis erat et affectione et uirtutibus copulatus. Et hoc non solum illi, sed quicumque Pauli et scientia et conuersatione similis est, dicere potest: *Nos qui uiuimus;* quorum corpus mortuum est propter peccatum; spiritus autem uiuit propter iustitiam, et quorum mortificata sunt membra super terram, ita ut nequaquam concupiscat caro contra spiritum. Si enim adhuc

contra el espíritu. Y es así que si la carne aún codicia, es que vive, y porque vive, codicia. Sus miembros no están aún mortificados sobre la tierra. Y si están mortificados, en modo alguno codician contra el espíritu, pues por la fuerza de la mortificación han perdido esa codicia. Así, pues, a la manera que quienes han dejado la vida presente y han pasado a cosas mejores viven más una vez depuesto el cuerpo mortal y los incentivos de todos los vicios; así, los que llevan por dondequiera en su cuerpo la mortificación de Jesús y no viven en nada según la carne, sino según el espíritu, viven en Aquel que es la vida, y en ellos vive Cristo, de quien se escribe: *Viva es la palabra de Dios, y eficaz* (Hebr 4,12), la que es fuerza de Dios y sabiduría de Dios. Viven, en efecto, aquellos en quienes vive la fuerza de Dios, depuesta toda debilidad humana, y en quienes vive la sabiduría, que está escondida en Dios, y en quienes vive y opera la justicia. Porque Cristo se ha hecho para nosotros no sólo justicia que viene de Dios, sino también sabiduría y todo lo que es virtud o fuerza.

Si, en el presente lugar, los que escriben esta carta se separaran de los durmientes y muertos en Cristo, la anotación parecía superflua y no tendría fuerza el testimonio tomado de un solo lugar. Pero lo cierto es que en la primera a los corintios se escribe en el mismo sentido, por escribirse con el mismo espíritu: *No todos dormiremos, pero todos seremos mudados en un momento, en un abrir y cerrar de ojos, al toque de la última trompeta. Porque sonará la trompeta, y los muertos resucitarán incorruptibles, y nosotros seremos mudados* (1 Cor 15,15s). Lo que en el presente

desiderat caro, uiuit; et quia uiuit, desiderat; et non sunt mortificata membra eius super terram. Quod si mortificata sunt, nequaquam contra spiritum concupiscunt, quae mortificationis ui huiusce modi desiderium perdiderunt. Sicut igitur qui uita caruere praesenti et ad meliora translati sunt, magis uiuunt, deposito mortis corpore, et uitiorum omnium incentiuis, sic qui mortificationem Iesu in corpore suo circumferunt et nequaquam uiuunt iuxta carnem, sed iuxta spiritum; uiuunt in eo qui uita est, et uiuit in eis Christus, de quo scriptum est: *Viuens sermo Dei et efficax*, qui est Dei uirtus, Deique sapientia. Viuunt enim in quibus uiuit uirtus Dei, omni humana fragilitate deposita, et in quibus uiuit sapientia, quae abscondita est in Deo, et in quibus uiuit et inoperatur iustitia. Christus enim factus est nobis, non solum iustitia ex Deo, sed et sapientia, et omne quod uirtus est.

Et siquidem in praesenti loco se a dormientibus et in Christo mortuis, qui hanc scribunt epistulam, separarent, uidebatur superflua adnotatio, et ex uno loco adsumptum testimonium non ualeret. Nunc uero eodem sensu, quia eodem et spiritu, in prima ad Corinthios loquitur: *Omnes non dormiemus, omnes autem inmutabimur, in momento, in motu oculi, in nouissima tuba. Canet enim, et mortui resurgent incorrupti, et nos inmutabimur.* Hoc quod in praesenti loco scriptum est: *In tuba Dei descendet de caelo;* conpara illi quod ad Corinthios dicitur: *In nouissima*

lugar se escribe: *Al son de la trompeta de Dios bajará del cielo,* compáralo con lo que se dice a los corintios: *Al son de la última trompeta, pues la trompeta sonará;* y a lo que se lee a los tesalonicenses: *Y los muertos en Cristo resucitarán primero;* lo que se escribe a los corintios: *Y los muertos resucitarán incorruptibles.* Además, lo que sigue: *Luego nosotros, los que vivimos, los que hemos sido dejados,* responde a lo otro: *Y nosotros seremos mudados,* pasajes que pueden, uno y otro, entenderse como sigue: Nosotros, los que vivimos, los que hemos quedado en el advenimiento del Señor, y nosotros, los que hemos de ser inmutados y no somos de los que se llaman muertos, sino que vivimos. Por eso esperamos la presencia del Señor no en la muerte, sino en la vida, porque somos del linaje de Israel y de entre nosotros han sido escogidos residuos, de los que antaño hablaba el Señor: *Me he reservado para mí siete mil hombres que no han doblado sus rodillas ante Baal* (Rom 11,4,; 3 Reg 19,18). También en el evangelio de Juan se describe un doble orden de vivientes y de no vivientes: *Todo el que cree en mí, aun cuando hubiere muerto, vivirá; y todo el que vive y cree en mí, no morirá eternamente.* Si por vivos entendemos los que hemos dicho, tengamos por dormidos y muertos en Cristo a los que, queriendo vivir en Cristo, han muerto, sin embargo, por el pecado. Ahora bien, si las reliquias y los escogidos según la gracia son llamados vivientes, los que no creen así ni han sido engendrados de la nobleza de Israel se llamarán durmientes y muertos en Cristo.

10. Hay quienes declaran este pasaje como sigue: Se llaman vivos los que nunca murieron por el pecado; pero los que peca-

tuba, canet enim; illi autem, quod ad Thessalonicenses legitur: *Et mortui in Christo resurgent primum,* hoc quod ad Corinthios scriptum est, *et mortui resurgent incorrupti.* Porro quod sequitur, *deinde nos qui uiuimus, qui residui sumus,* illi respondet: *et nos inmutabimur,* quorum utrumque sic intellegi potest. Nos qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, et nos qui inmutabimur, et non sumus ex his, qui appellantur mortui, sed uiuimus: idcirco praesentiam Domini non in morte, sed in uita praestolamur, quia de Israhelitico genere sumus, et electae sunt de nobis reliquiae, de quibus olim Dominus loquebatur: *Dereliqui mihi septem milia uirorum, qui non curuauerunt genua Bahal.* In Iohannis quoque euangelio uiuorum et non uiuorum, duplex ordo describitur: *omnis qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, uiuet; et omnis qui uiuit, et credit in me, non morietur in aeternum.* Si uiuos ita intellegimus, ut iam a nobis dictum est, dormientes, et in Christo mortuos illos esse credamus, qui cum uelint in Christo uiuere, tamen peccato mortui sunt. Sin autem reliquiae, et electio secundum gratiam, appellantur uiuentes, qui non ita credunt, nec de Israhelitica nobilitate generati sunt, dormientes et mortui appellabuntur in Christo.

10. Sunt qui hunc locum ita edisserunt: uiui appellantur, qui numquam peccato sunt mortui, qui autem peccauerunt et in eo quod pecca-

ron, y en lo que pecaron, son muertos; si luego, convertidos a penitencia, limpian sus antiguos pecados, se llaman muertos porque pecaron; y muertos en Cristo, porque se convirtieron a Dios de todo corazón. En cuanto a los que viven y tienen el testimonio de la fe y todavía no han recibido la promesa de Dios, que tuvo también de los otros mejores pensamientos, de modo que no sean coronados sin los que son justos, tienen su bienaventuranza en el hecho de que gozan del bien de su conciencia y viven y han sido dejados en el advenimiento del Señor Salvador. Mas, como Dios es clemente y quiere que se salven hasta los que se durmieron y han muerto en Cristo, no se adelantarán a ellos ni serán arrebatados solos sobre las nubes. No; según el ejemplo de la parábola evangélica, los obreros de la hora undécima y los de la primera, que fueron enviados a la viña, recibirán un solo denario y un solo galardón de la salud. Y a nadie le parezca injusto que trabajo distinto reciba paga igual. Porque gran diferencia va de quienes han curado después de ser heridos, a los que nunca han visto el terror de la muerte. De éstos creo haberse dicho: *¿Quién es el hombre que viva y no vea la muerte? ¿Quién rescatará de la muerte a su alma?* (Ps 88,49). Porque no hay que tomar, como piensan algunos, ese *quién* por *nadie,* sino como interrogación, según el otro pasaje: *¿Quién es sabio para entender esto?* (Os 14,10). Y lo mismo en otro lugar: *Señor, ¿quién morará en tu tienda?* (Ps 14,1). Y otra vez: *¿Quién ha conocido la mente del Señor?* (Rom 11,34). Así, pues, quedarán unos pocos de entre los creyentes que puedan ver el advenimiento del Señor como Dios

uerunt, mortui sunt; et postea conuersi ad paenitentiam, purgant antiqua delicta, mortui appellantur, quia peccauerunt; in Christo autem mortui, quia plena ad Deum mente conuersi sunt. Porro qui uiuunt, et habent testimonium fidei, et necdum receperunt promissionem Dei, qui et de aliis quiddam melius cogitauit, ut non absque his, qui iusti sunt coronentur, in eo habent beatitudinem, quod fruuntur bono conscientiae, et uiuunt, et relicti sunt in aduentu Domini Saluatoris. Sed quia clemens est Deus, et uult saluari etiam eos qui dormierunt, et in Christo mortui sunt, non praeuenient illos, neque soli rapientur in nubibus; sed iuxta exemplum euangelicae parabolae, unum denarium, unamque mercedem, et undecimae horae operarii, et primae, qui in uineam missi sunt, salutis accipient. Nec hoc alicui uideatur iniustum, ut dispar labor unum praemium consequatur. Magna quippe diuersitas est eorum, qui post uulnera sunt sanati, et eorum, qui numquam uiderint terrorem mortis. De his puto dictum: *Quis est homo, qui uiuat, et non uideat mortem? redimet de morte animam suam?* Neque enim, ut quidam putant, quis pro eo quod est nullus, accipitur: sed quasi dixerit, quis puta, iuxta illud, quod scriptum est: *Quis sapiens, et intellegit haec?* Necnon in alio loco: *Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo?* Et iterum: *Quis cognouit sensum Domini?* Residui ergo erunt de credentibus pauci, qui aduentum

Verbo, no en la humildad de la carne, sino en la gloria del triunfador.

Y es de considerar cómo llama primero durmientes y luego muertos en Cristo, a los que no podrán adelantarse los vivientes. Y es así que quien no cumpliere lo que está escrito: *No consientas que tus ojos duerman ni que tus párpados dormiten para salvarte, como la cabra de sus ataduras y el ave de sus lazos* (Prov 6,4-5), ese tal dormirá y se amodorrará con torpor culpable y, dormido que hubiere, pasará a la muerte. Y es así que, como el que vela se mueve, así el que duerme está tendido inmóvil y tiene torpor parejo a la muerte. Ahora que a la dormición se siga la muerte, nos lo podrá enseñar la primera a los corintios, en la que se escribe: *Pero la verdad es que Cristo ha resucitado de entre los muertos, como primicias de los que duermen. Porque por un hombre vino la muerte y por un hombre la resurrección de los muertos* (1 Cor 15,20s). Y poco después: *No todos dormiremos, pero todos seremos inmutados en un momento, en un abrir y cerrar de ojos, al son de la trompeta novísima. Porque sonará la trompeta, y los muertos resucitarán incorruptibles y nosotros seremos mudados.* Ahora, pues, ya que esto se dice de la dormición y de la muerte, y leemos en el Apóstol: *Despiértate tú que duermes y levántate de entre los muertos y te iluminará Cristo* (Eph 5,14), jurémosle al Señor y hagamos voto al Dios de Jacob, diciendo cada uno en su corazón: *No subiré sobre mi estrado, no consentiré duerman mis ojos ni que dormiten mis párpados hasta hallar lugar para el Señor* (se entiende, sin duda, en tu alma), *una tienda para el Dios de Jacob* (Ps 131,3ss), a fin de que en ella descanse con eterno asiento.

Domini uideant, secundum id quod Deus Verbum est, nequaquam in uilitate carnis, sed in gloria triumphantis.

Et considerandum quomodo primum dormientes appellauerit: deinde in Christo mortuos, quos uiuentes praeuenire non poterunt. Qui enim non custodierit hoc quod scriptum est: *Ne dederis somnum oculis tuis, neque palpebris tuis dormitationem, ut saluus fias, sicut caprea de uinculis, et sicut auis de laqueis,* dormiet, et culpabili sopore torpescet; cumque dormierit, transibit in mortem. Sicut enim mouetur qui uigilat, sic qui dormit iacet inmotus, et mortis torpet similitudine. Quod autem dormitionem sequitur mors, et prima ad Corinthios docere nos poterit; in qua ita scriptum est: *Nunc autem Christus resurrexit ex mortuis, primitiae dormientium; quia per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum;* et post paululum: *Non omnes dormiemus, sed omnes inmutabimur in momento, in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim, et mortui resurgent incorrupti, et nos inmutabimur.* Cum ergo haec de dormitione dicantur et morte, et illud legamus in Apostolo: *Surge qui dormis, et exurge de mortuis et inluminabit te Christus,* iuremus Domino, et uotum faciamus Deo Iacob, unusquisque dicens in corde suo: *Si ascendam super stratum meum, si dedero somnum oculis meis, et palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum Domino* (haud dubium quin in anima tua) *tabernaculum Deo Iacob;* ut Deus in illo aeterna sede requiescat.

Sigue: *Porque el Señor mismo, al mandato, etc.* Descenderá, efectivamente, enviado por el Padre, no con fuerza diferente, sino con función de juez. Y descenderá a los que están abajo, El, verbo y sabiduría de Dios, y verdad, y justicia. Y aunque aquellos a quienes se digna descender estén muertos, no son, sin embargo, ajenos a El, puesto que se llaman muertos en Cristo. Mas los que viven tienen el privilegio de ser elegidos entre un gran número. Pero uno y otro escuadrón, el de los muertos en Cristo y el de los vivos, serán juntamente arrebatados sobre las nubes al encuentro del Señor, de suerte que no tengan que aguardar hasta que baje a la tierra, sino que gozarán ya de su presencia y compañía en las regiones de lo alto. ¡Cuánta clemencia de Cristo, que no sólo se hizo carne por nuestra salud, sino que desciende también a los muertos y en la muerte misma conserva los signos de la vida! Y es así que de su costado salieron agua y sangre. Desciende, pues, el Verbo divino, y la voz del arcángel le precede y le prepara el camino en aquellos que pueden soportar su presencia. Para poderlo comprender, consideremos los misterios de su primera venida. De Juan, que fue precursor suyo, se escribe haber dicho en el desierto: *Yo soy voz del que grita en el desierto,* etc. (Io 1,23). ¿Qué gritó la voz en el desierto? *Preparad los caminos del Señor, enderezad sus sendas.* ¿Por qué premio o por qué paga? *Todo valle será terraplenado, y todo monte y colina, abajado. Lo torcido se hará derecho, y lo áspero, camino llano; y toda carne verá la salud de Dios* (Mt 3,3ss; Lc 3,5s; cf. Is 40,4s). Y esto porque *el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros* (Io 1,14). Pero ahora no será ya la voz del profeta en el desierto. No; la voz

Sequitur: *Quia ipse Dominus in iussu;* et reliqua. Descendet enim missus a Patre, non diuersitate uirtutis, sed dispensatione iudicis; et descendet ad eos qui deorsum sunt. Verbum Dei et sapientia, et ueritas, atque iustitia. Et quanquam mortui sint, ad quos dignatur descendere; tamen non sunt ab eo alieni: mortui enim uocantur in Christo. Qui autem uiuunt, hoc habent priuilegium, quod eliguntur e pluribus. Attamen utrumque agmen, et mortuorum in Christo, et uiuentium, pariter rapientur in nubibus obuiam Domino, ut non eum expectent, donec ad terrena descendat, sed praesentia illius, et contubernio in sublimibus perfruantur. Quantaque clementia Christi, ut pro salute nostra non solum caro factus sit, sed ad mortuos usque descenderit, et in ipsa morte habeat signa uiuentium. Aqua enim et sanguis de latere eius egressa sunt. Descendit igitur sermo diuinus uoce archangeli praecedente, et praeparante sibi uiam in his qui eius possunt ferre praesentiam. Quod ut queamus intellegere, primi aduentus mysteria cognoscamus. Scriptum est de Iohanne, qui praecursor eius fuit, quod in heremo dixerit: *Ego uox clamantis in deserto,* et reliqua. Quid clamauit uox in deserto? *Paratę uiam Domini, rectas facite semitas eius.* Ob quod praemium quamue mercedem? *Omnis uallis inplebitur, et omnis mons et collis humiliabitur; et erunt praua in directa, et aspera in uias planas, et uidebit omnis caro salutare Dei.* Hoc autem ideo quia *Verbum caro factum, et habitauit in nobis.* Nunc autem

del arcángel preparará los caminos, no al que viene en la bajeza de la carne, sino al que en Dios Padre es Dios Verbo. Entonces salía la gente al desierto para oír al precursor del hombre asumido y ver una caña agitada por el viento, una caña de que se hicieron flautas y un sonoro caramillo, que, en boca de los niños, suena con dulce modulación, cuando cantan y dicen en las plazas: *Os hemos cantado y no habéis bailado* (Lc 7,32). Ahora, empero, a la voz del arcángel que va delante del Señor que baja del cielo, y al toque de sonorísima trompeta, cada uno de los creyentes es llamado a la batalla o a los ministerios sacerdotales. Leemos en el libro de los Números que había trompetas consagradas a Dios, para tocarlas delante de la puerta. Ahora bien, si grande es el sonido de la trompeta del ángel y del arcángel, ¿cuánto mayor será el de la trompeta de Dios, que prepara los caminos, primero, de los que duermen y han muerto en Cristo; luego, de los que viven y han quedado como residuo y esperan el advenimiento del Verbo de Dios? Acaso el sonido de la trompeta sencilla sea necesario para los que duermen y han muerto en Cristo, y la voz del arcángel y de la trompeta de Dios, para los que viven y se reservan para la llegada del Señor.

Veamos cómo pueda entenderse también lo que sigue: *Seremos arrebatados juntamente con ellos* (1 Thess 4,17). Este verbo creo yo que indica un paso súbito a estado mejor, y Pablo quiso llamarse «arrebatado», para dar a entender que la rapidez del tránsito excedía la comprensión del pensamiento. En otro lugar significó lo mismo con la propiedad de este verbo: *Sé de un hom-*

nequaquam uox prophetae in deserto erit: sed uox archangeli parantis uias, non in carnis humilitate uenienti, sed ei, qui est apud Patrem Verbum Deus. Et tunc quidem egrediebantur in desertum, ut audirent adsumpti hominis praecursorem, et uiderent harundinem uento agitatam, de qua factae sunt tibiae et uocalis calamus, qui in ore puerorum dulci sonat modulamine, canentium in plateis atque dicentium: *Cantauimus uobis, et non saltastis.* Nunc autem in uoce archangeli praecedentis Dominum descendentem de caelis, et in clarissima tuba, unusquisque credentium, uel ad proelium, uel ad sacerdotalia ministeria prouocatur. Legimus in Numerorum libro, sacratas Deo tubas, quae ante ostium personent. Sin autem magna est uox et angeli tubae et archangeli, quanto maior erit tubae Dei, quae parat uias primum dormientium, et mortuorum in Christo; deinde eorum, qui uiuunt, et residui sunt, et sermonis Dei praestolantur aduentum? Forsitan simplicis tubae clangor dormientibus et mortuis in Christo necessarius est; uox autem archangeli et tubae Dei, his qui uiuunt, et in praesentiam Domini reseruantur.

Videamus quid possit intellegi et id quod sequitur: *simul cum illis rapiemur.* Quo uerbo ostendi puto subito ad meliora transcensum, et idcirco raptum uoluisse se dicere, ut uelocitas transeuntis sensum cogitantis excederet. Quod et in alio loco eiusdem uerbi proprietate signauit: *scio hominem in Christo ante annos quattuordecim (siue in corpore, nescio, siue extra corpus nescio, Deus scit), raptum istius modi usque*

bre en Cristo que hace catorce años (no sé si en el cuerpo, no sé si fuera del cuerpo, Dios lo sabe), sé que ese hombre fue arrebatado hasta el tercer cielo. Y sé de ese hombre, no sé si en el cuerpo o fuera del cuerpo, Dios lo sabe, que fue arrebatado al paraíso, donde oyó palabras no decibles, que no es lícito al hombre pronunciar (2 Cor 12,2ss). Otros, en efecto, adelantando y, como si dijéramos, caminando paso a paso, iban creciendo hasta hacerse lo que la Escritura llama *grandes por extremo* (3 Reg 17,1), y de algunos leemos haber sido asumidos al cielo. Pero Pablo, vaso de elección, subió arrebatado al tercer cielo, y por eso oyó palabras no decibles. Ahora, cómo los que son arrebatados sobre las nubes sean arrebatados al encuentro de Cristo, es punto que debemos considerar con mayor diligencia. Sabemos que las nubes son los profetas, a quienes mandó Dios que no llovieran sobre Israel, cuando colmaron la medida de sus padres, y la ley y los profetas llegaron hasta Juan Bautista. Y, como quiera que Dios puso en la Iglesia primeramente apóstoles y, en segundo lugar, profetas, por nubes hay que entender no solamente a los profetas, sino también a los apóstoles. Así, pues, el que es arrebatado hasta Cristo sube sobre las nubes de la ley y del evangelio, sobre los profetas y los apóstoles y, tomando alas de paloma, levantado por las alas de la doctrina de ellos a lo alto, le sale al encuentro, no en lo bajo, sino en el aire y en la espiritual inteligencia de las Escrituras. Ahora bien, saliéndole al encuentro en lo espiritual y abandonando lo terreno, ora sea durmiente, ora muerto en Cristo, ora viviente y reservado para su advenimiento, estará siempre con El y gozará del Verbo de Dios, del que es la sabiduría, verdad y justicia.

ad tertium caelum. Et scio huiusce modi hominem, siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit, quia raptus est in paradisum, et audiuit uerba ineffabilia, quae non licet homini loqui. Alii enim proficientes et (ut ita dicam) gradientes ad maiora crescebant, donec fierint iuxta id quod scriptum est *magni ualde nimis,* et quosdam in caelum adsumptos legimus. Paulus autem uas electionis in tertium caelum raptus ascendit, et idcirco audiuit uerba ineffabilia. Quomodo autem hi, qui rapiuntur in nubibus, rapiantur obuiam Christo, diligentius contemplandum est. Scimus nubes prophetas, quibus praecepit Deus ne pluerent super Israhel imbrem, quando inpleuerunt mensuram patrum suorum, et facta est Lex et Prophetae usque ad Iohannem Baptistam. Et quia Deus posuit in ecclesia primum apostolos, secundo prophetas, non solum prophetae, sed et apostoli nubes intellegendi sunt. Si quis igitur rapitur ad Christum, ascendit super nubes legis, et euangelii, super prophetas, et apostolos; et adsumptis alis columbae, eorumque doctrina ad excelsa sublatus, occurrit, non deorsum sed in aere, et spiritali intellegentia scripturarum. Occurrens autem in spiritalibus et terrena dimittens, siue ille sit dormiens, siue in Christo mortuus, siue uiuens, et in illius praesentiam reseruatus semper cum illo erit et fruetur Verbo Dei, et sapientia, ueritate atque iustitia.

11. Esto os he dictado con rápida palabra, exponiendo a vuestra prudencia lo que han sentido varones doctos acerca de uno y otro pasaje y los argumentos con que han querido demostrar sus sentencias. La autoridad de persona tan insignificante como yo, que no soy nada y sólo estoy expuesto a las dentelladas de los envidiosos, no es tanta como la de los que nos precedieron en el Señor. Claro que, según los discípulos de Pitágoras, no ha de pesarse la opinión prejuzgada de un maestro, sino la razón de su doctrina. Ahora, si alguno de la facción contraria va por ahí cuchicheando por qué leo las interpretaciones de aquellos a cuyas doctrinas no asiento, sepa que me gusta oír aquello del Apóstol: *Examinadlo todo, mantened lo bueno* (1 Thess 5,21), y las palabras no escritas del Salvador: *Sed banqueros expertos.* Si una moneda es falsa y no lleva la imagen o cuño del César ni la marca de la ceca pública, hay que rechazarla; pero la que presenta a clara luz la faz de Cristo hay que meterla en la bolsa de nuestro corazón. Y es así que, si quiero aprender la dialéctica o las teorías de los filósofos y, volviendo a mi especialidad, el recto sentido de las Escrituras, no voy a interrogar para nada a la gente sencilla de la Iglesia, cuya gracia es otra. Cada uno abunda en su sentir, más que más que, en una casa grande, tiene el padre de familias gran variedad de utensilios. No; hay que preguntar a quienes aprendieron el arte de un artífice y meditan en la ley del Señor día y noche. Yo, lo mismo que en mi mocedad, proclamo en mi edad extrema que Orígenes y Eusebio de Cesarea fueron hombres doctísimos, pero que desbarraron en la verdad del dogma. ¡Cuántas cosas pudiéramos decir contra Teodoro, Acacio y

11. Haec celeri sermone dictaui, quid eruditi uiri de utroque sentirent loco, et quibus argumentis suas uellent probare sententias, uestrae prudentiae exponens. Neque enim tanta est meae pusillitatis auctoritas, qui nihil sum, et inuidorum tantum morsibus pateo, quanta eorum qui nos in Domino praecesserunt. Nec iuxta Pythagorae discipulos, praeiudicata doctoris opinio sed doctrinae ratio ponderanda est. Si quis autem contrariae factionis inmurmurat, quare eorum explanationes legam, quorum dogmatibus non adquiesco, sciat me illud apostoli libenter audire: *Omnia probate, quod bonum est, tenete,* et Saluatoris uerba dicentis: *Estote probati nummularii,* ut si quis nummus adulter est, et figuram Caesaris non habet, nec signatus moneta publica, reprobetur. Qui autem Christi faciem claro praefert lumine, in cordis nostri marsuppium recondatur. Etenim si dialecticam scire uoluero, aut philosophorum dogmata, et (ut ad nostram redeam scientiam) scripturarum, nequaquam simplices ecclesiae uiros interrogare debeo, quorum alia gratia est; et unusquisque in suo sensu abundat (praesertim cum in domo magna patrisfamiliae uasorum diuersitas multa dicatur); sed eos, qui artem didicere ab artifice et in Lege Domini meditantur die ac nocte. Ego et in adulescentia et in extrema aetate profiteor et Origenem et Eusebium Caesariensem uiros esse doctissimos, sed errasse in dogmatum ueritate. Quot e contrario de

Apolinar! Y, no obstante, todos nos han dejado monumentos de su trabajo en la declaración de las Escrituras. El oro se busca en la tierra, y de los cauces de los ríos se saca fulgente pepita. El Pactolo es más rico por su barro que por su corriente. ¿Por qué me laceran mis enemigos y andan gruñendo esas gordas cerdas contra quien se calla? Todo su estudio, o, por mejor decir, la cúspide de su ciencia, es criticar las obras ajenas, y de tal forma defienden la perfidia de los antiguos, que pierden su propia fe. Mi propósito es leer a los antiguos, examinar cada punto y retener sólo lo bueno y no apartarme de la fe de la Iglesia católica.

12. Queriendo contestar a otras cuestioncillas y dictar lo mío o lo ajeno, de pronto me advirtió el hermano Sisinio que escribiera cartas a vosotros y a los otros santos hermanos que tienen a bien querernos. Aflojaré, pues, mi marcha y, si la vida me acompañare, me reservaré para la faena por venir, de manera que os obedezca sucesivamente a vosotros, y este corpezuelo, ya quebrantado por la senectud, pueda soportar una carga moderada. Para terminar os hago una breve advertencia. Lo que se lee en los códices latinos: «Todos ciertamente resucitaremos, pero no todos seremos mudados», no se halla en los volúmenes griegos, que traen: «Todos dormiremos, pero no todos seremos mudados»; o bien: «No todos dormiremos, pero todos seremos mudados». Su sentido lo hemos dicho arriba.

Theodoro, Acacio, Apollinare possumus dicere et tamen omnes in explanationibus scripturarum sudoris sui nobis memoriam reliquerunt. In terra aurum quaeritur, et de fluuiorum alueis splendens profertur glarea, Pactolusque ditior est caeno, quam fluento. Cur me lacerant inimici mei, et aduersum silentem crassae sues grunniunt? Quarum omne studium est, immo scientiae supercilium, aliena carpere, et sic ueterum defendere perfidiam, ut perdant fidem suam. Meum propositum est antiquos legere, probare singula, retinere quae bona sunt, et a fide ecclesiae catholicae non recedere.

12. Volens ad alias quaestiunculas respondere, et uel mea, uel aliena dictare extemplo, a fratre Sisinnio admonitus sum, ut et ad uos et ad ceteros sanctos fratres qui nos amare dignantur litteras scriberem. Cohibebo igitur gradum, et si uita comes fuerit, futuro me operi reseruabo, ut et uobis per partes paream, et fractum ac senile corpusculum onus possit ferre moderatum. Illud autem breuiter in fine commoneo, hoc quod in Latinis codicibus legitur: «Omnes quidem resurgemus, non omnes autem inmutabimur», in Graecis uoluminibus non haberi; sed uel: «Omnes dormiemus, non autem omnes inmutabimur»; uel: «non omnes dormiemus, omnes autem inmutabimur»; quorum quis sensus sit, supra diximus.

120 A HEDIBIA, SOBRE LAS DOCE CUESTIONES

¿Quién es esta Hedibia a quien San Jerónimo dirige esta enorme carta, que rompe todos los marcos de la brevedad epistolar (a la que alude, cuando le conviene, San Jerónimo) y se mete decididamente por el género del *tractatus?* Respecto a la longitud de la carta y su carácter de tratado exegético, ya hemos dicho otras veces. La carta podía ser marco cómodo para la exposición doctrinal y podía ser llamada *liber, libellus, opus* y *uolumen.* De carta se hacía libro. En cuanto a Hedibia, Labourt, si bien con un signo de interrogación, nos da la etimología de su nombre: *edys,* «suave», y *bios,* «vida»: la que hace agradable la vida. Si *nomen* es *omen,* hemos de suponer que Hedibia era mujer agradable, fina, inteligente, férvida cristiana y, desde luego, curiosa de las cosas divinas. No menos que una docena de cuestiones le manda al viejo abad de Belén por mano del peregrino Apodemio (nombre que eran también *omen:* «viajero»), nueve sobre el evangelio y tres sobre la carta a los romanos, la segunda a los corintios y la primera a los tesalonicenses. La primera pregunta (si es que el sumario que antecede al prefacio del tratado es original) nos impresiona: *Quomodo perfectus quis esse possit.* San Jerónimo hubo también de impresionarse y, si no engaña el estilo—rara vez lo logra—, la primera línea de la carta con ese superlativo nos delata una emoción del grande y tierno corazón jeronimiano: «Desconocida de cara, me eres conocidísima por el ardor de tu fe». Este ardor de la fe, sin olvidar que era obra de la gracia, parece ser que venía de lejos (¡tomemos en serio el axioma de que la gracia supone la naturaleza, que un buen amigo mío, más poeta que teólogo, suele expresar así: «Dios no toca—aunque podría—el violín sin arco ni cuerdas!»). Jerónimo conoce los antepasados de Hedibia: Patera, que enseñó retórica en Roma hacia 336, antes de nacer Jerónimo; Delfidio, rétor de Aquitania, que, en la mocedad del mismo, ilustró todas las Galias con su ingenio, de que dio muestras en prosa y verso, hacia 355. El padre de Patera, Febicio, gramático, había emigrado de la tierra de Bayeux a Burdeos. La familia, consagrada al culto del Apolo galo, Beleno, se había entusiasmado por el priscilianismo—por lo menos la mujer y una hija de Delfidio—. La inquietud religiosa de los viejos sacerdotes de Beleno y de las dos «mártires» priscilianistas vino a parar al cuestionario de Hedibia (DOM ANTIN, *Essai* p.202). En resolución, nos hallamos ante una férvida cristiana, viuda, sin duda, cronológicamente a caballo entre los siglos IV y V—el que termina la antigüedad y el que inicia, entre ruinas, sangre y llanto, una edad nueva, aún oscura—. Una cristiana que quiere ser perfecta, que se inclina ante el evangelio y las epístolas paulinas—¡qué bello remoto ejemplo!—y a la que ha llegado la fama de maestro

en la ciencia de la perfección y de las Escrituras del solitario oculto en su campo betlemítico. «Como si no tuvieras en tu provincia, dice a su lejana admiradora, hombres elocuentes y perfectos en la ley de Dios». Exactamente: como si no los tuviera, porque nadie tenía el prestigio, mantenido a prueba de borrascas de toda especie, del abad de Belén.

La carta, como hemos dicho, es enorme, y más enorme sería intentar su comento, que, por otra parte, siendo casi todo de *re biblica,* nos está vedado. Sólo nos pica la curiosidad por la respuesta que dé San Jerónimo a la primera pregunta: ¿Cómo puede ser uno perfecto? Automáticamente, le viene a la mente y a la punta de la lengua (suponemos que dictaba a su secretario) el texto evangélico: *Si quieres ser perfecto, anda, vende todo lo que tienes y dalo a los pobres y luego ven y sígueme.* La perfección, para Jerónimo, es la renuncia a la riqueza. Desde la carta a Heliodoro, en las remotas fechas de su noviciado del desierto de Calcis, a estos años ya de senectud en el campo betlemítico, su pensamiento no ha variado, y, si hemos de decir lo que sentimos, no ha dado un paso adelante, que hubiera sido esencial dar. La perfección no puede radicar en algo negativo, en una renuncia. ¿No dice él mismo y lo repite machaconamente que también renunciaron a la riqueza los filósofos, y no por eso se los puede llamar perfectos? ¡La perfección está en el seguimiento de Cristo, y eso es lo propio de los apóstoles y creyentes! Muy bien; pero ¿no se le puede seguir a Cristo más que renunciando a la riqueza? He ahí donde hay que dar el paso esencial, y que no da, aquí por lo menos, San Jerónimo. Esto le lleva, en el desenvolvimiento de su teoría, a graves tropiezos lógicos. Primero, a la condenación pura y simple de la riqueza. Con razón, viene a decir, la calificó el Señor de mammona de iniquidad, pues toda riqueza procede de iniquidad; y le parece verdaderísimo (el superlativo es suyo) el dicho vulgar de que «un rico o es un inicuo o heredero de un inicuo». El segundo tropiezo es la cuantía en que haya que renunciar. En buena lógica, a todo. ¿Hasta a la comida y vestido? ¡El aniquilamiento! ¿Habrá que dejar en la miseria a los hijos? Jerónimo oye que su consultante le replica: «¡Eso es difícil, duro, contra la naturaleza!» Y él: «Pero es lo perfecto, aunque libre». Luego la perfección ¿es cosa libre para el cristiano? ¡Grave interrogante a que no responde Jerónimo! El mismo, por lo demás, se da cuenta—y es otro tropiezo—de que el sentido literal o, por mejor decir, material de las palabras del Señor no resuelve nada. ¡Tengamos una sola túnica! Muy bien allá en Palestina; pero si se trata de los fríos de Escitia o de las nieves de los Alpes, para las que no bastan tres túnicas ni todas las pieles del ganado, por una túnica hay que entender todas las que hagan falta para defender nuestro cuerpo de la congelación. Y, por el mismo caso, todo lo

que de presente hace falta para la comida, hay que llamarlo comida de un solo día. Es decir, que aquí, acaso más directamente que en otras partes, la letra mata (de hambre) y el espíritu vivifica. Digamos, en fin, la palabra vivificante: la caridad que, ésta sí, es llamada por el Apóstol atadura de la perfección. Y con ello acaba nuestro comento. El resto de la larga epístola queda intacto para el lector.

Fecha: 407 (según Cavallera, que la pone antes de la carta 121, a Algasia).

I. Cómo pueda uno ser perfecto y cómo haya de vivir la viuda que ha quedado sin hijos.

II. ¿Qué significa lo que se escribe en Mateo: *No beberé en adelante de este producto de la vid, hasta el día en que lo beba con vosotros en el reino de mi Padre?*

III. ¿Cuál es la causa por que los evangelistas divergen en la narración de la resurrección y aparición del Señor? ¿Por qué dice Mateo que el Señor resucitó la tarde del sábado, a las primeras luces del domingo, y Marcos cuenta que resucitó por la mañana del día siguiente?

IV. ¿Cómo cuenta Mateo que la tarde del sábado vio María Magdalena al Señor resucitado, mientras Juan evangelista refiere que, la mañana del domingo, estaba llorando junto al sepulcro?

V. ¿Cómo es que, según Mateo, María Magdalena, la tarde del sábado, con la otra María, se arrojó a los pies del Salvador y, según Juan oye, la mañana del domingo, que le dice el Señor: *No me toques, pues todavía no he subido a mi Padre?*

120 Ad Hedybiam
De qvaestionibvs dvodecim

I. Quomodo perfectus quis esse possit, et quomodo uiuere debeat uidua quae sine liberis derelicta est.

II. Quid sit quod in Matheo scriptum est: *Non bibam a modo de hoc genimine uitis, usque in diem illum, quo illud bibam uobiscum nouum in regno Patris mei.*

III. Quae causa sit, ut de resurrectione et apparitione Domini euangelistae diuersa narrauerint; et cur dicente Matheo, quod uespere sabbati inlucescente in una sabbati Dominus resurrexerit, Marcus mane eum alterius diei adserat surrexisse.

IV. Quomodo iuxta Matheum, uespere sabbati Maria Magdalene uidit Dominum resurgentem; et Iohannes euangelista refert, mane una sabbati eam iuxta sepulcrum flere.

V. Quomodo iuxta Matheum, Maria Magdalene uespere sabbati cum altera Maria aduoluta pedibus Saluatoris, secundum Iohannem mane una sabbati audit a Domino: *Noli me tangere; necdum enim ascendi ad Patrem meum.*

VI. ¿Cómo es que, entre el pelotón de soldados de guardia, Pedro y Juan entraron libremente al sepulcro, sin que ninguno de los guardias se lo estorbara?

VII. ¿Cómo es que Mateo y Marcos escriben haber dado el Señor por las mujeres a los apóstoles el recado de que se le adelantaran a Galilea y que allí lo verían, y Lucas y Juan recuerdan que fue visto por los apóstoles en Jerusalén?

VIII. ¿Qué quiere decir lo que se escribe en Mateo: *Se abrieron los sepulcros y muchos cuerpos de santos que se habían dormido* (o muerto) *resucitaron y, saliendo de los sepulcros después de la resurrección de El, vinieron a la ciudad santa y se aparecieron a muchos?*

IX. ¿Cómo es que el Salvador, según Juan, insufla el Espíritu Santo sobre los apóstoles y, según Lucas, dice que se lo enviará después de la ascensión?

X. ¿Qué significa lo que el apóstol Pablo discute en la carta a los romanos: *¿Qué decir entonces? ¿Hay por ventura iniquidad en Dios? ¡Ni mucho menos!*, etc.?

XI. ¿Qué quiere decir lo que el Apóstol escribe en la segunda a los corintios: *Para unos, buen olor de muerte para muerte; para otros, buen olor de vida para vida. ¿Y quién es idóneo para esto?*

XII. ¿Qué quiere decir lo que escribe en la epístola primera a los tesalonicenses: *Y el Dios mismo de la paz os santifique en todo, y vuestro espíritu se mantenga entero, y vuestra alma y cuerpo sin reproche para el advenimiento de nuestro Señor Jesucristo?*

VI. Quomodo custodiente militum turba, Petrus et Iohannes libere ingressi sunt sepulchrum, nullo prohibente custodum?

VII. Quomodo Matheus scribit et Marcus, quod mandatum sit apostolis per mulieres ut praecederent saluatorem in Galilaeam, et ibi eum uiderent, Lucas autem et Iohannes in Hierusalem eum ab apostolis uisum commemorant?

VIII. Quid sit quod in Matheo scriptum est: *Monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt; et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius uenerunt in sanctam ciuitatem, et apparuerunt multis.*

IX. Quomodo Saluator, secundum Iohannem insufflat Spiritum Sanctum apostolis, et secundum Lucam post ascensionem missurum esse se dicit.

X. Quid significet illud quod apostolus Paulus disputat ad Romanos scribens: *Quid ergo dicemus: Numquid iniquitas apud Deum? Absit* et reliqua.

XI. Quid sit quod apostolus scribit in secunda ad Corinthios: *Aliis odor mortis ad mortem et aliis odor uitae ad uitam et ad haec quid idoneus?*

XII. Quid sit quod scribit in epistula ad Thessalonicenses prima: *Ipse autem Deus pacis sanctificet uos per omnia, et integer spiritus uester, et anima et corpus sine querela, in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur?*

Prefacio

Desconocida de cara, eres para mí conocidísima por el ardor de tu fe. Oculto en el campo betlemítico, me provocas desde los últimos confines de la Galia a que te conteste a la lista de cuestiones de las santas Escrituras que me has propuesto por medio del hombre de Dios e hijo mío Apodemio. Como si no tuvieras en tu provincia varones elocuentes y perfectos en la ley de Dios. A no ser que busques acaso, antes que instruirte, ponerme a prueba y quieras saber qué pienso yo sobre lo mismo que has oído de otros. De tus mayores, Patera y Delfidio, uno enseñó retórica en Roma antes de que yo naciera; el otro, siendo yo ya mozo, ilustró con su ingenio, en prosa y verso, todas las Galias, y ellos sin duda, muertos ya y callados, me reprocharán con razón que venga yo a cuchichear nada a quien desciende de su linaje. Si bien, concediéndoles de buen grado grande elocuencia y ciencia de las letras humanas, les niego con razón conocimiento de la ley de Dios, que nadie puede recibir, si no le fuere dado por el Padre de las luces, que *ilumina a todo hombre que viene a este mundo* (Io 1,9) y está en medio de los creyentes que se congregan en su nombre. Por eso, francamente te declaro (y no temo que mi dicho se achaque a arrogancia) que no te escribo con doctas palabras de sabiduría humana, que Dios ha de destruir, sino con palabras de fe, *cotejando lo espiritual con lo espiritual* (1 Cor 2,13): ¡Que el abismo del Antiguo Testamento llame al abismo del Evangelio por la voz de sus cataratas, es decir, de sus profetas y apóstoles,

Praefatio

Ignota uultu, fidei mihi ardore notissima es. Et de extremis Galliae finibus in Bethleemitico rure latitantem, ad respondendum prouocas, de sanctarum quaestiunculis scripturarum, per hominem Dei, filium meum Apodemium, commonitoriolum dirigens; quasi uero non habeas in tua prouincia disertos uiros, et in Dei lege perfectos: nisi forte experimentum magis nostri quam doctrinam flagitas, et uis scire quid de his quae ab aliis audisti, nos quoque sentiamus. Maiores tui Patera atque Delphidius, quorum alter antequam ego nascerer, rhetoricam Romae docuit, alter me iam adulescentulo omnes Gallias prosa uersuque suo inlustrauit ingenio, iam dormientes et taciti me iure reprehendunt, quod audeam ad stirpem generis sui quippiam musitare, licet concedens eis eloquentiae magnitudinem et doctrinam saecularium litterarum, merito subtraham scientiam legis Dei, quam nemo accipere potest, nisi ei data fuerit a Patre luminum qui *inluminat omnem hominem uenientem in mundum* et stat medius credentium, qui in nomine eius fuerint congregati. Vnde libere profiteor (nec dictum superbia pertimesco) me scribere tibi non in doctis humanae sapientiae uerbis, quam Deus destructurus est; sed in uerbis fidei, *spiritalibus spiritalia conparantem:* ut abyssus ueteris Testamenti inuocet abyssum euangelicam, in uoce cataractarum, id est, prophetarum et apostolo-

y la verdad del Señor llegue hasta las nubes! A las nubes que recibieron mandato de no llover sobre el Israel incrédulo, y regar los sembrados de los gentiles, y endulzar el torrente de las Espinas y el mar Muerto. Ora, pues, que el verdadero Eliseo vivifique las aguas, estériles y muertas en mí, y sazone mi regalillo con la sal de los apóstoles, a quienes dijo: *Vosotros sois la sal de la tierra* (Mt 5,13). No se ofrece al Señor sacrificio alguno sin sal. Tampoco te recrees con el brillo de una elocuencia profana, que Jesús vio caer, como un rayo, del cielo (Lc 10,18). Recibe más bien al que no tiene forma ni hermosura, a un hombre hecho a los golpes y que sabe de sufrir enfermedades. Y sábete que cuanto a tus preguntas respondiere, no lo respondo por confianza que tenga en la palabra, sino en la fe de aquel que nos hizo esta promesa: *Abre tu boca y yo la llenaré* (Ps 80,11).

I. *¿Cómo puede uno ser perfecto y cómo ha de vivir la viuda que ha quedado sin hijos?* Esto mismo pregunta en el evangelio un doctor de la ley: *Maestro, ¿qué tengo que hacer para poseer la vida eterna?* A lo que respondió el Señor: *Ya sabes los mandamientos.* Y él: *¿Cuáles?* Y Jesús le dijo: *No matarás, no cometerás adulterio, no robarás, no levantarás falso testimonio, honra a tu padre y a tu madre y amarás a tu prójimo como a ti mismo* (Mt 19,16ss). Y como el otro le dijera: *Todo eso ya lo he cumplido,* el Señor prosiguió: *Sólo te falta una cosa: Si quieres ser perfecto, anda, vende todo lo que tienes y dalo a los pobres, y luego ven y sígueme* (ibid.). Así, pues, yo también te responderé con las palabras de nuestro Señor: Si quieres ser perfecta, tomar

rum suorum, et ueritas Domini perueniat usque ad nubes, quibus mandatum est, ne super incredulum Israhel imbrem pluerent; sed ut rigarent arua gentilium, et torrentem spinarum ac mare mortuum dulcorarent. Ora igitur, ut uerus Helisaeus steriles in me et mortuas aquas uiuificet, et apostolorum sale, quibus dixerat: «Vos estis sal terrae», meum munusculum condiat, quia omne sacrificium quod absque sale est, Domino non offertur. Nec fulgore saecularis eloquentiae delecteris, quam uidit Iesus quasi fulgur cadentem de caelo: sed potius eum recipe, qui non habet decorem nec speciem: homo in plagis positus et sciens ferre infirmitatem; et quicquid ad proposita respondero, scias me non confidentia respondisse sermonis; sed eius fide, qui pollicitus est: *Aperi os tuum, et inplebo illud.*

I. *Quomodo perfectus esse quis possit, et quomodo uiuere debeat uidua, quae sine liberis derelicta est.*—Hoc idem et in euangelio legis doctor interrogat: *Magister, quid faciens uitam aeternam possidebo?* Cui respondit Dominus: *Mandata nosti?* Dicit ille: *Quae?* Iesus autem dixit: *Non homicidium facies, non adulterium, non furtum, non falsum testimonuim dices, honora patrem et matrem, et diliges proximum tuum sicut teipsum.* Et illo dicente: *Haec omnia feci,* Dominus intulit: *Vnum tibi deest. Si uis esse perfectus, uade, uende omnia quae habeas, et da pauperibus: et ueni, sequere me.* Itaque et ego tibi Domini nostri respondebo

tu cruz y seguir al Salvador e imitar a Pedro, que dice: *Mira que nosotros lo hemos dejado todo y te hemos seguido* (Mc 10,28), anda, vende todo lo que tienes y dalo a los pobres y sigue al Salvador. No dijo: Dalo a tus hijos, a tus hermanos, a tus deudos; que, aun de tenerlos, siempre debería, de derecho, ser preferido el Señor; sino: Dalo a los pobres, o, más bien, dalo a Cristo, que es alimentado en los pobres, El, que, siendo rico, se hizo pobre por nosotros y dice en el salmo 39: *Yo, empero, soy mendigo y pobre, el Señor se cuida de mí* (Ps 39,18). E inmediatamente, el comienzo del salmo 40 a El también se refiere: *Bienaventurado el que entiende sobre el necesitado y el pobre* (Ps 40,2). Inteligencia es menester—y después viene la bienaventuranza—para saber quién sea el necesitado y el pobre. No ciertamente el que anda cubierto de harapos y suciedades y, no obstante, no se aparta de los vicios, sino aquellos de quienes habla el Apóstol: *Sólo que nos acordáramos de los pobres* (Gal 2,10). Para alivio de éstos trabajan Pablo y Bernabé en las iglesias de los gentiles y organizan colectas el domingo; y esta misma oblación son ellos mismos, y no otros, quienes se cuidan de llevarla a toda priesa a los que por Cristo perdieron toda su hacienda, a los que sufrieron persecuciones, a los que dijeron a su padre y madre, a sus esposas e hijos: *No os conocemos* (Deut 23,19). Estos cumplieron la voluntad del Padre y oyeron al Señor Salvador, que les decía: *Mi madre y mis hermanos son los que hacen la voluntad de mi Padre* (Lc 8,21). Esto decimos, no porque prohibamos hacer limosna a judíos pobres o a gentiles y, de modo general, a pobres de cualquier linaje, sino porque hemos de preferir a los pobres cristianos

sermonibus; si uis esse perfecta, et tollere crucem tuam, et sequi Dominum saluatorem, et imitari Petrum dicentem: *Ecce nos omnia nostra dimisimus, et secuti sumus te;* uade et uende omnia tua quae habes, et da pauperibus, et sequere Saluatorem. Non dixit: da filiis, da fratribus, da propinquis, quos etiam si haberes, iure his Dominus praeferretur: sed, da pauperibus: immo da Christo, qui in pauperibus pascitur, qui cum diues esset, pro nobis pauper factus est; qui loquitur in tricesimo nono psalmo: *Ego autem mendicus sum et pauper, Dominus sollicitus est pro me.* Statimque quadragesimi psalmi de eo exordium est: *Beatus qui intellegit super egenum et pauperem.* Intellegentia opus est, et post intellegentiam beatitudine, qui sit egenus et pauper. Non utique ille qui mendicitate et squalore coopertus est, et tamen non recedit a uitiis; sed de quibus apostolus loquitur: *Tantum ut pauperum memores essemus.* Ob quorum refrigeria laborant Paulus et Barnabas in ecclesiis gentium, ut collectae fiant per primam sabbati, et hanc ipsam oblationem, non per alios, sed per se deferre festinant his, qui suas pro Christo amisere substantias, qui persecutiones passi sunt, qui dixerunt patri suo et matri, uxoribus et liberis: *Non nouimus uos.* Hi inpleuerunt uoluntatem Patris, et audierunt dicentem Dominum Saluatorem: *Mater mea et fratres mei hi sunt, qui faciunt uoluntatem Patris mei.* Et haec dicimus, non quod in pauperes

y creyentes y, aun entre los mismos cristianos, mucho va de un pecador a un santo. Por eso, el Apóstol, aun aprobando la misericordia pasiva para con todos, añade: *Señaladamente para con los familiares de la fe* (Gal 6,10). Familiar de la fe es el que está con nosotros unido por la misma religión, y a quien sus pecados no separan de la sociedad de sus hermanos. Y si sobre los enemigos mismos se nos manda que, si tuvieren hambre, les demos de comer, y si sed, de beber, y que, haciéndolo así, amontonemos carbones sobre su cabeza, ¡cuánto más sobre los que no son enemigos, sino cristianos y, sobre cristianos, santos! Porque tampoco hemos de tomar a mala parte, sino a buena, eso que se dice de que, *haciéndolo así, amontonamos carbones sobre su cabeza* (Rom 12,20). No. Cuando hacemos beneficios a nuestros enemigos, vencemos con nuestra bondad su maldad, y ablandamos su dureza, y doblamos su ánimo irritado hacia la familiaridad. De esta manera amontonamos carbones sobre la cabeza de ellos, aquellos carbones de que está escrito: *Las flechas del poderoso son agudas, con carbones devastadores* (Ps 119,4). De manera que, como el serafín tomó un carbón del altar y con él purificó los labios del profeta, así han de purificarse de sus pecados nuestros enemigos, como que vencemos con el bien el mal y bendecimos a los que nos maldicen e imitamos al Padre, que hace salir su sol sobre justos y pecadores (Mt 5,45). Así, pues, también tú, que no tienes hijos, ni siquiera pocos, ten muchos; hazte amigos del mammón inicuo, que te reciban en las tiendas eternas. Muy acertadamente lo llamó inicuo, pues todas las riquezas proceden

Iudaeos, siue gentiles, et omnino cuiuslibet gentis sint pauperes, prohibeamus faciendam elemosynam; sed quo Christianos et credentes pauperes incredulis praeferamus, et inter ipsos Christianos sit multa diuersitas, utrum peccator, an sanctus sit. Vnde et apostolus passiuam in omnibus misericordiam probans, infert: *maxime in domesticos fidei*. Domesticus fidei est, qui eadem tibi religione coniungitur, quem a consortio fraternitatis peccata non separant. Quod si de inimicis quoque nobis praecipitur, ut si esurierint, demus eis cibos, si sitierint, demus eis potum: et haec facientes congregemus carbones super caput eorum; quanto magis de his, qui non sunt inimici, et qui Christiani sunt, aut Christiani sancti? Neque uero hoc quod dicitur, *haec enim faciens, carbones ignis congregabis super caput eius*, in malam partem accipiendum est, sed in bonam. Quando enim inimicis nostris praebemus beneficia, malitiam eorum nostra bonitate superamus, et mollimus duritiam, iratumque animum ad necessitudinem flectimus: atque ita congregamus carbones super caput eorum, de quibus scriptum est: *sagittae potentis acutae, cum carbonibus desolatoriis;* ut quomodo de altari a Seraphin carbo sublatus, prophetae labia purgauit; ita et inimicorum nostrorum peccata purgentur, ut uincamus in bono malum, et benedicamus maledicentibus, et imitemur Patrem, qui solem suum oriri facit super iustos et iniustos. Igitur et tu, quia paucos non habes filios, habe plurimos; fac tibi amicos de iniquo mamona, qui te recipiant

de iniquidad y, si uno no pierde, otro no puede encontrar. Por eso, a mí me parece la verdad misma aquella sentencia que anda en boca de la gente: El rico, o es un inicuo o heredero de un inicuo. El doctor de la ley que oyó la respuesta del Señor, no la pudo aguantar, pues tenía muchas riquezas, y el Señor, vuelto a sus discípulos, les dijo: *¡Qué difícil es que los ricos puedan entrar en el reino de los cielos!* (Mc 10,23). No dijo imposible, sino difícil, si bien el ejemplo que puso es de un imposible: *Más fácilmente podrá entrar un camello por el ojo de una aguja que un rico en el reino de los cielos* (Mt 19,24). Esto no tanto es difícil cuanto imposible, pues jamás se dará el caso de que un camello pase por el ojo de una aguja. ¿Luego jamás entrará un rico en el reino de los cielos? Pero el camello es animal tortuoso y curvo y va aplastado por pesada carga. Por el mismo caso, nosotros, cuando nos metemos por sendas torcidas y dejamos el camino derecho y nos cargamos con las riquezas del mundo o con el peso de las culpas, no podemos ya entrar en el reino de Dios. Mas, si deponemos la pesadísima carga y tomamos alas de paloma, volaremos y descansaremos y se nos dirá: *Si durmiereis en medio de las herencias, las plumas de la paloma son plateadas, y lo posterior de su dorso con rubicundez de oro* (Ps 67,14). Nuestro dorso o espalda, que antes era informe y era oprimido por grave carga, tendrá el verdor pálido del oro, lo que se interpreta del sentido o fondo de las Escrituras, y las alas plateadas, que se entienden de la palabra de las mismas, y entonces podremos entrar en el reino de Dios. Dicen los apóstoles que ellos dejaron todo lo que

in aeterna tabernacula. Pulchreque dixit «de iniquo»; omnes enim diuitiae de iniquitate descendunt, et nisi alter perdiderit, alter non potest inuenire. Vnde et illa uulgata sententia mihi uidetur esse uerissima: diues aut iniquus, aut iniqui heres. Quod cum legis doctor audisset, et ferre non posset, quia habebat diuitias multas, conuersus Dominus ad discipulos, ait: *Quam difficile qui diuites sunt intrare possunt in regna caelorum.* Non dixit, inpossibile; sed difficile: licet exemplum posuerit inpossibilitatis: *Facilius camelus per foramen acus transire poterit, quam diues in regna caelorum.* Hoc autem non tam difficile est, quam inpossibile. Nunquam enim fieri potest, ut camelus transeat per foramen acus. Numquam igitur diues intrare poterit regna caelorum? Sed camelus tortuosus et curuus est, et graui sacina praegrauatur. Et nos ergo, quando prauas ingredimur semitas, et rectam uiam dimittimus, et oneramur mundi diuitiis, siue pondere delictorum, regnum Dei ingredi non ualemus. Quod si deponamus grauissimam sarcinam, et adsumamus nobis pennas columbae, uolabimus, et requiescimus, et dicitur de nobis: *Si dormiatis inter meos cleros, pennae columbae deargentatae, et posteriora dorsi eius in pallore auri.* Dorsum nostrum, quod prius informe erat, et graui sarcina premebatur, habeat uirorem auri, quod interpretatur in sensu, et alas deargentatas, quae intelleguntur in eloquio scripturarum, et regnum Dei intrare poterimus. Dicunt apostoli se omnia, quae sua fuerint, dimisisse, et mercedem pro hac

había sido suyo, y reclaman audazmente la paga por esta hazaña. Y el Señor les responde: *Todo el que dejare casa, o hermanos o hermanas, o padre o madre, o mujer o hijos, o campos por mi nombre, recibirá cien doblado y poseerá la vida eterna* (Mt 19,29). ¡Qué gran bienaventuranza recibir lo grande por lo pequeño, lo eterno por lo pasajero, lo que vive siempre por lo que tiene que morir, y tener por deudor al Señor! Mas si alguna viuda tiene hijos, sobre todo si es de noble familia, no los deje en la indigencia; haga una distribución igual, pero de suerte que se acuerde primeramente de su alma y piense que es también ella un hijo. Reparta antes bien la hacienda con sus hijos, que no se la entregue toda; es más, ha de hacer a Cristo coheredero de sus hijos. Me replicarás: Cosa difícil, dura y contra la naturaleza. Pero oirás al Señor, que te responde: *El que pueda entender, entienda* (Mt 19,12). Y si quieres ser perfecta, no te impone el yugo de la necesidad, sino que deja en tu mano tu libre albedrío. ¿Quieres ser perfecta y situarte en la cúspide más alta de la dignidad? Haz lo que hicieron los apóstoles: vende todo lo que tienes y dalo a los pobres y sigue al Salvador. La virtud desnuda, la virtud sola, síguela desnuda y sola. ¿No quieres ser perfecta, sino ocupar el segundo puesto de la virtud? Pues deja todo lo que tienes y dalo a tus hijos y deudos. Nadie te reprenderá de que sigas lo inferior, con tal de que sepas que con toda justicia te es preferida la que escogió lo más alto.

Me dirás que eso es cosa de los apóstoles y de varones. Una mujer noble no puede venderlo todo, pues necesita de muchos adminículos para la presente vida. Oye, pues, el aviso del Apóstol:

uirtute audacter exposcunt. Quibus respondit Dominus: *Omnis, qui relinquit domum, uel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, et uitam aeternam possidebit.* O quanta beatitudo, pro paruis magna recipere, aeterna pro breuibus, pro morituris semper uiuentia, et habere Dominum debitorem. Si quae autem uidua habet liberos, et maxime si nobilis familiae est, egentes filios non dimittat, sed ex aequalitate, ut meminerit primum animae suae, et ipsam putet esse de filiis, et partiatur potius cum liberis, quam omnia filiis derelinquat; immo Christum liberorum suorum faciat coheredem. Respondebis, difficile, durum est, contra naturam. Sed Dominum tibi audies respondentem: *Qui potest capere, capiat.* Et si uis esse perfecta, non tibi iugum necessitatis inponit, sed potestati tuae liberum concedit arbitrium. Vis esse perfecta, et in primo stare fastigio dignitatis? fac quod fecerunt apostoli: uende omnia quae habes, et da pauperibus, et sequere Saluatorem, et uirtutem nudam, solamque uirtutem, nuda sequaris et sola. Non uis esse perfecta, sed secundum gradum tenere uirtutis, dimitte omnia tua quae habes, da filiis, da propinquis. Nemo te reprehendit, si inferiora secteris, dum modo illam scias tibi iure praelatam, quae elegerit prima.

Dicis, hoc apostolorum est, et uirorum; mulierem autem nobilem non posse omnia uendere, quae multis adiumentis uitae huius indigeat. Audi

No se trata de que otros tengan alivio y vosotros os veáis en estrechez, sino que haya igualdad: vuestra abundancia sustente su indigencia, y la abundancia de ellos supla a vuestra indigencia (2 Cor 8,13-14). De ahí que diga el Señor: *El que tenga dos túnicas, dé una al que no tiene ninguna* (Lc 3,11). ¿Qué decir si se trata de los fríos de Escitia o de las nieves de los Alpes, que no pueden repelerse con dos ni con tres túnicas ni apenas con todas las pieles de las ovejas? Hay, pues, que llamar una sola túnica todo lo que haga falta para defender nuestros cuerpos y para remediar la flaqueza con que nos echó desnudos al mundo la naturaleza. Y cuanto de presente se necesita para comer, se llama comida de un solo día. Por eso se nos manda: *No penséis en el día de mañana* (Mt 6,34), es decir, en el tiempo por venir. Y el Apóstol: *En teniendo,* dice, *con qué comer y vestir, con eso hemos de contentarnos* (1 Tim 6,8). Si tienes más de lo que necesitas para comer y vestir, eso has de distribuir, en eso tienes que reconocerte deudora. Ananías y Safira merecieron la sentencia del apóstol Pedro por haber guardado tímidamente lo suyo. ¿Luego, dirás, merece castigo el que no da lo suyo? ¡De ninguna manera! Aquéllos fueron castigados porque quisieron mentir al Espíritu Santo y, reservándose lo necesario para vivir, buscaban la vanagloria como si hubieran renunciado de todo punto al siglo. Por lo demás, lícito es dar o no dar. Eso sí, al que desea ser perfecto, la pobreza presente se le compensa por las riquezas venideras.

Respecto a cómo haya de vivir una viuda, lo cifra el Apóstol en breves palabras: *La que está entre delicias, aun viva, está muerta* (1 Tim 5,6). Y nosotros mismos en dos opúsculos, que hemos

igitur apostolum commonentem: *Non ut aliis refrigerium, uobis autem tribulatio: sed ex aequalitate, uestra abundantia illorum sustentet inopiam; ut et illorum abundantia uestrae inopiae sit supplementum.* Vnde Dominus: *Qui habet,* inquit, *duas tunicas, det alteram non habenti.* Quid si Scythiae frigora sint, et Alpinae niues, quae non duabus, et tribus tunicis, sed uix pecudum pellibus repelluntur? Quicquid ergo corpora nostra defendere potest, et humanae succurrere inbecillitati, quos nudos natura profudit, hoc una appellanda est tunica; et quicquid in praesentibus alimentis necessarium est, hoc unius diei uictus appellatur. Vnde praeceptum est: *ne cogitetis de crastino,* hoc est de futuro tempore. Et apostolus, *habentes,* inquit, *uictum et uestitum, his contenti simus.* Si plus habes, quam tibi ad uictum uestimentumque necessarium est, illud eroga, in illo debitricem esse te noueris. Ananias et Sapphira Apostoli meruere sententiam, quia sua timide reseruarunt. Ergone, inquies, puniendus est qui sua non dederit? Minime. Puniti sunt, quia mentiri uoluerunt Spiritui Sancto, et reseruantes necessaria uictui suo, quasi perfecte saeculo renuntiantes, uanam gloriam sectabantur. Alioquin licet libere uel dare, uel non dare. Quamquam ei, qui cupiat esse perfectus, praesens paupertas futuris diuitiis conpensanda sit. Quomodo autem uidua uiuere debeat, breui sermone apostolus conprehendit, dicens: *quae in deliciis est, uiuens mor-*

dedicado a Furia y a Salvina, creemos haberlo expuesto más ampliamente *(Epist.* 44 y 79).

II. *¿Qué quiere decir lo que se escribe en Mateo: «Pero os digo que en adelante no beberé más del producto de la vid hasta el día que lo beba, nuevo, en el reino de mi Padre»?* (Mt 26,29). De este lugar tomaron algunos pie para construir la fábula de los mil años, en que pretenden ha de reinar Cristo corporalmente y beber el vino que no bebió desde aquel tiempo hasta la consumación del mundo. Mas nosotros entendamos cómo el pan que rompió el Señor y dio a sus discípulos es el cuerpo del Señor Salvador, pues les dice El mismo: *Tomad y comed, éste es mi cuerpo;* y aquel cáliz es del que luego dijo: *Bebed de él todos, porque ésta es mi sangre de la nueva alianza, que será derramada por muchos en remisión de los pecados* (Mt 26,26-28). Este es el cáliz del que leemos en el profeta: *Tomaré el cáliz saludable e invocaré el nombre del Señor* (Ps 115,4). Y en otro lugar: *Mi cáliz embriagador, ¡qué glorioso es!* (Ps 22,5). Ahora, pues, si el pan que bajó del cielo es el cuerpo del Señor, y el vino que Dios dio a sus discípulos es la sangre de la nueva alianza, que fue derramada en remisión de los pecados, rechacemos las fábulas judaicas y subamos con el Señor al cenáculo grande, tapizado y limpio, y recibamos de su mano arriba el cáliz de la nueva alianza. Celebremos allí con El la Pascua y dejémonos por El embriagar con el vino de la sobriedad. *Porque el reino de Dios no es comida ni bebida, sino justicia y gozo y paz en el Espíritu Santo* (Rom 14,17). Tampoco fue Moisés el que nos dio el pan verdadero, sino el Señor Jesús,

tua est; et nos in duobus libellis, quos ad Furiam et Saluinam scripsimus, plenius dictum putamus.

II. *Quid sit quod in Matheo scriptum est: «Dico autem uobis: Non bibam a modo de hoc genimine uitis, usque in diem illum, quo bibam illud uobiscum nouum in regno Patris mei».*—Ex hoc loco quidam mille annorum fabulam struunt, in quibus Christum regnaturum corporaliter esse contendunt, et bibiturum uinum, quod ex illo tempore ad consummationem mundi non biberit. Nos autem audiamus panem quem fregit Dominus, deditque discipulis, esse corpus Domini Saluatoris, ipso dicente ad eos: *Accipite, et comedite, hoc est corpus meum;* et calicem illum esse, de quo iterum locutus est: *Bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Iste est calix de quo in propheta legimus: *Calicem salutaris accipiam et nomen Domini inuocabo.* Et alibi: *Calix meus inebrians quam praeclarus est.* Si ergo panis, qui de caelo descendit, corpus est Domini, et uinum quod discipulis dedit, sanguis illius est noui testamenti qui effusus est in remissionem peccatorum, Iudaicas fabulas repellamus, et ascendamus cum Domino cenaculum magnum, stratum, atque mundatum, et accipiamus ab eo sursum calicem noui testamenti; ibique cum eo Pascha celebrantes, inebriemur ab eo uino sobrietatis. *Non est enim regnum Dei cibus, et potus, sed iustitia, et gaudium, et pax in Spiritu Sancto.* Nec Moyses dedit

que es—El mismo—convidado y convite, el que come y el que es comido. La sangre de El bebemos y sin El no podemos abrevarnos. Diariamente, en sus sacrificios, del producto de la vid verdadera y de la viña de Sorec (que se interpreta «escogida»), pisamos los rubios mostos y de ellos bebemos vino nuevo en el reino del Padre, no en la vetustez de la letra, sino en la novedad del espíritu. Y cantamos el cántico nuevo, que nadie puede cantar sino en el reino de la Iglesia, que es el reino del Padre. Este pan deseaba también comer el patriarca Jacob cuando decía: *Si el Señor estuviere conmigo y me diere pan para comer y ropa para vestirme* (Gen 28,20). Y es así que cuantos nos bautizamos en Cristo, de Cristo nos vestimos y comemos el pan de los ángeles y oímos al Señor, que pregona: *Mi comida es hacer la voluntad del que me ha enviado y cumplir su obra* (Io 4,34). Cumplamos, pues, la voluntad del Padre, que nos ha enviado, y llevemos a cabo su obra, y Cristo beberá con nosotros su sangre en el reino de su Iglesia.

III. *¿Cuál es la causa por que los evangelistas discrepan en lo que cuentan acerca de la resurrección y aparición del Señor?* Sobre esto preguntas primeramente por qué dijo Mateo que el Señor resucitó la tarde del sábado, a las primeras luces del domingo, y Marcos cuenta que la resurrección fue por la mañana. Marcos escribe así: *Habiendo resucitado, el domingo por la mañana se apareció a María Magdalena, de la que había arrojado siete demonios, y ella marchó y lo anunció a los que con El habían estado, que estaban tristes y lloraban. Y ellos, al oír que vivía y que ella lo había visto, creyeron* (Mc 16,9ss). La cuestión admi-

nobis panem uerum, sed Dominus Iesus: ipse conuiua et conuiuium, ipse comedens, et qui comeditur. Illius bibimus sanguinem, et sine ipso potare non possumus, et cotidie in sacrificiis eius de genimine uitis uerae, et uineae Sorech, quae interpretatur electa, rubentia musta calcamus, et nouum ex his uinum bibimus in regno Patris, nequaquam in uetustate litterae, sed in nouitate spiritus: cantantes canticum nouum, quod nemo potest canere, nisi in regno ecclesiae quod regnum Patris est. Hunc panem et Iacob patriarcha comedere cupiebat, dicens: *Si fuerit Dominus Deus mecum, et dederit mihi panem ad uescendum, et uestimentum ad operiendum.* Quotquot enim in Christo baptizamur, Christum induimur, et panem comedimus angelorum, et audimus Dominum praedicantem: *Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui me misit, et impleam opus eius.* Faciamus igitur uoluntatem eius, qui nos misit, Patris, et impleamus opus illius; et Christus nobiscum bibet in regno ecclesiae sanguinem suum.

III. *Quae causa sit, ut de resurrectione Domini et apparitione euangelistae diuersa narrauerint.*—In quibus primum quaeris, cur Matheus dixerit, uespere autem sabbati inlucescente in una sabbati Dominum surrexisse, et Marcus mane resurrectionem eius factam esse commemoret, ita scribens: *Cum autem resurrexisset, una sabbati mane apparuit Mariae Magdalenae, de qua eiecerat septem daemonia; et illa abiens nuntiauit his, qui cum eo fuerant lugentibus et flentibus. Illique audientes quod uiue-*

te doble solución. La primera sería no admitir este texto de Marcos que se halla en raros evangelios—casi ninguno de los códices griegos contienen este capítulo final—, más que más cuando parece contar cosas discrepantes y hasta contrarias a los otros evangelistas. La otra solución es responder que uno y otro evangelista dijo la verdad: Mateo, el tiempo o momento en que resucitó el Señor, es decir, la tarde del sábado; Marcos, el tiempo en que lo vio María Magdalena, por la mañana del domingo. La puntuación habría de ser así: *Una vez que hubo resucitado*, y parando un momento el aliento, se prosigue: *El domingo, por la mañana, se apareció a María Magdalena.* De este modo, el que (según Mateo) había resucitado la tarde del sábado, se apareció (según Marcos) a María Magdalena la mañana del domingo. Que es, por otra parte, lo que da también a entender Juan evangelista al mostrar que Jesús fue visto por la mañana del otro día.

IV. *¿Cómo es que, según Mateo, María Magdalena vio al Señor resucitado la tarde del sábado, y Juan evangelista narra que el domingo por la mañana estaba llorando junto al sepulcro?*—Por primer día del sábado hay que entender el domingo, pues la semana entera se divide en sábado y en primero, segundo, tercero, cuarto, quinto y sexto día del sábado; los gentiles la denominaron por los nombres de los ídolos y elementos del mundo. Finalmente, el Apóstol mandó que la colecta de dinero que se preparaba para los necesitados se reuniera el domingo. Y no es de pensar que Mateo y Juan divergieran en el fondo. Lo que pasa es que hubieron de designar con nombres varios un solo y mismo tiempo,

rei et quod uidisset eum, crediderunt. Cuius quaestionis duplex solutio est; aut enim non recipimus Marci testimonium, quod in raris fertur euangeliis, omnibus Graeciae libris paene hoc capitulum in fine non habentibus, praesertim cum diuersa atque contraria euangelistis ceteris narrare uideatur; aut hoc respondendum, quod uterque uerum dixerit: Matheus, quando Dominus resurrexerit id est uespere sabbati, Marcus autem, quando eum uiderit Maria Magdalene, id est, mane prima sabbati. Ita enim distinguendum est: *Cum autem resurrexisset*, et parumper spiritu coartato, inferendum *prima sabbati, mane apparuit Mariae Magdalenae,* ut qui uespere sabbati (iuxta Matheum) resurrexerat, ipse mane prima sabbati (iuxta Marcum) apparuerit Mariae Magdalenae. Quod quidem et Iohannes euangelista significat, mane eum alterius diei uisum esse demonstrans.

IV. *Quomodo iuxta Matheum, uespere sabbati Maria Magdalene uidit Dominum resurgentem, et Iohannes euangelista refert mane una sabbati eam iuxta sepulchrum flere?*—Vna sabbati, dies Dominica intellegenda est, quia omnis ebdomada in sabbatum, et in primam, et secundam, et tertiam, et quartam, et quintam, et sextam sabbati diuiditur, quam ethnici idolorum et elementorum nominibus appellant. Denique apostolus collectam pecuniae, quae indigentibus praeparatur, in una sabbati praecepit congregandam. Nec putandum est Matheum et Iohannem diuersa sensisse,

el de la media noche y el canto de los gallos. Mateo, en efecto, escribe que el Señor se apareció a María Magdalena «la tarde del sábado», es decir, tarde, no al caer de la noche, sino de noche muy profunda y pasada ya en gran parte, y se le apareció la tarde del sábado que clareaba ya para el domingo, con lo que se interpreta a sí mismo en lo de «tarde del sábado», es decir, cuando venía ya la luz del día siguiente. Y Juan no dijo de manera absoluta: *El primer día de la semana vino María Magdalena por la mañana al sepulcro*, sino que añadió: *Cuando era aún oscuro*. Por donde se ve que, de un solo y mismo tiempo, es decir, de la media noche y canto de los gallos, el uno dijo el comienzo y el otro el término. A mí me parece que el evangelista Mateo, que escribió su evangelio en hebreo, no dijo «la tarde», sino «tardíamente», y el que lo tradujo, engañado por la ambigüedad de la palabra, no tradujo «tarde», sino «la tarde de». Por más que el mismo lenguaje corriente no da el mismo sentido a «tarde» que a «la tarde». Solemos efectivamente decir: Has llegado tarde, es decir, atrasado; y: Lo que debías haber hecho antes, hazlo por lo menos tarde, es decir, en tiempo posterior. Ahora, si se objeta que la misma María, que primero había visto al Señor resucitado, se dice luego que estaba llorando junto a su sepulcro, hay que decir que, ora sola, ora con otra u otras mujeres, como quien se acordaba de los favores que el Señor le había hecho, hubo de correr muchas veces a su sepulcro, y unas adoraría al que veía, otras lloraría al que buscaba ausente. Otros suponen que hubo dos Marías Magdalenas del mismo pueblo de Magdala, y una habría sido la que en Mateo ve al Señor resucitado, y otra la que en

sed unum atque idem tempus, mediae noctis, et gallorum cantus, diuersis appellasse nominibus. Matheus enim scribit, «uespere sabbati», id est, non incipiente nocte, sed iam profunda et magna ex parte transacta, apparuisse Dominum Mariae Magdalenae, et apparuisse uespere sabbati inlucescentis in unam sabbati, se ipsum interpretans quid dixisset, «uespere sabbati», id est adpropinquante iam luce sequentis diei. Et Iohannem non absolute dixisse, *una autem sabbati uenit Maria Magdalene mane ad sepulchrum;* sed addidisse: *cum adhuc essent tenebrae.* Eiusdem igitur atque unius temporis, id est mediae noctis, et gallorum cantus, alterum finem, alterum dixisse principium. Mihique uidetur euangelista Matheus, qui euangelium Hebraico sermone conscripsit, non tam «uespere» dixisse, quam «sero», et eum qui interpretatus est, uerbi ambiguitate deceptum, non «sero» interpretatum esse, sed «uespere». Quamquam et consuetudo humani sermonis teneat, «sero» non «uesperum» significare, sed «tarde». Solemus enim dicere sero uenisti, id est tarde, et quae facere ante debueras, fac saltim sero, id est tarde. Sin autem illud obicitur, quomodo eadem Maria quae prius uiderat Dominum resurgentem, postea ad sepulchrum eius flere referatur, hoc dicendum est, quod et sola, et cum altera, siue cum aliis mulieribus memor beneficiorum quae in se Dominus contulerat, ad sepulchrum eius frequenter cucurrerit, et nunc adorauerit quem uide-

Juan lo buscaba ausente. En los evangelios leemos haber habido cuatro Marías: la primera, la madre del Señor Salvador; la segunda, una tía de El, que se llamó María de Cleofás; la tercera, María de Jacob y de José; cuarta, María Magdalena, si bien otros pretenden que la madre de Jacob y de José fue tía de Jesús. Algunos (para zafarse de la cuestión) quieren que en Marcos sea una de las Marías, pero sin el aditamento de Magdalena, y luego, por redundancia de los copistas, se inveteró lo que primeramente no habría escrito el evangelista. A nosotros, empero, la solución nos parece sencilla y clara: las santas mujeres, que no podían soportar la ausencia de Cristo, no corrieron una ni dos veces, sino frecuentemente, al sepulcro del Señor; más que más que el terremoto, las peñas quebradas, la fuga del sol y la perturbación de la naturaleza y (lo que es más) la soledad del Salvador había roto el sueño de las santas mujeres.

V. *¿Cómo es que, según Mateo, María Magdalena, con otra María, se arrojó a los pies del Salvador la tarde del sábado, y, según Juan, oyó del Señor el domingo por la mañana: «No me toques, porque no he subido aún a mi Padre»?* (Io 20,2).—La que antes había visto con la otra María al Señor resucitado, luego se volvió de noche (pues la soledad de Jesús no la dejaba permanecer en casa) y marchó al sepulcro. Y, al ver retirada la piedra con que se había cerrado la tumba, se fue corriendo a Simón Pedro y al otro discípulo a quien Jesús amaba especialmente y les dijo: *Se han llevado al Señor del sepulcro y no sabemos dónde*

bat, nunc fleuerit quem quaerebat absentem; licet quidam duas Marias Magdalenas de eodem uico Magdalo fuisse contendant, et alteram esse, quae in Matheo eum uiderit resurgentem, alteram, quae in Iohanne eum quaerebat absentem. Quattuor autem fuisse Marias, in euangeliis legimus, unam matrem Domini Saluatoris, alteram materteram eius, quae appellata est Maria Cleophae, tertiam Mariam matrem Iacobi et Ioseph, quartam Mariam Magdalenen, licet alii matrem Iacobi et Ioseph, materteram eius fuisse contendant. Nonnulli (ut se liberent quaestione) in Marco uolunt unam esse de Mariis, sed non additum cognomen Magdalene, et ex superfluo scriptorum inoleuisse uitio, quod primum euangelista non scripserit. Nobis autem simplex uidetur et aperta responsio: sanctas feminas, Christi absentiam non ferentes, per totam noctem, non semel, nec bis, sed crebro ad sepulchrum Domini cucurrisse, praesertim cum terraemotus, et saxa disrupta, et sol fugiens, et rerum natura turbata, et (quod his maius est) desiderium Saluatoris somnum ruperit feminarum.

V. *Quomodo iuxta Matheum Maria Magdalene uespere sabbati cum altera Maria aduoluta pedibus Saluatoris, secundum Iohannem mane una sabbati audierit a Domino: «Noli me tangere, necdum enim ascendi ad Patrem meum».*—Quae prius uiderat Dominum resurgentem cum altera Maria, et eius pedibus fuerat aduoluta, postea reuersa per noctem (domi enim desiderio eius manere non poterat) uenit ad sepulchrum. Cumque lapidem, quo monumentum clausum fuerat, uidisset ablatum, cucurrit ad Simonem Petrum, et ad alterum discipulum quem Iesus amabat plurimum,

lo han puesto (Io 20,11). El error de la mujer iba unido con la piedad. La piedad estaba en echar menos a Aquel cuya divinidad había conocido. El error, en decir: «Se han llevado al Señor del sepulcro y no sabemos dónde lo han puesto». En resolución, Pedro y Juan entraron en el sepulcro, vieron las sábanas separadas y a un lado el pañuelo en que había estado envuelta la cabeza del Señor, y creyeron había resucitado Aquel cuyo cuerpo no hallaron en el sepulcro. Pero María se quedó llorando fuera junto al sepulcro, y, como se inclinara, *vio a dos ángeles, de blanco, sentados* a la cabeza y a los pies del lugar de la tumba *donde había sido puesto el cuerpo de Jesús.* Así, ante aquella guardia de tan alta dignidad, no podía pensar hubiera sido robado por los hombres quien tenía por ministros a los ángeles. Dícenle los ángeles que estaba viendo: *Mujer, ¿por qué lloras?* Al estilo de como habló antaño el Señor a su madre: *¿Qué nos va a ti y a mí, mujer? Todavía no ha llegado mi hora* (Io 2,4). Por el hecho de llamarla mujer le notaban lo vano de sus lágrimas, y eso quiere decir el «por qué lloras». Pero María Magdalena estaba tan estupefacta y pasmada, tenía la fe, aterrada por aquellas maravillas, tan envuelta en brumas, que no se percató de la presencia de los ángeles que tenía delante, sino que respondió y dijo muy mujerilmente: «Lloro porque se han llevado a mi Señor y no sé dónde lo han puesto». ¡Oh María, si crees que es el Señor, y Señor tuyo, ¿cómo imaginas que se lo hayan llevado los hombres? *No sé*—dice—*dónde lo han puesto.* ¿Cómo es que no lo sabes, si poco antes lo has adorado? Y viendo a los ángeles y no reconociendo a los mismos que veía, estupefacta y aterrada, volvía la cara a una y otra

et dicit eis: *Tulerunt Dominum de monumento, et nescimus ubi posuerunt eum.* Error mulieris cum pietate sociatus est. Pietas in eo erat, quod desiderabat eum, cuius nouerat maiestatem. Error in eo, quod dicebat: «Tulerunt Dominum de monumento, et nescimus ubi posuerunt eum». Denique cum Petrus et Iohannes introeuntes sepulchrum uidissent linteamina separata, et sudarium quo caput Domini fuerat inuolutum, seorsum positum, et resurrexisse crederent, cuius corpus non inuenerant in sepulchro, Maria stabat ad monumentum foris plorans. Cumque se inclinasset, *uidit duos angelos in albis sedentes* in loco monumenti ad caput et pedes, *ubi positum fuerat corpus Iesu,* ut sub tanta custodiae dignitate non crederet ab hominibus potuisse furari, qui ministris angelis seruabatur. Dicuntque ei angeli, quos cernebat: *Mulier, quid ploras?* secundum illud quod Dominus loquitur ad matrem: *Quid mihi et tibi est mulier? nondum uenit hora mea,* ut eo quod appellauerunt mulierem, arguerent frustra plorantem et dicerent, «quid ploras?» In tantum autem Maria Magdalene obstupefacta torpuerat, et fidem, miraculis territa, quasi in caligine, possidebat, ut ne angelorum quidem praesentium sentiret aspectum, sed muliebriter responderet, et diceret: «ideo ploro, quia tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum». O Maria, si Dominum credis, et Dominum tuum, quomodo arbitraris ab hominibus sublatum? *Nescio,* inquit, *ubi posue-*

parte, sin otro anhelo que el de ver al Señor. Volvióse atrás, vio a Jesús de pie, pero no sabía que fuera Jesús. No es que el Señor, como quieren Manes y otros herejes, cambiara de talle y cara y se mostrara a su talante vario y distinto, sino que María, estupefacta por el milagro, tomó por el hortelano al que con tanta ansia buscaba. Así, pues, el Señor le habla con las mismas palabras que el ángel: *Mujer, ¿por qué lloras?* Y añadió por su cuenta: *¿A quién buscas?* Y ella le respondió: *Señor, si tú te lo has llevado, dime dónde lo has puesto, que yo lo iré a traer.* Aquí no llama Señor al Salvador según la confesión de la verdadera fe, sino que, por humildad y miedo, rinde acatamiento al hortelano. ¡Y hay que ver qué ignorancia! Aquel a quien custodiaba una cohorte de soldados y ante cuya tumba se sentaban los ángeles, imagina ella que se lo podía llevar un pobre hortelano, y, olvidando la flaqueza de mujer, se promete tantas fuerzas, que se figura poder cargar ella sola—una mujer muerta de miedo—con el cuerpo de un hombre de edad madura y, por no aludir a otras circunstancias, embalsamado con cien libras de mirra. Jesús, en fin, la llamó por su nombre: «María», a ver si reconocía por la voz al que no conocía por la cara; mas ella, persistiendo en su error, no le llama «Señor», sino «Rabboni», es decir, «maestro». ¡Y qué gran perturbación! Al que pensaba ser el hortelano le llamó Señor, y al Hijo de Dios resucitado le llama maestro. Finalmente, le dice el Señor a la que buscaba al vivo entre los muertos, a la que con error femíneo y flaqueza de mujer discurría de acá para allá y buscaba

runt eum. Quomodo nescis, quem paulo ante adorasti? Cumque uideret angelos, et quos cernebat, ignoraret, stupore perterrita, huc atque illuc faciem circumferebat, nihil aliud nisi Dominum uidere desiderans; conuersaque retro, uidit Iesum stantem, et nesciebat quia Iesus erat. Non quo iuxta Manichaeum et alios hereticos formam Dominus uultumque mutasset, et pro uoluntate diuersus ac uarius uideretur, sed quo Maria stupefacta miraculo hortulanum putaret, quem tanto studio requirebat. Itaque et Dominus isdem uerbis, quibus et angeli, loquitur ad eam: *Mulier quid ploras?* Additque de suo: *quem quaeris?* At illa respondit: *Domine, si tu sustulisti eum, dicito ubi posuisti eum; et ego illum tollam.* Hic Dominum non de confessione uerae fidei Saluatorem uocat, sed humilitate et timore, hortulano defert obsequium. Et uide quanta ignorantia! Quem custodiebat cohors militum, cuius sepulchro angeli praesidebant, ab uno hortulano arbitratur ablatum; et ignorans inbecillitatem femineam, tantarum se uirium repromittit, ut corpus uiri, et perfectae aetatis, quod (ut cetera taceam) centum libris myrrhae circumlitum erat, aestimaret ab una et pauida muliere posse portari. Cumque Iesus appellasset eam, atque dixisset: «Maria», ut quem facie non agnoscebat, uoce intellegeret, illa in errore persistens, nequaquam «Dominum», sed «Rabboni», id est, «magistrum» uocat. Et uide quanta turbatio? Quae hortulanum putans, Dominum nuncuparat, Dei Filium resurgentem, magistrum uocat. Itaque ad eam, quae quaerebat uiuentem cum mortuis, quae errore femineo et inbe-

el cuerpo de un asesinado, cuando se asía a los pies de un viviente: *No me toques; pues,* para ti, *todavía no he subido a mi Padre* (Io 20,17). El sentido es: Al que buscas muerto, no mereces tocarlo vivo. Si piensas que no he subido aún al Padre, sino que he podido ser robado por engaño humano, no eres digna de mi contacto. Al decir esto, no intentaba el Señor embotar el ardor con que lo había buscado, sino que supiera cómo la economía de la carne asumida se había mudado en la gloria de la divinidad. No tenía ya que querer en modo alguno estar corporalmente con el Señor, que debía creer espiritualmente estaba ya reinando con el Padre. De ahí que demuestren mayor fe los apóstoles que sin haber visto a los ángeles, sin la presencia misma del Salvador, al no hallar su cuerpo en el sepulcro creyeron que había resucitado de los infiernos. Otros piensan haber sido primero lo que cuenta Juan: María Magdalena habría ido al sepulcro y vio que había sido removida la piedra; luego habría vuelto con los apóstoles Pedro y Pablo y se quedó sola junto a la tumba, y por ello, incrédula aún, habría sido reprendida por el Señor. Vuelta a casa, habría vuelto de nuevo al sepulcro con la otra María, fue avisada por el ángel, adoró al Señor al salir de la tumba y asió sus pies, cuando todas juntas oyeron su saludo: *Dios os guarde. Y ellas se acercaron, se abrazaron a sus pies y lo adoraron.* Habían hecho tales progresos, que son enviadas a los apóstoles, y oyen primeramente: *No temáis.* Y luego: *Marchad y decid a mis hermanos que vayan a Galilea, y allí me verán* (Mt 28,9-10).

VI. *¿Cómo es que, guardando el sepulcro un pelotón de sol-*

cillitate muliebri huc illucque currebat, et corpus quaerebat occisi, cuius pedes uiuentis tenuerat, loquitur Dominus et dicit: *Noli me tangere,* tibi *enim nondum ascendi ad Patrem meum.* Et est sensus: quem mortuum quaeris, uiuentem tangere non mereris. Si me necdum putas ascendisse ad Patrem, sed hominum fraude sublatum, meo tactu indigna es. Hoc autem dicebat, non ut studium quaerentis obtunderet, sed ut dispensationem carnis adsumptae, in diuinitatis gloriam sciret esse mutatam, et nequaquam corporaliter uellet esse cum Domino, quem spiritaliter credere deberet regnare cum Patre. Vnde et apostoli maioris fidei sunt, qui absque angelorum uisu, absque ipsius Saluatoris aspectu, postquam corpus eius in monumento non reppererant, crediderunt eum ab inferis surrexisse. Alii putant primum esse quod a Iohanne narratum est, uenisse Mariam Magdalenam ad sepulchrum, et uidisse reuolutum lapidem, et postea regressam cum apostolis Petro et Iohanne, solam ad monumentum remansisse, et idcirco adhuc incredulam, a Domino fuisse correptam, reuersamque domum, rursum ad sepulchrum uenisse cum Maria; et ab angelo monitam, exeuntemque de monumento adorasse Dominum, et tenuisse pedes eius, quando ab eo pariter audierunt: *Havete. Et illae accesserunt, et tenuerunt pedes eius, te adorauerunt eum.* Quae in tantum profecerint, ut mittantur ad apostolos, et audiant primum: *Nolite timere:* secundo, *Ite et nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilaeam; ibi me uidebunt.*

VI. *Quomodo custodiente militum turba, Petrus et Iohannes libere*

dados, Pedro y Juan entraron libremente, sin que guardia alguno se lo estorbara?—La causa es la siguiente: *La tarde del sábado, a los primeros albores del primer día de la semana, vino María Magdalena y la otra María a ver el sepulcro. Y se produjo un fuerte terremoto. También el ángel del Señor bajó del cielo, y, acercándose, removió la piedra y se sentó sobre ella. Su aspecto era como de relámpago, y su vestidura, como nieve. De miedo de él quedaron aterrados los guardias y como muertos* (Mt 28,1ss). Es de creer que aquellos guardias, que fueron presa de tal pánico que se los podía tener por muertos, o abandonarían el sepulcro o emprendieron la fuga, o que quedaron tan pasmados de cuerpo y alma, que no digamos a hombres, a pobres mujerzuelas que hubieran querido entrar en el sepulcro no se habrían atrevido a impedírselo. Y es así que fue grande el terror que los sobrecogió al ver rodar la piedra y sentir el terremoto, y no terremoto ordinario, sino fuerte, que lo sacudió todo y amenazaba trastornar la tierra en sus cimientos. Lo mismo al ver bajar a un ángel del cielo, de tan fulgente aspecto, que no parecía lámpara ni lumbre encendida por arte humano, sino relámpago del cielo, que lo ilumina todo. Por eso pudieron muy bien verlo aun en tinieblas. Los apóstoles, por ende, entraron libremente. Y es así que había ido María Magdalena y les había comunicado cómo la piedra estaba rodada y el cuerpo del Señor había desaparecido de la tumba. En cuanto al ángel, no creemos hubiera venido para abrir al Señor el sepulcro en el momento de resucitar y echar a rodar la piedra. Más bien, una vez que resucitó el Señor a la hora que El quiso, y que ningún mortal conoce, indicaría lo que había acontecido, les habría ense-

ingressi sunt sepulchrum, nullo prohibente custodum?—Hac uidelicet causa, quia *uespere sabbati, quae lucescebat in prima sabbati, uenit Maria Magdalene, et altera Maria uidere sepulchrum. Et ecce terrae motus factus est magnus. Angelus quoque Domini descendit de caelo, et accedens reuoluit lapidem, et sedebat super eum; eratque aspectus eius sicut fulgur, et uestimentum illius sicut nix. Prae timore autem eius exterriti sunt custodes, et facti sunt uelut mortui.* Qui igitur fuerant tanto timore perterriti, ut mortui putarentur; ut dimisisse sepulchrum, et fugisse credendi sunt; aut ita et corpore et animo obtorpuisse, ut non dicam uiros, sed nec mulierculas quidem, sepulchrum intrare cupientes, auderent prohibere. Magnus enim timor eos exterruerat, uidentes lapidem reuolutum, et terraemotum factum, non ex more solito, sed magnum, qui cuncta concuteret, et euersionem terrae funditus minaretur: angelum quoque descendisse de caelo, tam claro uultu, ut non lampadem, et humana lumen arte succensum, sed fulgur imitaretur caeli, quo illustrantur omnia. Vnde et in tenebris uidere potuerunt. Itaque libere introeunt. Venerat enim Maria Magdalene, quae eis nuntiauerat lapidem reuolutum, et corpus Domini de monumento esse sublatum. Angelum autem non putemus idcirco uenisse, ut aperiret sepulchrum Domino resurgenti, et reuolueret lapidem; sed postquam Dominus resurrexerit, hora qua ipse uoluit, et quae nulli mor-

ñado el sepulcro vacío con la remoción de la piedra y habría mostrado su propia presencia. Todo lo cual podía verse gracias al fulgor de su faz, que con su claridad vencía el horror de las tinieblas.

VII. *¿Cómo es que Mateo y Marcos escriben haber dado el Salvador recado a los apóstoles por medio de las mujeres de que se le adelantaran a Galilea y que allí lo verían, mientras Lucas y Juan cuentan haberlo visto en Jerusalén?*—Una cosa es presentarse a los once discípulos, que estaban escondidos por miedo a los judíos, cuando entró a ellos a puertas cerradas y, pensando ellos ver un fantasma, les mostró manos y costado, heridos por los clavos y lanza, y otra cuando, según Lucas (Act 1,3ss), se les mostró *con muchas pruebas durante cuarenta días, apareciéndoseles y hablándoles del reino de Dios. Y, comiendo con ellos, les mandó que no se partieran de Jerusalén.* En un caso se dejaba ver para consuelo de sus almas, y era visto por breve tiempo y nuevamente desaparecía de sus ojos; en el otro, era tanta la familiaridad y el tiempo, que comía juntamente con ellos. De ahí es que también Pablo apóstol cuenta haberse aparecido a la vez a quinientos discípulos (1 Cor 15,6). Y en Juan leemos que, estando de pesca los apóstoles, Jesús estaba de pie a la orilla del lago y comió luego con ellos un pedazo de pez asado y un panal de miel, indicios todos de auténtica resurrección. En cambio, nada de eso se cuenta haber hecho en Jerusalén.

VIII. *¿Qué significa lo que se escribe en el evangelista Mateo: «Y Jesús, clamando con fuerte voz, rindió su espíritu. Y el*

talium cognita est, indicasse quod factum est: et sepulchrum uacuum reuolutione lapidis, et sui ostendisse praesentiam: quae omnia uidebantur, splendente facie ipsius et horrorem tenebrarum fulgoris claritate uincente.

VII. *Quomodo Matheus scribit et Marcus quod mandatum sit apostolis per mulieres ut praecederent Saluatorem in Galilaeam et ibi eum uiderent, Lucas autem et Iohannes in Hierusalem eum ab apostolis uisum esse commemorant?*—Aliud est undecim se offerre discipulis, qui propter metum Iudaeorum absconditi erant, quando ad eos clausis ingressus est ianuis, et putantibus quod uideretur in spiritu, manus et latus obtulit, clauis et lancea uulneratum, aliud quando secundum Lucam, praebuit se eis *in multis argumentis per dies quadraginta, apparens eis et loquens de regno Dei: et conuescens praecepit eis, ab Hierosolymis ne discederent.* In altero enim pro consolatione mentium uidebatur, et uidebatur breui, rursumque ex oculis tollebatur: in altero autem tanta familiaritas erat et perseuerantia, ut cum eis pariter uesceretur. Vnde et Paulus apostolus refert eum quingentis simul apparuisse discipulis. Et in Iohanne legimus, quod piscantibus apostolis in litore steterit, et partem assi piscis fauumque comederit, quae uerae resurrectionis indicia sunt. In Hierusalem autem nihil horum fecisse narratur.

VIII. *Quid significet quod in euangelista Matheo scriptum est: «Iesus autem clamans uoce magna, emisit spiritum; et uelum templi scissum est*

velo del templo se rasgó en dos partes de arriba abajo, y la tierra se movió, y las rocas se rompieron, y se abrieron los sepulcros, y muchos cuerpos de santos, que se habían dormido, resucitaron. Y saliendo de sus tumbas, después de resucitado Jesús, vinieron a la ciudad santa y se aparecieron a muchos»? (Mt 27,50ss).—También este lugar lo hemos declarado en los mismos comentarios. Y hay que decir, en primer lugar, ser signo de poder divino dejar cuando quisiere la vida y tomarla de nuevo. Así se explica que el centurión, viendo que inmediatamente después de decir al Padre: *En tus manos encomiendo mi espíritu* (Lc 23,46), espontáneamente lo rindió, conmovido por la magnitud del signo exclamó: *Verdaderamente, éste era hijo de Dios* (Mt 27,54). También el velo del templo se rasgó en dos partes, para que se cumpliera lo que cuenta Josefo *(Bell. iud.* VI 5,3) haber dicho los Poderes que presiden al templo: «Salgamos de estos lugares». Sin embargo, en el evangelio que está escrito con caracteres hebreos leemos que no se rasgó el velo del templo, sino que se derribó el dintel del templo, que era de maravillosa grandeza. *La tierra,* prosigue el evangelista, *se movió,* pues no podía soportar que estuviera colgado su Señor; *y se rompieron las rocas,* para significar la dureza de los judíos, que no quisieron reconocer al Hijo de Dios, que había venido; *y se abrieron los sepulcros,* como signo de la venidera resurrección; *y muchos cuerpos de santos, saliendo de sus tumbas, vinieron a la ciudad santa y se aparecieron a muchos.* Por ciudad santa hemos de entender a Jerusalén, para distinguirla de todas las otras ciudades, que eran entonces esclavas de los ídolos. Y es así que sólo en ésta estuvo el templo y el culto de Dios uno

in duas partes, a summo usque deorsum, et terra mota est, et petrae scissae sunt, et monumenta aperta sunt, et multa corpora sanctorum qui dormierant, resurrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, uenerunt in sanctam ciuitatem et apparuerunt multis».—Et de hoc loco in isdem commentariis disseruimus. Primumque dicendum, quod diuinae potentiae indicium sit, ponere animam quando uoluerit, et rursum accipere eam. Denique Centurio uidens eum dixisse ad Patrem: *In manus tuas commendo spiritum meum,* et statim spiritum sponte dimisisse, commotus signi magnitudine, ait: *Vere Dei Filius erat iste.* Velum quoque templi scissum est in duas partes ut conpleretur illud, quod refert Iosephus, praesides templi dixisse uirtutes: : «Transeamus ex his sedibus». In euangelio autem quod Hebraicis litteris scriptum est, legimus, non uelum templi scissum; sed superliminare templi mirae magnitudinis conruisse. *Terra,* inquit, *mota est,* pendentem Dominum suum ferre non sustinens: *et petrae scissae sunt,* ut indicarent duritiam Iudaeorum, qui praesentem Dei Filium intellegere noluerunt; *et monumenta aperta sunt,* in signum futurae resurrectionis; *multaque sanctorum corpora exeuntia de sepulcris uenerunt in sanctam ciuitatem, et apparuerunt multis.* Sanctam ciuitatem, Hierosolymam debemus accipere, ad distinctionem omnium ciuitatum, quae tunc idolis seruiebant. In hac enim sola fuit templum, et

y la verdadera religión. Y no se aparecieron a todos, sino a muchos, a los que recibieron al Señor resucitado.

2. Luego, según el sentido anagógico, hay que decir que, al dar Jesús el grito y rendir su espíritu, el velo del templo se rasgó en dos partes de arriba abajo, y se revelaron todos los misterios de la ley, de suerte que todo lo que antes se mantenía secreto, se manifestó a todas las naciones. *En dos partes,* en el antiguo y nuevo Instrumento; *y de arriba abajo,* desde el comienzo del mundo, cuando fue creado el hombre y se dieron los acontecimientos que nos narra la historia sagrada, hasta la consumación del mundo. Cabe preguntar qué velo fue el que se rasgó, el exterior o el interior. A mi parecer, en la pasión del Señor se rasgó el velo que estaba puesto en el tabernáculo y en el templo, afuera, y se llamaba velo exterior. *Porque ahora vemos parcialmente y parcialmente conocemos. Mas, cuando viniere lo perfecto,* entonces se rasgará también el velo interior, de suerte que veremos todos los secretos de la casa de Dios que ahora están escondidos para nosotros: qué significan los dos serafines y el oráculo y el vaso de oro en que estaba guardado el maná. *Y es así que ahora vemos a través de un espejo enigmáticamente* (1 Cor 13,9ss); y aun cuando se nos ha rasgado el velo de la historia, de modo que podemos entrar al atrio de Dios, no podemos, sin embargo, saber todos sus secretos y misterios, que se mantienen cerrados en la Jerusalén celeste. Así, pues, en la pasión del Señor se conmovió la tierra, según lo que está escrito en Ageo: *Una vez más voy yo a conmover el cielo y la tierra y vendrá el deseado de todas las naciones*

unius Dei cultus, et uera religio; et non omnibus apparuerunt, sed multis, qui resurgentem Dominum susceperunt.

2. Deinde iuxta ἀναγωγήν dicendum est, quod inclamante Iesu et emittente spiritum, uelum templis scissum sit in duas partes a summo usque deorsum, et omnia legis reuelata mysteria; ut quae prius recondita tenebantur, uniuersis gentibus proderentur. *In duas autem partes,* in uetus et nouum instrumentum; et *a summo usque deorsum,* ab initio mundi, quando homo conditus est, et reliqua quae facta in medio sacra narrat historia, usque ad consummationem mundi. Et quaerendum, quod uelum templi scissum sit, exterius, an interius? Mihique uidetur in passione Domini illud uelum esse concissum, quod in tabernaculo, et in templo foris positum fuit; et appellabatur exterius: *Quia nunc ex parte uidemus, et ex parte cognoscimus. Cum autem uenerit quod perfectum est,* tunc etiam uelum interius dirumpendum: ut omnia quae nunc nobis abscondita sunt domus Dei sacramenta uideamus: quid significent duo Cherubin, quid oraculum, quid uas aureum, in quo manna reconditum fuit. *Nunc enim per speculum uidemus in aenigmate:* et cum historiae nobis uelum scissum sit, ut ingrediamur atrium Dei, tamen secreta eius et uniuersa mysteria, quae in caelesti Hierusalem clausa retinentur, scire non possumus. Igitur in passione Domini terra commota est, iuxta illud quod scriptum est in Aggeo: *Adhuc ego semel mouebo caelum et terram: et ueniet desideratus cunctis gentibus;* ut ab Oriente et Occidente ueniant et recumbant cum

(Agg 2,7-8), de suerte que vengan de Oriente y Occidente y se sienten a la mesa con Abrahán, Isaac y Jacob. *Y las rocas se rompieron,* los corazones de los gentiles, o digamos rocas a todos los vaticinios de los profetas; éstos, como los apóstoles, recibieron del que es la roca, Cristo, el nombre de roca, y se rompieron, de modo que cuanto en ellos estaba encerrado por el duro velo de la ley, se rasgó y quedó patente a los gentiles. También aquellos sepulcros, de los que está escrito: *Vosotros os asemejáis a sepulcros encalados, hermosos por fuera, mas por dentro llenos de huesos de muertos* (Mt 23,27), se abrieron para que salieran los que estaban muertos en la fe, y vivieran con Cristo resucitado y vivo, y entraran en la Jerusalén celeste, y tuvieran su ciudadanía, no en la tierra, sino en el cielo, y, muriendo con el Adán terreno, resucitaran con el Adán celeste.

Ahora bien, según la letra, a nadie le ha de parecer violento que, después de la muerte del Salvador, se llame a Jerusalén ciudad santa. El hecho es que, hasta su destrucción, los apóstoles entraron siempre en el templo y, para evitar el escándalo de los que habían creído de entre los judíos, siguieron practicando las ceremonias de la ley. En cuanto al Señor, amó hasta punto tal a Jerusalén, que lloró sobre ella y, pendiente de la cruz, dijo: *Padre, perdónalos, porque no saben lo que hacen* (Lc 23,34). Y, efectivamente, alcanzó lo que pidiera, pues muy pronto creyeron miles de entre los judíos, y hasta el año cuarenta y dos se les concedió plazo de penitencia. Pasados esos años, como ellos se obstinaran en sus blasfemias, salieron dos osos de los bosques de las gentes romanas, Vespasiano y Tito, y mataron y destrozaron a aquellos

Abraham, Isaac, et Iacob. *Et petrae scissae sunt,* dura corda gentilium; siue petrae, uniuersa uaticinia prophetarum, qui et ipsi a petra, Christo, cum apostolis petrae uocabulum susceperunt: ut quicquid in eis duro legis uelamine claudebatur, scissum pateret gentibus. Monumenta quoque, de quibus scriptum est: *Vos estis sepulchra extrinsecus dealbata, quae intus plena sunt ossibus mortuorum,* ideo sunt aperta, ut egrederentur de his, qui prius in fidelitate mortui erant, et cum resurgente Christo, atque uiuente, uiuerent, et ingrederentur caelestem Hierusalem; et haberent municipatum, nequaquam in terra, sed in caelo; morientesque cum terreno Adam, resurgerent cum Adam caelesti.

Porro secundum litteram, nulli uiolentum esse uideatur, mortuo Saluatore appellari Hierusalem sanctam ciuitatem; cum usque ad destructionem eius semper apostoli templum ingressi sint; et ob scandalum eorum, qui de Iudaeis crediderant, legis exercuerint caerimonias. In tantum autem amauit Hierusalem Dominus, ut fleret eam, et plangeret, et pendens in cruce loqueretur: *Pater, ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt.* Itaque impetrauit quod petierat: multaque statim de Iudaeis milia crediderunt, et usque ad quadragesimum secundum annum datum est tempus paenitentiae. Post quos, perseuerantibus illis in blasphemia, egressi sunt duo ursi de siluis gentium Romanorum, Vespasianus et Titus; et blasphemantes

muchachos que se burlaban a coro del verdadero Eliseo, que subía a *la casa de Dios* (así, en efecto, se traduce Bethel: cf. 4 Reg 2,23s). Desde entonces, Jerusalén no se llama ya ciudad santa; ha perdido más bien su santidad y su nombre prístino y se llama espiritualmente Sodoma y Gomorra. En su lugar se edifica una ciudad nueva, *a la que alegra un río impetuoso* (Ps 45,5). De en medio de la ciudad nueva mana una fuente que ha endulzado la amargura de todo el orbe. El miserable Israel llora con desnudos brazos las ruinas del templo, mientras la muchedumbre de los que creen en Cristo contempla cómo diariamente se levantan nuevos techos de la Iglesia, y le dice a Sión: «Este lugar es para mí muy estrecho». Con lo que se cumple lo que está escrito en Isaías: *Y su sepulcro será glorioso* (Is 11,10).

IX. *¿Cómo es que el Salvador, según Juan, insufla el Espíritu Santo sobre los apóstoles y, según Lucas, dice que lo enviará después de la ascensión?*—La solución de esta cuestión es muy sencilla, si, de acuerdo con la doctrina del apóstol Pablo, distinguimos los carismas varios del Espíritu Santo. Escribe, en efecto, en la primera a los corintios: *Hay repartimientos de dones, pero uno mismo es el Espíritu; y repartimientos de ministerios, pero uno mismo es el Señor; y repartimientos de operaciones, pero uno mismo el Dios que lo opera todo en todos. Ahora bien, a cada uno se da manifestación del Espíritu según lo que conviene. A uno por el Espíritu se le da palabra de sabiduría, a otro palabra de ciencia según el mismo Espíritu, a otro gracias de curaciones en un solo Espíritu, a otro fe por el mismo Espíritu, a otro operación de mi-*

pueros, ascendente uero Heliseo in *domum Dei* (hoc enim interpretatur Bethel) uoce consona inludentes interfecerunt, atque lacerauerunt; et ex eo tempore Hierusalem non appellatur ciuitas sancta, sed sanctitatem et pristinum nomen amittens, spiritaliter uocatur Sodoma et Aegyptus: ut aedificetur pro ea noua ciuitas, quam *fluminis impetus laetificat;* et de cuius medio egreditur fons, qui totius orbis amaritudinem mitigauit, ut miserabilis Israhel ruinas templi nudatis plangat lacertis, et in Christum turba credentium, noua cotidie uideat ecclesiae tecta consurgere, et dicat Sion, «Angustus mihi locus est»: impleaturque illud, quod in Esaia scriptum est: *Et erit sepulcrum eius inclytum.*

IX. *Quomodo Saluator secundum Iohannem insufflat Spiritum Sanctum in apostolos, et secundum Lucam, post ascensionem missurum esse se dicit?*—Huius quaestionis perfacilis solutio est, si docente apostolo Paulo, Spiritus Sancti diuersas gratias nouerimus. Scribit enim in prima ad Corinthios: *Diuisiones donorum sunt, idem uero Spiritus: et diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus: et diuisiones operationum sunt, et idem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad id quod expedit. Alii quidem datur per Spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem Spiritum, alii gratiae sanitatum in uno Spiritu, alii fides in eodem Spiritu, alii operatio uirtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum,*

lagros, a otro profecía, a otro discernimiento de los espíritus, a otro diversidad de lenguas, a otro interpretación de hablas. Pero todo esto lo opera un solo y mismo Espíritu, que reparte a cada uno como quiere (1 Cor 12,4ss). Así, pues, el Señor, que, según el evangelio de Lucas (24,49), había dicho: *Mirad que yo os enviaré la promesa de mi Padre; vosotros, empero, permaneced de asiento en la ciudad hasta que seáis vestidos de la fuerza de lo alto;* y, según el mismo en los Hechos de los Apóstoles, *les mandó que no se alejaran de Jerusalén, sino que esperaran la promesa del Padre, que oísteis de mi boca; porque Juan bautizó con agua, pero vosotros seréis bautizados por el Espíritu Santo de aquí a pocos días* (Act 1,4.5); se cuenta también, al fin del evangelio de Juan, que, el mismo día de la resurrección, es decir, el domingo, entró a puertas cerradas a los apóstoles, y les dijo la segunda vez: *Paz a vosotros.* Y añadió: *Como mi Padre me ha enviado, os envío yo a vosotros.* Dicho esto, sopló sobre ellos y les dijo: *Recibid el Espíritu Santo; a quienes remitiereis los pecados, les son remitidos, y a quienes se los retuviereis, les son retenidos* (Io 20,21ss). Así, pues, el primer día de la resurrección recibieron la gracia del Espíritu Santo, por la que habían de perdonar los pecados, bautizar, hacer hijos de Dios y dar a los creyentes el espíritu de adopción, como quiera que el Salvador mismo les dice: *A quienes remitiereis los pecados, les serán remitidos, y a quienes se los retuviereis, les serán retenidos.*

El día, empero, de Pentecostés se les hizo promesa más amplia: que serían bautizados con el Espíritu Santo y se revestirían de la fuerza de lo alto, con la que habían de predicar el evangelio de

alii interpretatio sermonum. Omnia autem haec operatur unus atque idem Spiritus, diuidens unicuique prout uult. Ergo Dominus, qui post resurrectionem suam iuxta Lucae euangelium dixerat: *Ecce ego mittam promissionem Patris mei in uos, uos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini uirtutem ex alto:* et iuxta eundem in Apostolorum Actibus: *praecepit eis ab Hierosolymis ne discederent; sed exspectarent promissionem Patris, quam audistis per os meum: quia Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies;* rursum in fine euangelii secundum Iohannem, eo die quo resurrexerat, id est die Dominica, clausis ianuis ad apostolos introisse narratur, et dixisse eis secundo: *Pax uobis;* et intulisse: *Sicut misit me Pater, et ego mitto uos.* Hoc cum dixisset, insufflauit, et dicit eis: *Accipite Spiritum Sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta erunt.* Prima igitur die resurrectionis, acceperunt Spiritus Sancti gratiam, qua peccata dimitterent, et baptizarent, et filios Dei facerent, et spiritum adoptionis credentibus largirentur, ipso Saluatore dicente: *Quorum remiseritis peccata, remittentur eis; et quorum retinueritis, retenta erunt.*

Die autem Pentecostes eis amplius repromissum est, ut baptizarentur Spiritu Sancto, et induerentur uirtutem, qua Christi euangelium cunctis

Cristo a todas las naciones, según lo que leemos en el salmo 77: *El Señor dará palabra a los que evangelizan con mucha fuerza* (Ps 67,12); que recibirían operación de milagros y gracia de curaciones, y predicarían a muchas naciones, y recibirían don de lenguas varias, de modo que ya desde entonces se podría saber qué apóstoles irían a predicar a qué naciones. Finalmente, el apóstol Pablo, que predicó desde Jerusalén hasta el Ilírico, y de allí, pasando por Roma, se apresura para marchar a las Españas, da gracias a Dios de que habla lenguas en medida superior a todos los apóstoles. Y es así que quien había de anunciar el evangelio a muchas naciones hubo de recibir la gracia de muchas lenguas. Esta promesa del Espíritu Santo se cumplió el día décimo después de la ascensión del Salvador, según relato de Lucas, que escribe: *Al cumplirse los días de Pentecostés, estaban todos juntos en un solo lugar, y súbitamente se produjo un estruendo venido del cielo, como de soplo impetuoso que venía, y llenó toda la casa en que moraban. Y aparecieron repartidas sobre ellos lenguas como de fuego y se posó sobre cada uno de ellos. Y todos quedaron llenos del Espíritu Santo, y empezaron a hablar en otras lenguas, según el Espíritu Santo les daba pronunciarlas* (Act 2,1ss). Entonces se cumplió lo que se lee en Joel: *Y sucederá en los días postreros, dice el Señor: Yo derramaré de mi Espíritu sobre toda carne, y profetizarán vuestros hijos y vuestras hijas, y vuestros jóvenes verán visiones* (Ioel 2,28; Act 2,17). La palabra «derramar» da a entender la largueza de la gracia e indica lo mismo que prometiera el Señor: *Vosotros, empero, seréis bautizados con Espíritu Santo de aquí a pocos días* (Act 1,15). Y hasta punto tal

gentibus praedicarent, iuxta illud quod in sexagesimo septimo psalmo legimus: *Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa;* ut haberent operationem uirtutum, et gratiam sanitatum; et praedicaturi multis gentibus, acciperent genera linguarum, ut iam tunc cognosceretur, qui apostolorum, quibus deberent gentibus nuntiare. Denique apostolus Paulus, qui de Hierusalem usque in Illyricum praedicauit, et inde per Romam ad Hispanias ire festinat, gratias agit Deo, quod cunctis apostolis magis linguis loquatur. Qui enim multis gentibus adnuntiaturus erat, multarum linguarum acceperat gratiam. Quae repromissio Spiritus Sancti die decimo post ascensionem Saluatoris expleta est, Luca referente, qui scribit: *Cumque conplerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter in eodem loco, et factus est repente de caelo sonus tanquam aduenientis Spiritus vehementis; et repleuit totam domum, ubi erant sedentes; et apparuerunt illis dispertitae linguae tamquam ignis, seditque super singulos eorum; et repleti sunt omnes Spiritu Sancto, et coeperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis.* Tunc conpletum est illud quod legitur in Iohel: *Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii uestri, et filiae uestrae; et iuuenes uestri uisiones uidebunt.* Verbum autem effusionis significat gratiae largitatem, et id ipsum sonat, quod Dominus

fueron, efectivamente, bautizados en Espíritu Santo, que se llenó toda la casa en que se hospedaban, y el fuego del mismo Espíritu Santo halló en ellos la morada deseada, y, según Isaías, que se lamentaba de tener labios impuros, purificó los de los apóstoles para que con más pureza predicaran el evangelio de Cristo. En Isaías se dice que se conmovió el dintel del templo y que toda la casa se llenó de humo, es decir, de error y tinieblas e ignorancia de la verdad. Mas, al comienzo del Evangelio, la Iglesia se llena del Espíritu Santo, para que con el ardor de su gracia quedaran borrados los pecados de todos los creyentes, y por el fuego del Espíritu Santo, que el Señor había prometido enviar, se sanara la lengua que tenía que predicar a Cristo.

En conclusión, no discrepan Juan y Lucas. Lo que aquél da a entender haberse dado el día primero de la resurrección, éste nos cuenta haber sucedido el día quincuagésimo. Lo que se da es un adelantamiento en los apóstoles, en el sentido de que primero recibieron la gracia de remitir los pecados, luego la operación de milagros y todos los géneros de carismas que describe el Apóstol y nosotros hemos recordado, y (cosa más necesaria) la diversidad de lenguas de todas las naciones; los que iban a anunciar a Cristo no debían necesitar de intérprete alguno. Así se explica que en Licaonia, como la gente oyera a Pablo y Bernabé que hablaban la propia lengua de ellos, los tomaron por dioses en forma de hombres (Act 14,10ss). Y, a la verdad, el revestimiento de fuerza es la gracia del Espíritu Santo, y quienes la poseían no temían los tribunales de los jueces ni las púrpuras de los reyes. El Señor,

repromisit:*Vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies.* In tantum enim Spiritu Sancto baptizati sunt, ut repleretur tota domus ubi erant sedentes: et ignis Spiritus Sancti stationem in eis inueniret optatam, linguasque diuideret; et secundum Esaiam, qui inmunda labia habere se dixerat, purgaret labia eorum, ut euangelium Christi purius praedicarent. Et in Esaia quidem superliminare templi dicitur fuisse commotum; et repleta est omnis domus fumo, id est errore et tenebris uerique ignorantia. In principio autem euangelii repletur Spiritu ecclesia, ut gratia eius, atque feruore, omnium credentium peccata purgentur: et igne Spiritus Sancti, quem Dominus missurum esse se dixerat, praedicatura Christum lingua sanetur.

Non ergo Iohannes Lucasque discordant, ut quod ille prima resurrectionis die datum esse significat, hic die quinquagesimo uenisse describat, sed profectus apostolicus est, ut qui primum remittendorum peccatorum gratiam acceperant, postea acciperent operationes uirtutum, et cuncta donationum genera, quae ab apostolo descripta commemorauimus, et (quod magis necessarium erat) diuersitatem linguarum uniuersarumque gentium; ut adnuntiaturi Christum, nullo egerent interprete. Vnde et in Lycaonia cum audissent Paulum et Barnaban loqui linguis suis, deos in homines conuersos esse credebant. Et reuera indumentum uirtutis, Spiritus Sancti gratia est, quam possidentes, iudicum tribunalia et regum purpuras non

en efecto, lo había prometido antes de su pasión, diciendo: *Cuando os entregaren, no penséis cómo ni qué vais a hablar, porque en aquel momento se os dará lo que hayáis de hablar. No sois vosotros los que habláis, sino el Espíritu de vuestro Padre, que habla en vosotros* (Mt 10,19s). Por mi parte, me atrevo a decir, y con toda libertad proclamo, que, desde el momento en que creyeron en el Salvador, tuvieron siempre los apóstoles al Espíritu Santo, sin cuya gracia no hubieran podido hacer milagros, si bien con moderación y medida. De ahí que el Salvador gritara en el templo diciendo: *El que tenga sed, venga a mí y beba. El que cree en mí, como dice la Escritura, de su seno saldrán ríos de agua viva. Ahora bien, esto lo decía del Espíritu que habían de recibir los creyentes en El.* Y a renglón seguido se añade: *Y es así que todavía no había sido dado el Espíritu Santo, porque Jesús no había sido aún glorificado* (Io 7,37ss). No es que no existiera el Espíritu Santo, puesto que dice el Señor Salvador: *Mas si yo expulso los demonios en virtud del Espíritu Santo* (Mt 12,28). Se trata de que el Espíritu, que estaba en el Señor, todavía no moraba entero en los apóstoles. De ahí su espanto ante la pasión del Señor, y sus negaciones y sus juramentos de que no le conocen. Mas ya que están bautizados en el Espíritu Santo, y la gracia del mismo se derrama en ellos, entonces hablan libremente a los príncipes de los judíos: *¿Hay que obedecer más a Dios o a los hombres?* (Act 5,29). Resucitan muertos, se alegran entre los azotes, derraman su sangre y son coronados del martirio. Así, pues, todavía no estaba en los apóstoles el Espíritu Santo, ni de su

timebant. Promiserat enim Dominus priusquam pateretur, et dixerat: *Cum autem tradent uos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim uobis in illa hora, quid loquamini. Non enim uos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris uestri, qui loquitur in uobis.* Ego audacter, et tota libertate pronuntio, ex eo tempore, quo apostoli Domino crediderunt, semper eos habuisse Spiritum Sanctum: nec potuisse signa facere absque Spiritus Sancti gratia, sed pro modulo atque mensura. Vnde Saluator clamabat in templo, dicens: *Qui sitit, ueniat ad me, et bibat; qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquae uiuae. Hoc autem dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum.* Et in eodem loco infert: *Nondum enim erat Spiritus datus: quia Iesus nondum fuerat glorificatus;* non quo non esset Spiritus Sanctus, dicente Domino Saluatore: *Si autem ego in Spiritu Sancto eicio daemonia,* sed qui erat in Domino, necdum totus in apostolis morabatur. Quam ob rem deterrentur ad passionem eius, et negant et Christum nescire se iurant. Postquam autem baptizantur in Spiritu Sancto et infunditur in eos Spiritus Sancti gratia, tunc libere loquuntur ad principes Iudaeorum: *Oboedire magis Deo oportet, an hominibus?* Mortuos suscitant, inter flagella laetantur; fundunt sanguinem et suis suppliciis coronantur. Nondum ergo

seno manaban gracias espirituales, porque el Señor no había sido aún glorificado.

De qué gloria se trate, dícelo El mismo en el evangelio: *Padre, glorifícame con la gloria que tuve contigo antes de que el mundo fuera* (Io 17,5). La gloria del Salvador es la cruz del triunfador. Es crucificado como hombre, glorificado como Dios. Finalmente, el sol huye, la luna se muda en sangre, la tierra se estremece con temblor insólito, se abren los infiernos, echan a andar los muertos, se quiebran las rocas. Esta es la gloria de que hablaba en el salmo: *Levántate, gloria mía, levántate, salterio y cítara.* Y la misma gloria y la economía de la carne asumida responde de sí misma: *Me levantaré de mañana* (Ps 56,9). Así se cumple el título del salmo 21: *Para la asunción matutina* (Ps 21,1). Al decir esto, no es que creamos ser uno Dios y otro el hombre, y pongamos dos personas en el Hijo único de Dios, como falsamente propala una nueva herejía. No; uno y el mismo es el Hijo de Dios y el Hijo del hombre; y de cuanto habla, unas cosas referimos a su gloria divina, otras a nuestra salud. Por nosotros *no tuvo por rapiña ser igual a Dios, sino que se anonadó a sí mismo, hecho obediente al Padre hasta la muerte y muerte de cruz* (Phil 2,6ss). *Y el Verbo se hizo carne y habitó entre nosotros* (Io 1,14). Yo no puedo menos de admirar a Montano y sus mujeres, abortos de profetisas. El Señor había prometido y dicho: *Me voy para enviaros otro consolador* (Io 12,16); y Lucas narra luego haberlo recibido los apóstoles, y ahora nos viene Montano con que ello se cumplió en su persona tanto tiempo después. A los apóstoles, efectivamen-

erat Spiritus in apostolis, nec de uentre eorum fluebant gratiae spiritales, quia Dominus necdum fuerat glorificatus.

Quae sit autem gloria, ipse in euangelio loquitur: *Pater, glorifica me gloria quam apud te habui prius quam mundus esset.* Gloria Saluatoris, patibulum triumphantis est. Crucifigitur ut homo; glorificatur ut Deus. Denique sol fugit, luna mutatur in sanguinem, terra motu insolito contremiscit, aperiuntur inferi, mortui ambulant, saxa rumpuntur. Haec est gloria, de qua loquebatur in Psalmo: *Exurge, gloria mea, exurge psalterium et cithara.* Ipsaque de se respondit gloria et dispensatio carnis adsumptae: *Exurgam diluculo;* ut impleatur vicesimi primi psalmi titulus, *pro adsumptione matutina.* Haec dicimus non quod alium Deum, alium hominem esse credamus: et duas personas faciamus in uno Filio Dei, sicut noua heresis calumniatur; sed unus atque idem Filius Dei, et Filius hominis est, et quicquid loquitur, aliud referimus ad diuinam eius gloriam, aliud ad nostram salutem. Pro quibus *non rapinam arbitratus est se esse aequalem Deo, sed se ipsum exinaniuit, factus oboediens Patri usque ad mortem, et mortem crucis. Et Verbum caro factum est, et habitauit in nobis.* Miror autem Montanum, et insanas feminas eius, abortiuos prophetas, Domino promittente, atque dicente: *Vado et alium Paracletum mittam uobis,* et postea, Luca euangelista narrante, quod apostoli acceperunt quod promissum est, id multo post tempore in se dicere

te, les fue prometido: *Yo os enviaré la promesa de mi Padre; vosotros, empero, permaneced de asiento en la ciudad hasta que seáis revestidos de la fuerza de lo alto* (Lc 24,49). Y, resucitado, insufló Jesús sobre el rostro de los apóstoles (y no sobre el de Montano, de Priscila y Maximila), y les dijo: *A quienes remitiereis los pecados, les serán remitidos; y a quienes se los retuviereis, les serán retenidos* (Io 20,23). A los apóstoles, digo, les mandó que no se alejaran de Jerusalén, sino que aguardaran la promesa del Espíritu. Y lo que fue prometido, leemos haberse cumplido luego: *Quedaron llenos del Espíritu Santo y empezaron a hablar en lenguas varias, conforme el Espíritu Santo les concedía pronunciarlas* (Act 2,4). Y es así que el Espíritu Santo sopla donde quiere. Y cuando dice el Señor que les va a mandar otro Paráclito, da a entender que también El es Paráclito, es decir, «Consolador». De ahí que también a Dios Padre se le aplica este nombre: *Dios de las misericordias y de toda consolación* (2 Cor 1,3). Ahora bien, si el Padre es consolador, y el Hijo consolador, y el Espíritu Santo consolador, y en el nombre del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo son bautizados los creyentes—lo que se entiende Dios—, los que tienen un solo nombre de divinidad y consolación tienen, por el mismo caso, una sola naturaleza. Este Espíritu Santo estuvo no sólo en los apóstoles, sino también en los profetas, y de él pedía David, diciendo: *No apartes de mí a tu Espíritu Santo* (Ps 50,13). Y de Daniel se cuenta que tuvo espíritu de Dios, y David dice en espíritu haber dicho el Señor a su Señor: *Siéntate a mi derecha hasta que ponga a tus enemigos por escabel de tus pies* (Ps 109,1). Tampoco los profetas profeti-

fuisse conpletum. Apostolis enim promissum est: *Ego mittam sponsionem Patris mei in uos, et uos sedebitis in ciuitate, quoadusque induamini uirtutem ex alto;* et resurgens, in apostolorum insufflauit faciem (et non in Montani, Priscillae, et Maximillae) et illis ait: *Quorum dimiseritis peccata, dimittentur eis, et quorum retinueritis, retenta erunt.* Apostolis, inquam, praecepit ne discederent de Hierosolymis, sed exspectarent promissionem spiritus. Et postea quod promissum est, expletum legimus: *Repleti sunt omnes Spiritu Sancto, et coeperunt loqui aliis linguis, prout Spiritus Sanctus dabat eloqui illis.* Spiritus enim Sanctus spirat ubi uult. Et quando dicit Dominus, *alium Paracletum mittam uobis,* et se ostendit esse Paracletum, qui appellatur «Consolator». Vnde et Deus Pater hoc censetur nomine, *Deus miserationum, et totius consolationis.* Si autem Pater consolator, et Filius consolator, et Spiritus Sanctus consolator, et in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, quod intellegitur Deus, baptizantur credentes, quorum unum diuinitatis et consolatoris est nomen, et una natura est. Hic Spiritus Sanctus, non solum in apostolis, sed et in prophetis fuit, de quo Dauid orabat, dicens: *Spiritum Sanctum tuum ne auferas a me.* Et Danihel Spiritum Dei habuisse narratur, et Dauid in spiritu loquitur dixisse Dominum Domino suo, *sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Nec sine Spiritu

zaron sin el Espíritu Santo, *y por la palabra del Señor fueron asentados los cielos y por el soplo de su boca toda la fuerza de ellos* (Ps 32,6). Todo lo que es del Padre y del Hijo, lo mismo es también del Espíritu Santo. El mismo Espíritu, como quiera que es enviado por el Padre y viene en nombre del Hijo, en uno y otro pasaje es llamado indistintamente Espíritu del Padre y Espíritu de Cristo. Por eso, en los Hechos de los Apóstoles, los que habían sido bautizados con el bautismo de Juan y creían en Dios Padre y en Cristo, por ignorar al Espíritu Santo son de nuevo bautizados, o, por mejor decir, entonces reciben el verdadero bautismo, ya que, sin el Espíritu Santo, queda truncado el misterio de la Trinidad (cf. Act 19,1ss). Y en el mismo libro se cuenta haber dicho Pedro a Ananías y Safira que, al mentir al Espíritu Santo, no mintieron a los hombres, sino a Dios (Act 5,3ss).

X. *¿Qué significa lo que el apóstol Pablo discute en la carta a los romanos, cuando escribe: «¿Qué decimos, pues? ¿Por ventura hay en Dios iniquidad? ¡Lejos de eso!», hasta el pasaje en que dice: «Si el Señor Sabaot no nos hubiera dejado una semilla, hubiéramos venido a ser como Sodoma y nos hubiéramos asemejado a Gomorra»* (Rom 9,14ss).—Realmente, la carta íntegra a los romanos necesita de interpretación, y está envuelta en tales oscuridades, que, para entenderla, es menester el auxilio del Espíritu Santo, que la dictó por boca del Apóstol; pero la necesita señaladamente este lugar, en que algunos, queriendo salvar la justicia de Dios, por las culpas precedentes dicen que, en el vientre de Rebeca, Jacob fue elegido y rechazado Esaú. A la manera que también Jeremías y Juan Bautista fueron escogidos en el seno de sus madres,

Sancto prophetauerunt prophetae: et *uerbo Domini caeli firmati sunt, et Spiritu oris eius omnis uirtus eorum* et quicquid Patris et Filii est, hoc idem et Spiritus Sancti est; ipse Spiritus cum mittatur a Patre et pro Filio ueniat, in alio atque alio loco, Spiritus Dei Patris et Christi Spiritus appellatur. Vnde et in Actibus Apostolorum, qui Iohannis baptismate fuerant baptizati, et credebant in Deum Patrem, et Christum, quia Spiritum Sanctum nesciebant, iterum baptizantur: immo tunc uerum accipiunt baptisma (absque Spiritu enim Sancto, inperfectum est mysterium Trinitatis). Et in eodem uolumine, Petrus Ananiae et Sapphirae dixisse narratur, quod mentientes Spiritui Sancto, non sint hominibus mentiti, sed Deo.

X. *Quid significet illud quod apostolus Paulus disputat, ad Romanos scribens: «Quid ergo dicimus? numquid iniquitas apud Deum? absit», usque ad eum locum, ubi ait: «Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, et sicut Gomorra similes fuissemus».* Omnis quidem ad Romanos epistula interpretatione indiget, et tantis obscuritatibus inuoluta est, ut in intellegenda ea, Spiritus Sancti indigeamus auxilio, qui per apostolum haec ipsa dictauit; sed praecipue locus hic, in quo quidam uolentes Dei seruare iustitiam, ex praecedentibus causis, dicunt electum in utero Rebeccae Iacob, et abiectum Esau: sicut et Ieremias, et baptista Iohannes eliguntur in utero; et ipse apostolus

y el Apóstol mismo es predestinado, antes de nacer, para el evangelio. A nosotros, empero, nada nos place que no sea de la Iglesia y que no temamos decir públicamente en la Iglesia. Dios nos libre de seguir a Pitágoras y Platón y a los discípulos de ellos, que, con marchamo cristiano, introducen doctrinas de gentiles, y vayamos a decir que las almas han caído del cielo y, según la diversidad de lo que merecen, pagan en estos o los otros cuerpos la pena de anteriores pecados. Mucho mejor es confesar sencillamente nuestra ignorancia y, entre tantas otras cosas como no sabemos, huir también de la oscuridad de este pasaje, que no, por empeñarnos en probar la justicia de Dios, defender la herejía de Basílides y Manes, y seguir las tonterías ibéricas y los portentos de Egipto. Digamos, pues, como podamos y, siguiendo las huellas de la intención del Apóstol, no nos apartemos un punto, como se dice, ni el negro de la uña, de su sentir. Antes había llorado, y como testigo de su dolor y de su conciencia había invocado al Espíritu Santo, porque sus hermanos y allegados según la carne, es decir, los israelitas, no habían recibido al Hijo de Dios; ellos, a quienes pertenece la adopción, y la gloria, y las alianzas, y la legislación, y el culto, y la promesa, de quienes, según la carne, nació Cristo de María Virgen. Y es tan tenaz esa tortura del dolor de su corazón, que desea ser él mismo anatema de Cristo, es decir, condenarse él solo, a trueque de que no perezca la raza toda de Israel. Y como dijo eso, ve inmediatamente venir de frente la cuestión: ¿Qué dices, pues? ¿Luego todos los que son de Israel se han perdido? Entonces, ¿cómo es que tú y los otros apóstoles, y una inmensa muchedumbre del pueblo judío, habéis recibido a

praedestinatur in euangelium antequam nascatur. Nobis autem nihil placet, nisi quod ecclesiasticum est, et publice in ecclesia dicere non timemus: ne iuxta Pythagoram, et Platonem, et discipulos eorum, qui sub nomine Christiano introducunt dogma gentilium, dicamus animas lapsas esse de caelo: et pro diuersitate meritorum, in his uel illis corporibus poenas antiquorum luere peccatorum. Multoque melius est simpliciter imperitiam confiteri, et inter cetera quae nescimus, etiam huius loci obscuritatem refugere, quam, dum uolumus Dei probare iustitiam, Basilidis et Manichaei heresim defendere, et Hiberas nenias Aegyptiaque portenta sectari. Dicamus igitur ut possumus, et apostolicae uoluntatis sequentes uestigia, ne puncto quidem (ut dicitur) atque ungue transuerso, ab illius sententiis recedamus. Fleuerat supra, et dolori suo, et conscientiae testem inuocauerat Spiritum Sanctum, quod fratres sui et cognati secundum carnem, id est, Israhelitae, Dei Filium non recepissent: quorum fuit «adoptio, et gloria, et testamenta, et legislatio, et cultura, et promissio»: ex quibus etiam ipse Christus secundum carnem de Maria generatus est Virgine; et tam continuo cordis dolore torquetur ut ipse optet anathema esse a Christo, id est solus perire, ne omne Israheliticum genus pereat. Et quia hoc dixerat, statim uenientem e regione praeuidet quaestionem. Quid ergo dicis? Omnes qui ex Israhel sunt perierunt? Et quomodo tu ipse et

Cristo como Hijo de Dios? La dificultad la resuelve así: Israel, en las Escrituras Santas, se llama de dos maneras y se divide en dos hijos: uno, según la carne; otro, según la promesa y el espíritu. Abrahán tuvo dos hijos, Ismael e Isaac. Ismael, que nació según la carne, no recibió la herencia del padre; Isaac, que fue engendrado de Sara por la promesa, es llamado descendencia de Dios. Se escribe, en efecto: *En Isaac se llamará para ti descendencia* (Gen 21,12; Rom 9,7-8). Es decir, no los hijos de la carne son hijos de Dios, sino los hijos de la promesa son reputados descendencia (Rom 9,7-8). Y esto se demuestra haber acontecido no sólo en Ismael e Isaac, sino también en los dos hijos de Rebeca, Esaú y Jacob, de los que uno es reprobado y escogido el otro. Y todo esto lo dice para significar que en los dos primeros hermanos, Ismael y Esaú, fue reprobado el pueblo de los judíos; y en los dos posteriores, Isaac y Jacob, escogido el pueblo de los gentiles o aquellos de entre los judíos que creyeron en Cristo. Y como, queriendo demostrar esto, había propuesto el testimonio de los dos gemelos, Esaú y Jacob, de quienes está escrito: *El mayor servirá al menor;* y en Malaquías leemos: *A Jacob he amado y aborrecido a Esaú* (cf. Rom 9,10ss); pone a su modo y discute la cuestión lateral, y ésta resuelta, vuelve al punto de que había empezado a discutir. Si Esaú y Jacob no habían aún nacido ni habían hecho cosa buena ni mala para merecer u ofender a Dios, y la elección y reprobación de ellos no pone de manifiesto los merecimientos de cada uno, sino la voluntad de quien elige o re-

ceteri apostoli, et infinita Iudaici populi multitudo, Christum Dei Filium recepistis? Quam ita soluit: Israhel in scripturis sanctis dupliciter appellatur, et in duos diuiditur filios: in unum, qui iuxta carnem est; et in alterum, qui iuxta repromissionem et spiritum. Abraham duos habuit filios, Ismahel et Isaac, Ismahel, qui secundum carnem natus est, hereditatem patris non accepit. Isaac, qui de repromissione generatus est ex Sarra, semen Dei appellatur. Scriptum est enim: *In Isaac uocabitur tibi semen,* id est, non qui filii carnis, hi filii Dei; sed qui filii sunt repromissionis, isti aestimantur in semine. Et hoc non solum in Ismahel et Isaac accidisse conuincimus; sed etiam in duobus Rebeccae filiis, Esau et Iacob, quorum alter abiectus, alter electus est. Et non totum dicit, ut in duobus prioribus fratribus, Ismahel et Esau, populum Iudaeorum abiectum esse significet; in posterioribus autem, hoc est, in Isaac et Iacob, electum populum gentium, uel eos qui ex Iudaeis in Christum credituri erant. Et quoniam hoc uolens adprobare, proposuerat testimonium nascentium geminorum Esau et Iacob, de quibus scriptum est: *Maior seruiet minori,* et in Malachia legimus: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui,* uenientem e latere quaestionem more suo proponit, et disserit; et hac soluta, reuertitur ad id de quo coeperat disputare. Si Esau et Iacob necdum nati erant, nec aliquid egerant boni aut mali, ut uel promererentur Deum, uel offenderent, et electio eorum atque abiectio, non merita singulorum, sed uoluntatem eligentis et abicientis ostendit, quid ergo dicimus? Ini-

prueba, ¿qué decimos entonces? ¿Es Dios un inicuo? Según el ejemplo que habla a Moisés: *Me compadeceré de quien me compadeciere y haré misericordia a quien se la hiciere* (Ex 9,16). Si esto, dice, sentamos: que Dios hace lo que quiere y elige y condena a uno prescindiendo de merecimientos y obras; *luego no es cosa ya del que corre ni del que quiere, sino de Dios, que se compadece;* señaladamente cuando la misma Escritura, es decir, Dios mismo, le dice al Faraón: *Te he levantado justamente para hacer en ti ostentación de mi fuerza y que mi nombre se pregone por toda la tierra* (Ex 9,16). Si esto es así, y Dios, a su talante, se compadece de Israel y endurece al Faraón, luego de balde se queja y nos acusa de que no hagamos el bien o hayamos hecho el mal. En su poder y voluntad está escoger o reprobar, prescindiendo de obras buenas o malas, más que más que la fragilidad humana es impotente para resistir a su voluntad.

Esta fuerte cuestión, trabada de textos escriturarios y que apenas si tiene solución, el Apóstol la deshace con una breve palabra: *¡Oh hombre!, ¿quién eres tú para replicar a Dios?* (Rom 9,20). El sentido es: Por el hecho de que replicas a Dios y le diriges un reproche, e inquieres tanto las Escrituras para tener que decir contra El y averiguar la justicia de su voluntad, demuestras tener libre albedrío y que haces lo que quieres, callar o hablar. Y es así que, si piensas que has sido creado a la manera de un vaso de un alfarero y que no puedes contrastar su voluntad, ten presente que el cacharro de arcilla no puede decirle al alfarero: *¿Por qué me has hecho así?* El alfarero tiene poder para hacer del mismo barro y de la misma masa *un vaso para honor y otro para ignominia.*

quus est Deus? Secundum illud exemplum quod loquitur ad Moysen: *Miserebor cui misertus fuero, et misericordiam praestabo, cuius miserebor.* Si hoc, inquit, recipimus, ut faciat Deus quodcumque uoluerit, et absque merito et operibus, uel eligat aliquem, uel condemnet, *ergo non est uolentis neque currentis, sed miserentis Dei,* maxime cum eadem scriptura, hoc est idem Deus, loquatur ad Pharaonem: *In hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te uirtutem meam, et adnuntietur nomen meum in uniuersa terra.* Si hoc ita est, et pro uoluntate sua miseretur Israheli, et indurat Pharaonem; ergo frustra queritur, atque causatur nos uel bona non fecisse, uel fecisse mala: cum in potestate illius sit et uoluntate, absque bonis et malis operibus, uel eligere aliquem uel abicere; praesertim cum uoluntati illius humana fragilitas resistere nequeat.

Quam ualidam quaestionem scripturarum ratione contextam, et paene insolubilem, breui Apostolus sermone dissoluit, dicens: *O homo! tu quis es qui respondeas Deo?* Et est sensus: ex eo quod respondes Deo, et calumniam facis, et de scripturis tanta perquiris, ut loquaris contra Deum, et iustitiam uoluntatis eius inquiras, ostendis te liberi esse arbitrii, et facere quod uis, uel tacere, uel loqui. Si enim in similitudinem uasis fictilis te a Deo creatum putas, et illius non posse resistere uoluntati: hoc considera: quia uas fictile non dicit figulo: *quare me sic fecisti?* Figulus enim habet potestatem de eodem luto, et de eadem massa, *aliud*

Dios, empero, ha creado a todos con destino igual y a todos ha dado libre albedrío para que cada uno haga lo que quiera: el bien o el mal. Y hasta tal punto ha dado poder o libertad a todos, que una voz impía discute con su Creador y escudriña las causas de su voluntad. *Mas si Dios, queriendo hacer ostentación de su ira y dar a conocer su poder, soportó con mucha paciencia a los vasos de ira, aptos para la ruina, para mostrar con los vasos de misericordia, a los que preparó para gloria, a los que también llamó no sólo de entre los judíos, sino de entre los gentiles, como dice en Oseas: Llamé al no pueblo mío pueblo mío, y a la no amada, amada; y en lugar donde se dijo: Vosotros no sois pueblo mío, allí serán llamados hijos del Dios vivo,* y lo demás que sigue (Os 2,24). Si, dice el Apóstol, que la paciencia de Dios enfureció al Faraón y dilató por mucho tiempo los castigos de Israel, a fin de condenar más justamente a quienes por tanto tiempo soportara, no hay que acusar la paciencia y clemencia infinita de Dios, sino la malicia de aquellos que abusaron, para su propia perdición, de la bondad de Dios. Por caso semejante, uno solo es el calor del sol, y, sin embargo, según la materia sobre que cae, unas cosas derrite y otras endurece, unas deshace y otras consolida. La cera se derrite, el barro se endurece, y, sin embargo, no es distinta la naturaleza del calor. Así también la bondad y clemencia de Dios: a los vasos de ira, que son aptos para la perdición, esto es, al pueblo de Israel, lo endurece; a los vasos de misericordia, que preparó para gloria, a los que también llamó, y que no venimos solamente de los judíos, sino también de los gentiles, no nos salva irracionalmente,

uas in honorem facere, aliud in contumeliam. Deus autem aequali cunctos sorte generauit, et dedit arbitrii libertatem, ut faciat unusquisque quod uult, siue bonum, siue malum. In tantum autem dedit omnibus potestatem, ut uox impia disputet contra creatorem suum, et causas uoluntatis illius perscrutetur. *Sin autem Deus uolens ostendere iram, et notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia uasa irae, apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, quae praeparauit in gloriam, quos et uocauit, non solum nos ex Iudaeis, sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit: uocaui non plebem meam, plebem meam; et non dilectam, dilectam; et erit in loco ubi dictum est eis: non plebs mea uos, ibi uocabuntur filii Dei uiui,* et cetera quae sequuntur. Si, inquit, patientia Dei indurauit Pharaonem, et multo tempore poenas distulit Israhelis, ut iustius condemnaret, quos tanto tempore sustinuerat, non Dei accusanda est patientia et infinita clementia, sed eorum duritia, qui bonitatem Dei in perditionem suam abusi sunt. Alioquin unus est solis calor, et secundum essentias subiacentes, alia liquefacit, alia indurat, alia soluit, alia constringit. Liquatur enim cera, et induratur lutum, et tamen non est caloris diuersa natura. Sic et bonitas Dei atque clementia; uasa irae, quae apta sunt in interitum, id est populum Israhel, indurat; uasa autem misericordiae, quae praeparauit in gloriam, quae et uocauit, hoc est nos, qui non solum ex Iudaeis sumus, sed etiam ex gentibus, non saluat inrationabiliter, et absque iudicii ueritate,

sino por motivos que anteceden: porque unos no recibieron a su Hijo y otros lo recibieron de buena gana.

Ahora bien, estos vasos de misericordia no son solamente el pueblo de los gentiles, sino también aquellos de entre los judíos que quisieron creer. Y un solo pueblo de creyentes ha resultado. Por donde se demuestra no ser las naciones las que se eligen, sino las voluntades de los hombres. Y así sucedió para que se cumpliera lo que fue dicho por Oseas: *Llamé al no pueblo mío pueblo mío*, esto es, al pueblo de los gentiles; *y a los que antes se decía: Vosotros no sois pueblo mío, se llamarán ahora hijos del Dios vivo* (Os 2,24). Y por que no pareciera que decía eso sólo de los gentiles, llama el Apóstol también vasos de misericordia y elección a los que creyeron de entre la muchedumbre de Israel. Y es así que Isaías clama en favor de Israel: *Si el número de los hijos de Israel fuere como las arenas del mar, sus reliquias se salvarán;* esto es, aunque la muchedumbre no creyere, unos pocos sí creerán. Y es así que Dios, en su equidad, pesó una palabra consumada y abreviada para salvar, por la humildad y encarnación de Cristo, a los que hubieren querido creer en El. Esto mismo dice también en otro lugar Isaías: *Si el Señor Sabaot no nos hubiera dejado una semilla, hubiéramos venido a ser como Sodoma y nos hubiéramos asemejado a Gomorra* (Rom 9,29). Y una vez que ha aducido los textos en que se predice la doble vocación de gentiles y del pueblo judío, pasa a una disertación coherente, y dice que los gentiles, que no seguían la justicia, aprehendieron la justicia, porque no se ensoberbecieron y creyeron en Cristo; gran parte, empero, de

sed causis praecedentibus: quia alii non susceperunt Filium Dei, alii recipere sua sponte uoluerunt.

Haec autem uasa misericordiae, non solum populus gentium est, sed et hi, qui ex Iudaeis credere uoluerunt; et unus credentium effectus est populus. Ex quo ostenditur, non gentes eligi, sed hominum uoluntates; atque ita factum est, ut impleretur illud, quod dictum est per Osee: *Vocaui non plebem meam plebem meam*, hoc est, populum gentium: *et quibus prius dicebatur: non plebs mea uos, nunc uocentur filii Dei uiui.* Quod ne solum de gentibus dicere uideretur, etiam eos qui ex Israhelis multitudine crediderunt, uasa misericordiae et electionis appellat. Clamat enim Esaias pro Israhel: *Si fuerit numerus filiorum Israhel tamquam arena maris, reliquiae saluae fient*, hoc est, etiam si multitudo non crediderit, tamen pauci credent. Verbum enim consummatum atque breuiatum in sua Deus aequitate librauit, ut humilitate et incarnatione Christi, eos saluos faceret qui in eum credere uoluissent. Hoc ipsum et in alio loco dicit Esaias: *Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, et sicut Gomorra similes fuissemus.* Cumque testimonia proposuisset, quibus duplex uocatio praedicitur, et gentium et populi Iudaeorum, transit ad cohaerentem disputationem, et idcirco dicit gentes, quae non sectabantur iustitiam, adprehendisse iustitiam, quia non superbierint, sed in Christum crediderint. Israhelis autem magnam partem ideo corruisse, quia offenderit in lapidem offensionis et petram scandali, et ignora-

Israel cayó porque tropezó en la piedra de tropiezo y en la peña de escándalo, y desconoció la justicia de Dios; quiso establecer su propia justicia, y no se sometió a la justicia de Dios, que es Cristo. Leí en los comentarios de cierto autor que el Apóstol respondió de forma que antes complicó que no resolvió la cuestión. Dice, en efecto, ese autor que a los textos alegados: *¿Qué decimos, pues? ¿Por ventura hay en Dios iniquidad?;* y el otro: *No es obra del que quiere ni del que corre, sino de Dios, que se compadece;* y: *¿Quién puede contrastar su voluntad?;* a todos estos textos, repito, respondió así el Apóstol: ¡Oh hombre, que eres polvo y ceniza!, ¿conque te atreves a hacerle a Dios una pregunta? ¿Tú, vaso quebradizo de arcilla, te rebelas contra tu alfarero? ¿Acaso puede el barro decir al que lo plasmó: ¿Por qué me has hecho así? ¿O es que el alfarero no tiene facultad de hacer, de la misma masa de barro, un vaso para honor y otro para ignominia? Enmudece, pues, con silencio eterno y reconoce tu tranquilidad, y no le levantes a Dios un caramillo porque hizo lo que quiso: mostrarse clemente con unos y duro con otros.

XI. *¿Qué significa lo que el Apóstol escribe en la segunda carta a los corintios: «Para unos, perfume de muerte para muerte; para otros, perfume de vida para vida. ¿Y quién será idóneo para esto?»* (2 Cor 2,16).—Aleguemos todo el contexto de este lugar, a fin de que por lo que antecede y lo que sigue se pueda entender lo del medio, que es propiamente lo que se llama contexto o entretejimiento: *Como hubiese llegado,* dice, *a Troas por causa del evangelio de Cristo, y se me hubiera abierto una puerta en el Se-*

uerit iustitiam Dei et quaerens suam statuere iustitiam, iustitiae Dei, quae Christus est, subici noluerit. Legi in cuiusdam commentariis sic respondisse Apostolum ut magis inplicuerit, quam soluerit quaestionem. Ait enim ad id quod proposuerat: *Quid ergo dicimus? Numquid iniquitas apud Deum?* Et, *Non est uolentis neque currentis, sed miserentis Dei;* et, *cuius uult miseretur, et quem uult indurat;* et, *Voluntati eius quis potest resistere?* Sic Apostolum respondisse: O homo, qui terra et cinis es, audes Deo facere quaestionem? et uas fragile atque testaceum, rebellas contra figulum tuum? «Numquid figmentum potest dicere ei qui se finxit, quare me sic fecisti? Aut non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam?» Aeterno igitur silentio conticesce; et scito fragilitatem tuam, et Deo ne moueas quaestionem, qui fecit quod uoluit: ut in alios clemens, in alios seuerus existeret.

XI. *Quid sit quod Apostolus scribit in secunda ad Corinthios: «Aliis odor mortis in mortem, aliis odor uitae in uitam; et ad haec quis tam idoneus?»*—Totum loci huius capitulum proponamus, ut ex praecedentibus et sequentibus possint intellegi media, quae ex utroque contexta sunt. *Cum uenissem,* ait, *Troadem, propter euangelium Christi, et ostium mihi apertum esset in Domino, non habui requiem spiritui meo, eo quod non inuenerim Titum fratrem meum; sed ualefaciens eis, profectus sum in*

ñor, no tuve descanso en mi espíritu por no haber hallado a mi hermano Tito. Así, después de decirles adiós, partí para Macedonia. Gracias, empero, sean dadas a Dios, que nos lleva siempre en triunfo en Cristo Jesús, y en todo lugar esparce, por medio de nosotros, el buen olor de su conocimiento. Y es así que somos buen olor de Cristo para Dios, en los que se salvan y en los que se pierden. Para unos, buen olor de muerte para muerte; para otros, buen olor de vida para vida. Mas, ¿quién será tan idóneo para eso? Porque no somos como la mayoría que trafican con la palabra de Dios. No; nosotros hablamos con sinceridad, como de parte de Dios, delante de Dios en Cristo (2 Cor 2,12ss). Cuéntales el Apóstol a los corintios lo que hizo, lo que hubo de padecer y cómo en todo da gracias a Dios para incitarlos, con su ejemplo, a la lucha. Llegué, les dice, a Troas, la que antes se llamaba Troya, a fin de predicar en Asia el evangelio. Se me abrió una puerta en el Señor, es decir, habían creído muchos por los milagros y hechos extraordinarios que en mí obra el Señor; había esperanza de que naciera la fe y fuera creciendo en el Señor; pero no tuve descanso en mi espíritu; es decir, no pude hallar el consuelo que esperaba al no hallar a mi hermano Tito, ora que pensara lo iba a encontrar allí, ora hubiera oído que allí estaba o le hubiera dicho que iría. Ahora bien, ¿qué tan grande consuelo fue ése o qué descanso de su espíritu por la presencia de Tito, tal que, al no hallarlo, les dijo adiós y partió para Macedonia? Algunas veces he dicho que el apóstol Pablo fue hombre doctísimo, como quien se instruyó a los pies de Gamaliel, el que en los Hechos de los Apóstoles pronuncia aquel discurso en que dice: *Y ahora, ¿qué tenéis que*

Macedoniam. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, et odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco; quia Christi bonus odor sumus Deo, in his qui salui fiunt, et in his qui pereunt; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis odor uitae in uitam. Et ad haec quis tam idoneus? Non enim sumus, sicut plurimi uenditantes uerbum Dei; sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur. Narrat Corinthiis quae fecerit, quae passus sit, et quomodo in cunctis Deo agat gratias, ut sub exemplo sui illos prouocet ad certandum. Veni, inquit, Troadem, quae prius Troia appellabatur, ut euangelium Christi in Asia praedicarem. Cumque mihi ostium apertum esset in Domino, hoc est, plurimi credidissent, siue per signa atque uirtutes quae in me operabatur Deus, spes esset nascentis fidei et in Domino succrescentis, non habui requiem spiritui meo, hoc est, speratam consolationem inuenire non potui, eo quod Titum fratrem meum non inuenerim, siue quem ibi repperiendum putabam, siue quem ibi audieram degere, uel qui illuc uenturum esse se dixerat. Quae autem fuit tanta consolatio, et quae requies spiritui in praesentia Titi, quem quia non inuenit, ualefaciens eis, profectus est in Macedoniam? Aliquotiens diximus apostolum Paulum uirum fuisse doctissimum, et eruditum ad pedes Gamalihel, qui in Apostolorum Actibus contionatur, et dicit: *Et*

ver con estos hombres? Si este empeño viene de Dios, se mantendrá firme; si de los hombres, se deshará (Act 5,28s). Poseía, indudablemente, la ciencia de las Escrituras y el carisma de la palabra y variedad de lenguas (él mismo se gloría de ello en el Señor cuando dice: *Doy gracias a Dios de que hablo lenguas más que todos vosotros*: 1 Cor 14,18); pero no podía explanar la majestad de los misterios divinos en lengua griega. Tenía, pues, a Tito por intérprete, como, por su parte, el bienaventurado Pedro tenía a Marcos, cuyo evangelio se debe a la narración de Pedro y a la redacción de Marcos. En fin, las dos cartas que corren como de Pedro discrepan entre sí por el estilo, el carácter y la sintaxis. Por donde entendemos que, según la necesidad, se valía de distintos intérpretes. Así, pues, también el apóstol Pablo se apena por no hallar de pronto al que era flauta e instrumento de su predicación, por el que él cantaba a Cristo. Así que parte para Macedonia, pues se le había aparecido un macedonio que le dijo: *Pasa a ayudarnos* (Act 16,9). Allí hallaría a Tito y visitaría a los hermanos o sería probado por las persecuciones. Esto es, efectivamente, lo que dice: *Gracias sean dadas a Dios, que nos lleva siempre en triunfo en Cristo Jesús.* Nos lleva en triunfo, que es como decir que triunfa de nosotros o que celebra su triunfo por nuestro medio; él, que en otro lugar había dicho: *Hemos sido hechos espectáculo para el mundo, para los ángeles y los hombres* (1 Cor 4,9).

Finalmente, cuenta en lo que sigue: *Y es así que, al llegar a Macedonia, nuestra carne no tuvo descanso alguno, sino que sufrimos todo linaje de tribulación. Por fuera luchas, dentro temores.*

nunc quid habetis cum hominibus istis? Si enim a Deo est, stabit; si ex hominibus, destruetur. Cumque haberet scientiam scripturarum, et sermonis diuersarumque linguarum gratiam possideret (unde ipse gloriatur in Domino), et dicit: *Gratias ago Deo, quod omnium uestrum magis linguis loquor,* diuinorum sensuum maiestatem digno non poterat Graeci eloquii explicare sermone. Habebat ergo Titum interpretem, sicut et beatus Petrus Marcum, cuius euangelium, Petro narrante et illo scribente, conpositum est. Denique et duae epistulae quae feruntur Petri, stilo inter se et caractere discrepant, structuraque uerborum. Ex quo intellegimus, pro necessitate rerum, diuersis eum usum interpretibus. Ergo et Paulus apostolus contristatur quia praedicationis suae in praesentiarum fistulam organumque, per quod Christo caneret, non inuenerat; perrexitque in Macedoniam, apparuerat enim ei uir Macedo, dicens: *Transiens adiuua nos;* ut ibi inueniret Titum, et uisitaret fratres, uel persecutionibus probaretur; hoc est enim quod dicit: *Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu.* Triumphat nos (pro eo quod est triumphat de nobis, siue triumphum suum agit per nos): qui in alio loco dixerat: *Spectaculum facti sumus mundo, et Angelis, et hominibus.*

Denique narrat in consequentibus: *Nam cum uenissemus Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra: sed omnem tribulationem passi. Foris pugnae, intus timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos*

Pero el Dios que consuela a los humildes nos consoló con la llegada de Tito, y no sólo con su llegada, sino con el alivio que nos trajo (2 Cor 7,5ss). He ahí, pues, la razón por que dijo adiós a los troyanos y partió para Macedonia: quería encontrar a Tito y tener el consuelo de la interpretación del evangelio. Pero se ve que no lo halló de pronto, sino que llegó después de las tribulalaciones y persecuciones del Apóstol. Antes de llegar Tito hubo de padecer mucho, y, no obstante, da gracias a Dios omnipotente en Cristo Jesús, a quien predicaba a los gentiles, de que lo tuvo por digno de celebrar en él el triunfo de su Hijo. El triunfo de Dios es la pasión de los mártires, derramar la propia sangre por el nombre de Cristo, alegrarse en los tormentos. Y es así que, cuando se ve la firmeza con que los mártires comparecen ante los tribunales y sufren los tormentos y se glorían de ellos, tácitamente viene el pensamiento de que, si no fuera verdad el evangelio, jamás se defendería con la sangre. Porque la confesión de la fe no es cosa cómoda, que busque riquezas y seguridad; no, la fe se confiesa en las cárceles, en los golpes, en las persecuciones, en el hambre, desnudez y sed. Tal es el triunfo de Dios y la victoria de los mártires.

Pero un oyente podía replicarle: «Entonces, ¿cómo es que no todos creen?» Y antes de que se le pregunte, resuelve la objeción. Según su costumbre, lo que se le puede objetar lo explica antes de venir la objeción. He aquí el sentido: Somos, en todo lugar, buen olor para Dios del nombre de Cristo, y la fragancia de nuestra predicación se esparce a lo ancho y largo. Pero como los hombres están dejados a su libre albedrío, ya que no hacen el bien

Deus in aduentu Titi; non solum autem in aduentu eius, sed etiam in solacio. Ergo propterea ualefaciens Troianis siue Troadesibus, profectus est Macedoniam, ut inueniret ibi Titum, et haberet interpretationis euangeliique solacium: quem intellegimus non ibi repertum, sed post tribulationes et persecutiones apostoli superuenisse. Prius ergo quam ueniret Titus, multa perpessus, agit gratias omnipotenti Deo in Christo Iesu quem gentibus praedicabat, quod dignum se elegerit, in quo egerit triumphum Filii sui. Triumphus Dei est passio martyrum, pro Christi nomine cruoris effusio, et inter tormenta laetitia. Cum enim quis uiderit tanta perseuerantia stare martyres atque torqueri, et in suis cruciatibus gloriari, odor notitiae Dei disseminatur in gentes, et subit tacita cogitatio quod nisi uerum esset euangelium, numquam sanguine defenderetur. Neque enim delicata et diuitiis studens ac secura confessio est; sed in carceribus, in plagis, in persecutionibus, in fame, et nuditate et siti. Hic triumphus est Dei apostolorumque uictoria.

Sed poterat audiens respondere: «Quomodo ergo non omnes crediderunt?» Prius ergo quam interroget, soluit ἀνθυποφοράν; et iuxta morem suum quicquid alius obicere potest, antequam obiciatur edisserit. Et est sensus: nominis Christi in omni loco bonus odor sumus Deo, et praedicationis nostrae longe lateque spirat flagrantia. Sed quia homines suo arbitrio derelicti sunt (neque enim bonum necessitate faciunt, sed uolun-

forzosa, sino voluntariamente, de modo que los creyentes reciban la corona y los incrédulos sean destinados a los suplicios, de ahí que nuestro olor, que de suyo es bueno, por la virtud o el vicio de quienes lo reciben o no lo reciben, pasa a ser olor de vida o muerte: los que creen, se salvan; los que no creen, perecen. Ni ello es de maravillar en el Apóstol, cuando también del Señor leemos en el evangelio: *Mira que éste ha sido puesto para caída y levantamiento de muchos y para señal de contradicción* (Lc 2,34). Los rayos del sol dan lo mismo sobre sitios limpios que sobre inmundos, y así lucen sobre flores como sobre estiércol. Y, sin embargo, no se manchan. Por modo semejante, el buen olor de Cristo, que nunca puede mudarse ni perder su naturaleza, para los creyentes es vida; para los incrédulos, muerte. Pero no esa muerte que nos es común con las fieras y animales domésticos, sino aquella de que está escrito: *El alma que pecare, ésa morirá* (Ez 18,4). Luego tampoco hay que tener por vida esa por la que respiramos y andamos y discurrimos de acá para allá, sino aquella de que habla David: *Creo que he de ver los bienes del Señor en la tierra de los vivos* (Ps 26,13). Y es así que Dios es Dios de vivos y no de muertos (Mt 22,33). Y: *Nuestra vida está escondida con Cristo en Dios; mas cuando Cristo, vida nuestra, se manifestare, entonces nos manifestaremos también nosotros en gloria* (Col 3,3-4). Y no os parezca, dice, poco, ¡oh corintios!, que, al predicar nosotros la verdad, unos crean y otros no crean, unos mueran de muerte verdadera y otros vivan de aquella vida que dice: *Yo soy la vida* (Io 11,25). De no haber hablado nosotros, ni a los incrédulos se les hubiera seguido la muerte ni a los creyentes la vida, pues difí-

tate, ut credentes coronam accipiant, increduli suppliciis mancipentur), ideo odor noster qui per se bonus est, uirtute eorum et uitio qui suscipiunt siue non suscipiunt, in uitam transit, aut mortem, ut qui crediderint salui fiant, qui uero non crediderint pereant. Nec hoc mirandum de Apostolo, cum etiam de Domino legerimus: *ecce hic positus est in ruinam et resurrectionem multorum, et in signum cui contradicetur,* solisque radios tam munda loca excipiant quam inmunda, et sic in floribus, quomodo in stercore luceant: nec tamen solis radii polluantur. Sic et Christi bonus odor, qui numquam mutari potest, nec suam naturam amittere, credentibus uita est, incredulis mors. Mors autem non ista communis, quia cum bestiis morimur et iumentis, sed illa de qua scriptum est: *Anima quae peccauerit, ipsa morietur.* Ergo et uita non haec arbitranda est, qua spiramus et incedimus, et huc illucque discurrimus; sed illa de qua Dauid loquitur: *Credo uidere bona Domini in terra uiuentium. Deus enim uiuorum est, et non mortuorum;* et *uita nostra abscondita est cum Christo in Deo; cum autem Christus apparuerit uita nostra, tunc et nos cum illo apparebimus in gloria.* Nec uobis, inquit, o Corinthii, parum esse uideatur, si nobis praedicantibus ueritatem, alii credant, alii non credant; alii uera morte moriantur, alii uiuant ea uita quae dicit: *ego sum uita.* Nisi enim nos locuti essemus, nec incredulos mors, nec credentes uita sequeretur,

cilmente puede hallarse un pregonero digno de los milagros de Cristo, que, al anunciarlos, no busque su propia gloria, sino la de Aquel a quien predica. Ahora bien, por el hecho de negar el Apóstol no ser como muchos que trafican con la palabra de Dios, da a entender ser muchísimos los que piensan que la religión es granjería, y todo lo hacen con ojo a la torpe ganancia (1 Tim 6,5) y *andan devorando las cosas de las viudas* (Lc 20,47); pero él protesta que habla como enviado de Dios y en presencia del que lo ha enviado, todo en Cristo y por Cristo. Así, su predicación es de Dios; el triunfo, de Cristo, y de él la gloria. Y es de notar que al final de este capítulo aparece el misterio de la Trinidad. *Hablamos*, efectivamente, *de parte de Dios*, en el Espíritu Santo, *delante de Dios* Padre y *en Cristo*. Y para demostrar que de Troas marchó a Macedonia, pongamos el texto de los Hechos de los Apóstoles: *Habiendo atravesado la Misia, bajaron a Troas, y Pablo tuvo una visión durante la noche. Un macedonio estaba de pie y le suplicaba, diciendo: «Pasa a Macedonia y ayúdanos». Habida la visión, buscamos inmediatamente manera de marchar a Macedonia, pues estábamos seguros de que Dios nos llamaba a evangelizarlos* (Act 16,8ss).

XII. *¿Qué significa lo que escribe en la carta primera a los tesalonicenses: «Y el Dios mismo de la paz os santifique en todo, y vuestro espíritu, alma y cuerpo se conserven enteros, sin reproche, en el advenimiento de nuestro Señor Jesucristo?»* (1 Thess 5,23).—Cuestión famosa, pero que voy a tratar brevemente. Antes había dicho: *No apaguéis el espíritu* (1 Thess 5,19). Si esto en-

quia difficile dignus praeco uirtutum Christi inueniri potest, qui in adnuntiandis illis non suam, sed eius quaerat gloriam quem praedicat. In eo autem quod negat se non esse sicut multos, qui uenditent uerbum Dei, ostendit esse quam plurimos, qui quaestum putant esse pietatem, et turpis lucri gratia omnia faciunt, *qui deuorant domos uiduarum;* se autem ex sinceritate quasi missum a Deo, et praesente eo qui se miserit, omnia in Christo et pro Christo loqui, ut causa praedicationis Dei, triumphus Christi, eiusque sit gloria. Et notandum quod mysterium Trinitatis in huius capituli fine monstretur. *Ex Deo* enim, in Spiritu Sancto, *coram Deo*, Patre, *in Christo loquimur*. Ad conprobandum autem quod de Troade perrexit Macedoniam, de Apostolorum Actibus ponam testimonium: *Cum autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem, et uisio per noctem Paulo ostenta est. Vir Macedo quidam erat stans et deprecans eum, ac dicens: transiens in Macedoniam, adiuua nos. Quod cum uidisset, statim quaesiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti quod uocasset nos Deus euangelizare eis.*

XII. *Quid sit quod scribit in epistula ad Thessalonicenses prima: «Ipse autem Deus pacis sanctificet uos per omnia, et integer spiritus uester et anima et corpus, sine querella in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur».*—Famosa quaestio, sed breui sermone tractanda. Supra dixerat: *spiritum nolite extinguere:* quod si fuerit intellectum, statim sciemus quis iste sit spiritus, qui cum anima et corpore in die aduentus Domini

tendemos, sabremos al punto cuál sea el espíritu que haya de salvarse, a par del alma y cuerpo, en el advenimiento de nuestro Señor Jesucristo. ¿Quién va, efectivamente, a creer que se apague el Espíritu Santo a manera de llama que con un soplo deja de ser lo que fue; que se aniquile aquel Espíritu que fue antaño en Israel, cuando podía decir por Isaías y Jeremías, y cada uno de los profetas: *Esto dice el Señor?* ¡El Espíritu que ahora, en la Iglesia, habla por boca de Agabo: *Esto dice el Espíritu Santo!* (Act 21,11). *Hay repartimientos de carismas, pero un mismo Espíritu; y repartimientos de ministerios, pero un mismo Señor; y repartimientos de operaciones, pero un solo Dios que lo opera todo en todos. A uno, por el Espíritu, se le da palabra de sabiduría; a otro, palabra de ciencia, según el mismo Espíritu; a otro, fe por el mismo Espíritu; a otro, operación de hechos prodigiosos; a otro, profecía; a otro, discernimiento de espíritus. Pero todo lo opera el solo y mismo Espíritu, que reparte a cada uno como quiere* (1 Cor 12, 4ss). Este Espíritu pedía David no le fuera quitado cuando decía: *No quites de mí tu Espíritu Santo* (Ps 50,13). Mas, cuando se quita, no se extingue en su naturaleza, sino en aquel a quien se quita. Por mi parte, pienso que *apagar el espíritu* quiere decir lo mismo que lo del otro pasaje: *Fervorosos en el espíritu* (Rom 12, 11). Y es así que, si en uno no se entibia el fervor del espíritu por multiplicarse la iniquidad y enfriarse la caridad, en ése no se extingue en modo alguno el espíritu. Así, pues, que *el Dios de la paz os santifique por todo* o *en todo* y os haga *llenos y perfectos* (ésta es más bien la significación *holoteleis).* Y se llama Dios de la paz, porque nos hemos reconciliado con El por Cristo, *que es*

conseruandus est. Quis enim possit credere, quod instar flammae, quae extincta desinit esse quod fuerat, extinguatur Spiritus Sanctus, et sustineat abolitionem sui, qui fuit quondam in Israhel, quando per Esaiam et Hieremiam et singulos prophetas dicere poterat: *haec dicit Dominus,* et nunc in ecclesia per Agabum loquitur: *haec dicit Spiritus Sanctus. Diuisiones autem donorum sunt, idem uero Spiritus; et diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus, et diuisiones operationum, et idem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio Spiritus ad id quod expedit. Alii per Spiritum datur sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem Spiritum: alii fides in eodem Spiritu, operatio uirtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum. Omnia autem haec operatur unus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout uult.* De hoc Spiritu, ne a se auferretur, rogabat Dauid, dicens: *Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.* Qui quando aufertur, non in substantia sui, sed ei a quo aufertur, extinguitur. Ego puto unum atque idem significare, *Spiritum nolite extinguere,* et quod in alio loco scribit: *Spiritu ferventes.* In quo enim feruor spiritus, multiplicata iniquitate, et caritatis frigore, non tepescit, in hoc spiritus nequaquam extinguitur. *Deus* igitur *pacis sanctificet uos per omnia,* uel *in omnibus,* siue *plenos* atque *perfectos:* hoc enim magis ὁλοτελεῖς sonat. Deus autem appellatur pacis: quia per Chris-

nuestra paz e hizo de los dos pueblos uno (Eph 2,14); el mismo, que en otro lugar se llama paz de Dios, que supera toda inteligencia, que custodia los corazones y pensamientos de los santos (Phil 4,7). Ahora bien, el que está santificado o es perfecto en todo, en ése se conservan enteros el espíritu, el alma y el cuerpo en el día del Señor. El cuerpo, si usa de las funciones de cada uno de sus miembros, verbigracia, si la mano trabaja, el pie anda, el ojo ve, el oído oye, los dientes muelen la comida, el estómago cuece, los intestinos digieren, o si no tiene miembro alguno mutilado. Pero ¿quién puede creer que el Apóstol pide a Dios para los creyentes que Cristo encuentre el día del juicio entero el cuerpo de todos, siendo así que los cuerpos quedan deshechos por la muerte o, si (como otros quieren) han de hallarse aún con aliento, tendrán sus propias flaquezas? Sobre todo, los de los mártires y de aquellos que, por el nombre de Cristo, les arrancaron los ojos, cortaron las narices o las manos. Luego hay un cuerpo íntegro, aquel del que hemos hablado en otra cuestión, y hay cuerpo que no se mantiene adherido a la cabeza, en la que todo el cuerpo se organiza, y traba, y recibe el crecimiento para la economía de Cristo. Este cuerpo es la Iglesia, y todo el que se mantuviere adherido a la cabeza de este cuerpo y conservare los otros miembros, ése, en cuanto lo consiente la humana flaqueza, mantendrá entero su cuerpo. Por este estilo hay que salvar la integridad del alma, que puede decir: *Bendice, alma mía, al Señor, que sana todas tus enfermedades* (Ps 102,2); y de la que se escribe: *Envió su palabra y los sanó* (Ps 106,20). También el espíritu se mantiene entero en

tum ei reconciliati sumus; qui *est pax nostra, qui fecit utraque unum,* qui et in alio loco pax Dei dicitur, superans omnem sensum, quae custodit corda cogitationesque sanctorum. Qui autem sanctificatur, siue perfectus in omnibus est, in hoc et spiritus et anima et corpus in die Domini conseruatur. Corpus, si singulorum membrorum utatur officiis, uerbi gratia, si operetur manus, pes ambulet, oculus uideat, auris audiat, dentes cibos molant, stomachus coquat, aluus digerat, aut si nulla membrorum parte truncatum est. Et hoc quisquam potest credere Apostolum pro credentibus deprecari, ut in die iudicii integrum omnium Christus corpus inueniat, cum omnium corpora, aut morte dissoluta sint, aut si (ut quidam uolunt) reperta fuerint adhuc spirantia habeant debilitates suas, et maxime martyrum, et eorum qui pro Christi nomine uel oculos effossos, uel amputatas nares, uel abscisas manus habeant? Ergo integrum corpus est, de quo diximus in alia quaestione, et non tenens caput, ex quo omne corpus conexum atque conpactum accipiat augmentum in administrationem Christi. Hoc corpus Ecclesia est; et quicumque huius corporis tenuerit caput, et cetera membra seruauerit, habebit integrum corpus, quantum potest recipere humana natura. Iuxta hunc modum, et animae integritas conseruanda est, quae dicere potest: *benedic, anima mea, Dominum, qui sanat omnes infirmitates tuas,* et de qua scriptum est: *misit uerbum suum et sanauit eos.* Spiritus quoque in nobis integer conseruatur quando non erramus in spi-

nosotros, cuando no erramos en lo espiritual, sino que vivimos del espíritu, asentimos al espíritu y por el espíritu mortificamos las obras de la carne, y damos los frutos del espíritu: caridad, gozo, paz, etc.

De otro modo: Salomón nos da su precepto cuando nos dice: *Tú, empero, descríbelo de triple forma, con consejo y ciencia, a fin de responder palabras de verdad a los que proponen problemas* (Prov 22,20-21). Hay en nuestro corazón una triple descripción y regla de las Escrituras. Las Escrituras han de entenderse primero según la historia; segundo, según la tropología, y, tercero, según el sentido espiritual. En la historia se mantiene el orden de lo que está escrito; en la tropología, de la letra nos levantamos a cosas mayores: lo que aconteció carnalmente al primer pueblo lo interpretamos en sentido moral y lo convertimos en provecho de nuestra alma; en la *theoria* o contemplación espiritual nos remontamos a cosas más sublimes, dejamos atrás lo terreno, disputamos de la venidera bienaventuranza y de las cosas celestes, de suerte que la meditación de la vida presente es sombra de la venidera bienaventuranza. A quienes tales hallare Cristo, de manera que se mantengan enteros de cuerpo, alma y espíritu, y tengan cabal en sí mismos la verdad de la triple ciencia, El los santificará y hará perfectos por su paz. Muchos entienden sencillamente este lugar de la resurrección: que el espíritu, y el alma, y el cuerpo se mantengan enteros en el advenimiento del Señor. Otros, fundándose en este pasaje, pretenden afirmar en el hombre triple sustancia: el espíritu con que sentimos, el alma con que vivimos y el cuerpo

ritalibus, sed uiuimus spiritu, adquiescimus spiritui et opera carnis mortificamus spiritu adferimusque omnes fructus eius: caritatem, gaudium, pacem, et cetera.

Aliter: praecipitur nobis Salomone dicente: *tu autem describe ea tripliciter in consilio et scientia, ut respondeas uerba ueritatis his qui proponunt tibi.* Triplex in corde nostro descriptio et regula scripturarum est: prima ut intellegamus eas iuxta historiam, secunda iuxta tropologiam, tertia iuxta intellectum spiritalem. In historia eorum quae scripta sunt ordo seruatur; in tropologia de littera ad maiora consurgimus, et quicquid in priori populo carnaliter factum est iuxta moralem interpretamur locum, et ad animae nostrae emolumenta conuertimus; in spiritali :ωρίᾳ ad sublimiora transimus, terrena dimittimus, de futurorum beatitudine et caelestibus disputamus, ut praesentis uitae meditatio umbra sit futurae beatitudinis. Quos tales Christus inuenerit, ut et corpore et anima et spiritu integri conseruentur, et perfectam habeant triplicis in se scientiae ueritatem, hos sua pace sanctificabit et faciet esse perfectos. Multi simpliciter hunc locum de resurrectione intellegunt, ut et spiritus et anima et corpus in aduentu Domini integra conseruentur. Alii ex hoc loco triplicem in homine uolunt adfirmare substantiam: spiritus quo sentimus, animae qua uiuimus, corporis quo incedimus. Sunt qui ex anima tantum et corpore subsistere hominem disserentes, spiritum in eo tertium non

con que andamos. Hay quienes, sentando que el hombre se compone sólo de cuerpo y alma, no quieren admitir por tercero al espíritu como sustancia, sino como operación, por la que hay en nosotros lo que se llama mente, conciencia, y pensamiento, y ánimo o voluntad. Y, desde luego, no hay tantas sustancias como nombres. Cuando se les opone el texto: *Bendecid, espíritus y almas de los justos, al Señor* (Dan 3,86), no admiten esa Escritura, alegando que no se halla en el hebreo. En cuanto a nosotros, como arriba hemos dicho, no entendemos por el espíritu que ha de conservarse entero, a par del alma y cuerpo, la sustancia del Espíritu Santo, que no puede perecer, sino sus gracias y dones, que, por nuestra virtud o vicio, se encienden o se extinguen en nosotros.

121 LIBRO SOBRE ONCE CUESTIONES A ALGASIA

1. ¿Por qué Juan envía sus discípulos al Señor, que le pregunten: *¿Eres tú el que ha de venir o esperamos a otro?* (Mt 11,3), cuando antes él mismo había dicho: *Mirad el cordero de Dios, que quita los pecados del mundo?* (Io 1,29).—2. ¿Qué significa lo que se escribe en Mateo: *No romperá la caña cascada ni apagará la mecha que humea?* (Mt 12,30).—3. ¿Qué sentido tiene lo que se escribe en el evangelista Mateo: *Si alguno quiere venir en pos de mí, niéguese a sí mismo?* (Mt 16,24). ¿Qué es la abnegación de sí mismo y cómo el que sigue al Salvador se niega a sí mismo?—4. ¿Qué quiere decir lo que está escrito en el mismo Mateo: *¡Ay de las preñadas y de las que estén criando aquellos días! Orad por que vuestra fuga no se haga en invierno ni en*

substantiam uelint intellegi, sed efficientiam, per quam et mens in nobis, et sensus, et cogitatio, et animus appellatur; et utique non sunt tot substantiae quod nomina. Cumque illud eis oppositum fuerit: *benedicite, spiritus et animae iustorum, Dominum,* scripturam non recipiunt, dicentes eam in Hebraico non haberi. Nos autem in praesenti loco, ut supra diximus, spiritum qui cum anima et corpore integer conseruatur, non substantiam Spiritus sancti, quae non potest interire, sed gratias eius donationesque accipimus, quae nostra uel uirtute uel uitio et accenduntur et extinguntur in nobis.

121 AD ALGASIAM LIBER QUAESTIONUM UNDECIM

1. Cur Iohannes discipulos suos mittit ad Dominum, ut interrogent eum: *tu es, qui uenturus es, an alium expectamus?* cum prius ipse de eodem dixerit: *Ecce agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi?*—Quid significet, quod in Mattheo scriptum est: *Harundinem quassatam non confringet et linum fumigans non extinguet.*—3. Quem sensum habeat, quod in euangelista Mattheo scriptum est: *Si quis uult post me uenire, abneget se ipsum.* Quae est sui abnegatio aut quomodo, qui sequitur Saluatorem, se ipsum negat?—4. Quid uult significare, quod in eodem Mattheo scriptum est: *Vae praegnantibus et nutrientibus in illis diebus,* et: *Orate, ut*

sábado? (Mt 24,19).—5. ¿Qué quiere decir lo que se escribe en el evangelio según Lucas: *Y no lo recibieron, porque su faz era como de quien marcha a Jerusalén?* (Lc 9,53).—6. ¿Quién es el mayordomo inicuo que es alabado por boca del Señor? (Lc 16,1ss).—7. ¿En qué sentido hay que tomar lo que leemos en la carta a los romanos: *Apenas habrá nadie que muera por un justo; por un bueno, acaso haya quien se atreva a morir?* (Rom 5,7).—8 ¿Qué quiere decir lo que el Apóstol escribe a los romanos: *Venida la ocasión, el pecado, por medio del mandato, operó en mí toda concupiscencia?* (Rom 7,8).—9. ¿Por qué el apóstol Pablo, en la misma carta a los romanos, escribe: *Deseaba yo mismo ser anatema de Cristo en favor de mis hermanos,* etc.? (Rom 9,3).—10. ¿Cómo se entiende lo que el mismo apóstol escribe a los colosenses: *Nadie os engañe queriendo en la humillación del alma y culto de los ángeles,* etc.? (Col 2,18).—11. ¿Qué es lo que el mismo Apóstol escribe a los tesalonicenses: *Si no viniere primero la apostasía y se revelare el hombre de pecado,* etc.? (2 Thess 2,3).

Prefacio

Mi hijo Apodemio, que ha venido hasta nosotros con larga navegación, ha sellado la significación de su nombre. De la costa del Océano y de los últimos confines de las Galias, dejando a un lado a Roma, ha buscado a Belén, a fin de buscar aquí el pan del cielo y, harto, eructar en el Señor y decir: *Eructó mi corazón palabra buena, yo dedico al rey mis obras* (Ps 44,2). El me ha traído

non fiat fuga uestra hieme uel sabbato?—5. Quid sibi uelit, quod scriptum est in euangelio secundum Lucam: *Et non receperunt eum, quia facies eius erat uadens Hierusalem.*—6. Quid sit uilicus iniquitatis, qui Domini uoce laudatus est.—7. Quo sensu accipiendum sit, quod in epistula legimus ad Romanos: *Vix enim pro iusto quis moritur; nam pro bono forsitan quis audeat mori.*—8. Quid sibi uelit, quod ad Romanos scribit apostolus: *Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.*—9. Quare apostolus Paulus in eadem ad Romanos scribit epistula: *Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis* et reliqua?—10. Quid uelit intellegi, quod idem apostolus scribit ad Colossenses: *Nemo uos superet uolens in humilitate mentis et religione angelorum* et reliqua.—11. Quid est, quod idem apostolus ad Thessalonicenses scribit: *Nisi discessio uenerit primum et reuelatus fuerit homo peccati* et reliqua?

Praefatio

Filius meus Apodemius, qui interpretationem nominis sui longa ad nos ueniens nauigatione signauit et de oceani litore atque ultimis finibus Galliarum Roma praeterita quaesiuit Bethleem, ut inueniret in ea caelestem panem et saturatus eructuaret in Domino ac diceret: *Eructauit cor meum uerbum bonum, dico ego opera mea regi,* detulit mihi in parua scidula

en cédula o papeleta muy chica cuestiones máximas, que me dijo haberle tú dado para que me las entregara. Por su lectura he comprendido que en ti se ha repetido aquel afán de la reina de Sabá, que vino de los lindes de la tierra a oír la sabiduría de Salomón. No soy yo ciertamente Salomón, que no tuvo par, ni antes ni después, en sabiduría; mas tú sí debes ser llamada reina de Sabá, pues en tu cuerpo mortal no reina el pecado y, convertida al Señor con toda tu alma, oirás que te dice: *Vuélvete, vuélvete, sunamitis* (Cant 6,12). Y es así que Sabá, en nuestra lengua, suena «conversión». También he advertido que tus cuestioncillas están tomadas exclusivamente del evangelio o del Apóstol, lo que me da a entender que, por lo que a la antigua Escritura se refiere, o no la lees mucho o no la entiendes mucho. La verdad es que está envuelta en tantas oscuridades y figuras de lo futuro, que toda ella necesita de interpretación, y la puerta oriental, de la que nace la luz verdadera, y por la que entra y sale el sumo sacerdote, está siempre cerrada y sólo se abre a Cristo. *El tiene la llave de David, él abre y nadie cierra, cierra y nadie abre* (Apoc 3,7). Si El te abre, entrarás en la recámara suya y dirás: *Introdújome el rey en su recámara* (Cant 1,3). Por otra parte, mucho me he maravillado de que, teniendo tan a mano una fuente purísima, hayas venido a buscar las corrientes de nuestro riachuelo, tan remoto, y, dejando las aguas de Siloé, *que corren en silencio* (Is 8,6), eches menos las de Sior, que van sucias con los vicios de este siglo (cf. Hier 2,18). Ahí tienes al santo varón, el presbítero Alecio, que de viva voz, como dicen, y con elocuente palabra, te puede resolver lo que inquieres. Si no es que buscas mercaderías extranjeras y, dada la

maximas quaestiones, quas a te datas mihique tradendas diceret. Ad quarum lectionem intellexi studium reginae Saba in te esse conpletum, quae de finibus terrae sapientiam uenit audire Salomonis. Non quidem ego Salomon, qui et ante se et post se cunctis hominibus praefertur in sapientia, sed tu regina appellanda es Saba, in cuius mortali corpore non regnat peccatum et quae ad Dominum tota mente conuersa audies ab eo: *Conuertere, conuertere, Sunamitis.* Etenim Saba in lingua nostra «conuersionem» sonat. Simulque animaduerti, quod quaestiunculae tuae de euangelio tantum et de apostolo positae indicant te ueterem scripturam aut non satis legere aut non satis intellegere, quae tantis obscuritatibus et futurorum typis inuoluta est, ut omnis interpretatione egeat et porta orientalis, de qua uerum lumen exoritur et per quam pontifex ingreditur et egreditur, semper clausa sit et soli Christo pateat, *qui habet clauem Dauid, aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit,* ut illo reserante introeas cubiculum eius et dicas: *Introduxit me rex in cubiculum suum.* Praeterea satis miratus sum, cur purissimo fonte uicino nostri tam procul riuuli fluenta quaesieris et omissis aquis Siloe, *quae uadunt cum silentio,* desideres aquas Sior, quae turbidis saeculi huius uitiis sordidantur. Habes ibi sanctum uirum Alethium presbyterum, qui uiua, ut aiunt, uoce et prudenti disertoque sermone possit soluere, quae requiris, nisi forte peregrinas merces desideras

variedad de los gustos, te deleitan también nuestros guisos y condimentos. A unos place lo dulce, a otros agrada lo ligeramente amargo; a unos les deja nuevo el estómago lo ácido, a otros da la vida lo salado. Yo he visto curarse con frecuencia la náusea y el mareo de cabeza con el antídoto que llama *picrá,* y, según Hipócrates, un contrario se cura con otro contrario. Así, pues, cura mi amargura con el néctar de su miel y echa en las aguas de Merra el madero de la cruz (Ex 15,25), y detén la pituita senil, con su juvenil austeridad, a fin de que puedas cantar alegremente: *¡Qué dulces son a mi paladar tus palabras, más que la miel para mi boca!* (Ps 118,103).

1. Por qué Juan envía sus discípulos al Señor, que le pregunten: *¿Eres tú el que ha de venir o esperamos a otro?* (Mt 11,3). Cuando El mismo había dicho de El: *Mirad al cordero de Dios, mirad al que quita los pecados del mundo* (Io 1,29).—Sobre esta cuestión he tratado más despacio en mis comentarios sobre Mateo, y por tu consulta veo claro que no posees esos volúmenes. Sin embargo, tengo que tocarla aquí brevemente porque no parezca que callo del todo. Juan, que estaba en la cárcel, enviaba a sus discípulos con el fin de preguntar para sí y aprender para ellos; pues tenía que ser degollado, quería enseñarles que debían seguir a Aquel a quien él, por el hecho de preguntarle, confesaba por maestro de todos. Y es así que no podía ignorar al mismo que él señalaba a los que lo ignoraban y del que había dicho: *El que tiene a la esposa es el esposo* (Io 3,29). Y: *Yo no merezco llevar sus sandalias* (Mt 3,11). Y: *Es menester que El crezca y yo mengüe* (Io 3,30); y había oído al Padre que tronaba: *Este es mi hijo*

et pro uarietate gustus nostrorum quoque condimentorum te alimenta delectant. Aliis dulcia placent, nonnullos subamara delectant; horum stomachum acida renouant, illorum salsa sustentat. Vidi ego nauseam et capitis uertiginem antidoto, quae appellatur πικρά, saepe sanari et iuxta Hippocratem contraria contrariorum remedia. Itaque nostram amaritudinem illius nectareo melle curato et mitte in Merram lignum crucis senilemque pituitam iuuenili austeritate conpesce, ut possis laeta cantare: *Quam dulcia gutturi meo eloquia tua, super mel ori meo.*

1. Cur Iohannes discipulos suos mittit ad Dominum, ut interrogent eum: *Tu es, qui uenturus es, an alium expectamus?* cum prius ipse de eodem dixerit: *Ecce agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi?*—De hac quaestione in commentariis Matthei plenius diximus—unde apparet, quae haec interrogas, ipsa te uolumina non habere—, tamen stringendum est breuiter, ne omnino tacuisse uideamur. Iohannes mittebat discipulos suos in uinculis constitutus, ut sibi quaerens illis disceret et capite truncandus illum doceret esse sectandum, quem interrogatione sua magistrum omnium fatebatur. Neque enim poterat ignorare, quem ignorantibus demonstrauerat et de quo dixerat: *Qui habet sponsam, sponsus est* et: *Cuius non sum dignus calciamenta portare* et: *Illum oportet crescere, me autem minui,* Deumque patrem audierat intonantem: *Hic est filius meus dilectus, in quo*

muy amado, en quien tengo mis complacencias (Mt 3,17). En cuanto a lo que dice: *¿Eres tú el que ha de venir o esperamos a otro?* (Mt 11,3), puede tener también este sentido: Sé que eres el que ha venido a quitar los pecados del mundo; pero, como yo tengo que bajar a los infiernos, te pregunto si tú también bajarás allá o es impío creer esto del Hijo de Dios, y mandarás allá a otro. Y deseo saber esto, porque, ya que te he anunciado en la tierra, te quiero anunciar también en los infiernos, si es que vas a venir allá. Tú eres, en efecto, el que ha venido a dar libertad a los cautivos y soltar a los que estaban entre cadenas. El Señor entendió el sentido de la pregunta y le respondió más bien con obras que con palabras. Así manda que le digan a Juan que los ciegos ven, los cojos andan, los leprosos quedan limpios, los sordos oyen, los muertos resucitan y—lo que es más que eso—los pobres son evangelizados: los pobres por humildad o por riquezas, de modo que no hay diferencia alguna de salud entre el pobre y el rico, sino que todos sean por igual llamados a ella. Y lo que el Señor añade: *bienaventurado el que no se escandalizare en mí*, no apunta a Juan, sino a sus discípulos. Eran los que antes se habían acercado a Jesús y le dijeron: *¿Por qué nosotros y los fariseos ayunamos a menudo, y tus discípulos no ayunan?* (Mt 9,14); y a Juan: *Maestro, al que tú diste testimonio junto al Jordán, ahora sus discípulos bautizan y acuden muchos a El* (Io 3,26). Palabras que delatan su envidia, nacida de la grandeza de los milagros y de sentirse picados porque el bautizado por Juan se atrevía a bautizar por su cuenta, y acudía a El mucha más gente que antes a Juan. Mas, porque la gente ignorante no pensara que con aquellas

mihi conplacui. Quod autem dicit: *Tu es, qui uenturus es, an alium expectamus?* hunc quoque sensum habere potest: Scio, quod ipse sis, qui tollere uenisti peccata mundi, sed, quia ad inferos descensurus sum, etiam hoc interrogo, utrum et illuc ipse descendas an inpium sit hoc de filio Dei credere aliumque missurus sis. Hoc autem scire desidero, ut, qui te in terris hominibus nuntiaui, etiam in inferis nuntiem, si forte uenturus es. Tu enim es, qui uenisti dimittere captiuitatem et soluere eos, qui in uinculis tenebantur. Cuius sciscitationem Dominus intellegens operibus magis quam sermone respondit et Iohanni praecipit nuntiari, uidere caecos, ambulare claudos, leprosos mundari, surdos audire, mortuos surgere et —quod his maius est—pauperes euangelizari, pauperes uel humilitate uel diuitiis, ut nulla inter pauperem diuitemque distantia sit salutis, sed omnes uocentur aequaliter. Quodque infert: *Beatus, qui non fuerit scandalizatus in me,* non Iohannem, sed discipulos eius percutit, qui prius accesserant ad eum dicentes: *Quare nos et pharisaei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?* et ad Iohannem: *Magister, cui tu praebuisti testimonium iuxta Iordanen, ecce discipuli eius baptizant et plures ueniunt ad eum.* Quo dicto liuorem significant de signorum magnitudine et inuidiae mordacitate uenientem, cur baptizatus a Iohanne ipse audeat baptizare et multo amplior ad eum turba concurrat, quam prius uenerat ad

palabras zahería el Señor a Juan mismo, pronuncia su panegírico, y empezó a decir a las turbas que lo rodeaban: *¿Qué salisteis a ver al desierto? ¿A una caña agitada por el viento? ¿Pues qué salisteis a ver al desierto? ¿A un hombre vestido de blandas ropas?*, etcétera (Mt 11,7-8). El sentido es éste: ¿Acaso salisteis al desierto para ver a un hombre que, como una caña, se cimbrea a una y otra parte? ¡Para que ahora dude de quien antes había alabado y de quien antes había dicho: *Mirad al cordero de Dios*, ahora le venga a preguntar si es el que ha venido o el que tiene que venir! Toda falsa predicación anda tras la ganancia y busca gloria humana por que, por la gloria, nazcan dineros. De ahí que afirme el Señor que quien se viste de pelos de camello no podía sucumbir a la adulación, y el que se alimentaba de langostas y miel silvestre no tenía por qué buscar las riquezas; y una vida rígida y austera evita los salones de palacio, que buscan los que se visten de púrpura y seda y blandas ropas. Y dice el Señor que Juan no es sólo profeta, cuyo oficio es predecir lo por venir, sino más que profeta. Porque Aquel de quien los profetas dijeron que había de venir, Juan lo señaló ya presente diciendo: *Mirad al cordero de Dios, que quita los pecados del mundo* (Io 1,29). Más que más que, a la cumbre profética, se añadió un privilegio señero en el Bautista, y fue que al mismo a quien Juan dijo: *Yo tengo que ser bautizado por ti* (Mt 3,14), en definitiva él lo bautizó, no con presunción de superior, sino con obediencia de discípulo y temor de siervo. Afirma también Jesús que entre los nacidos de mujer no se levantó mayor que Juan Bautista; pero recuerda que El mismo, nacido de una virgen, es mayor, y que todo ángel, que sea mínimo en los cielos,

Iohannem. Et ne forsitan plebs nesciens hoc dicto Iohannem suggillari arbitraretur, in illius laudes perorat et coepit de Iohanne ad turbas dicere circumstantes: *Quid existis ad desertum uidere? harundinem uento agitatam? Et quid existis in solitudinem uidere? Hominem mollibus uestitum?* Et reliqua. Cuius dicti hic sensus est: Numquid ad hoc existis in heremum, ut uideretis hominem instar harundinis uentorum flatu in partes uarias inclinari? Ut, quem ante laudauerat, de eo nunc dubitet et, de quo prius dixerat: *Ecce agnus Dei*, nunc interrogat, utrum ipse an alius sit, qui uel uenerit uel uenturus sit. Et quia omnis falsa praedicatio sectatur lucra et gloriam quaerit humanam, ut per gloriam nascantur conpendia, adserit eum camelorum uestitum pilis nulli posse adulationi succumbere et, qui lucustis uescitur ac melle siluestri, opes non quaerere rigidamque et austeram uitam aulas uitare palatii, quas quaerunt, qui bysso et serico et mollibus uestiuntur. Dicitque eum non solum prophetam, qui soleat uentura praedicere, sed plus esse quam prophetam, quia quem illi uenturum esse dixerunt, hic uenisse monstrauit dicens: *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi*, praesertim cum ad fastigium prophetale baptistae accesserit priuilegium, ut, cui dixerat: *Ego a te debeo baptizari*, ipse eum baptizauerit non praesumptione maioris, sed oboedientia discipuli ac timore seruili. Cumque inter natos mulierum nullum adserat

sobrepasa a todos los hombres sobre la tierra. Y es así que nosotros subimos hacia los ángeles, no que los ángeles bajan hacia nosotros, como sueñan algunos entre ronquidos de pesadísimo sueño. Y no basta esto en alabanza de Juan. Todavía se refiere que, predicando el bautismo de penitencia, fue el primero que dijo: *Haced penitencia, porque se acerca el reino de Dios* (Mt 3,2). Por eso, desde su predicación, el reino de los cielos sufre fuerza, pues el que nació hombre desea ser ángel, y el animal terreno busca vivienda en el cielo. Y es así que la ley vigió hasta Juan y hasta él profetizaron los profetas, no porque Juan sea término de la ley y los profetas, sino el que fue anunciado por el testimonio de Juan. Juan, empero, según el misterio que se escribe en Malaquías, *es Elías mismo, que ha de venir* (Mal 4,5; Mt 11,14). No porque en Elías y Juan hubiera la misma alma, como imaginan los herejes, sino porque tuvo la misma gracia del Espíritu Santo que Elías: se ceñía de un cinturón como Elías, vivió en el yermo como Elías, fue perseguido por Herodíada, como Elías lo fue por Jezabel, y, como Elías será precursor del segundo advenimiento del Señor, así Juan no sólo anunció en el desierto que iba a venir el Señor, sino que lo saludó con saltos de júbilo en el seno de su madre.

2. ¿Qué significa lo que se escribe en Mateo: *No acabará de romper la caña cascada ni apagará la mecha que humea?* (Mt 12,20).—Para declarar este lugar, es menester poner el texto íntegro que Mateo tomó del profeta Isaías, y las palabras mis-

Iohanne surrexisse maiorem, se qui de uirgine procreatus est, maiorem esse commemorat siue omnem angelum qui in caelis minimus est, in terris cunctos homines anteire. Nos enim in angelos proficimus et non angeli in nos, sicut quidam stertentes sopore grauissimo somniant. Nec sufficit hoc in Iohannis laudibus, nisi ipse praedicans baptismum paenitentiae primus dixisse referatur: *Paenitentiam agite, adpropinquauit enim regnum caelorum.* Unde a diebus praedicationis eius regnum caelorum uim patitur, ut, qui homo natus est, angelus esse desideret et terrenum animal caeleste quaerat habitaculum. Lex enim et prophetae usque ad Ioahannem prophetauerunt, non quod Iohannes prophetarum sit finis et legis, sed ille, qui Iohannis testimonio praedicatus est. Iohannes autem secundum mysterium, quod in Malachia scriptum est, *ipse est Helias, qui uenturus est,* non quo eadem anima, ut heretici suspicantur, et in Helia et in Iohanne fuerit, sed quod eandem habuerit sancti spiritus gratiam zona cinctus ut Helias, uiuens in heremo ut Helias, persecutionem passus ab Herodiade, ut ille sustinuit ab Iezabel, ut, quomodo Helias secundi praecursor aduentus est, ita Iohannes uenturum in carne Dominum saluatorem non solum in heremo, sed et in matris utero saltu et exultatione corporis nuntiarit.

2. Quid significet, quod in Mattheo scriptum est: *Harundinem quassatam non confringet et linum fumigans non extinguet.*—Ad cuius expositionem loci totum, quod Mattheus de Esaia propheta adsumpsit, testimonium ponendum est et ipsius uerba Esaiae iuxta septuaginta inter-

mas de Isaías según los Setenta y según el hebreo, con el que concuerdan Teodoción, Aquila y Símmaco. Así, pues, de los cuatro evangelistas, sólo Mateo puso: *Jesús, pues, que lo supo, se retiró de allá, y lo fueron siguiendo muchos y los curó a todos, y les mandó que no lo descubriesen, a fin de que se cumpliera lo que fue dicho por el profeta Isaías: Este es mi siervo, a quien yo escogí; mi amado, en quien se ha complacido mi alma. Pondré sobre él mi espíritu, y él anunciará juicio a las naciones. No porfiará ni gritará, ni se oirá su voz en las plazas. La caña cascada no la acabará de romper, ni apagará la mecha que humea, hasta que lleve el juicio a la victoria; y en su nombre esperarán las naciones* (Mt 12,15ss). En lugar de eso, se escribe, según los Setenta, en Isaías: *Jacob, siervo mío, yo lo recibiré; Israel, mi escogido, lo ha recibido mi alma. Di mi espíritu sobre él, llevará el juicio a las naciones. No gritará ni soltará, ni se oirá fuera su voz. No quebrará la caña cascada ni apagará la mecha que humea; sino que en verdad llevará el juicio. Resplandecerá y no se quebrará hasta que ponga sobre la tierra el juicio; y en su nombre esperarán las naciones.* Nosotros traducimos así del hebreo: *Este es mi siervo, yo lo recibiré; mi escogido, en él se ha complacido mi alma. Di sobre él mi espíritu; llevará juicio a las naciones. No gritará ni mirará a personas ni se oirá fuera su voz. No acabará de romper la caña cascada ni apagará la mecha que humea; en la verdad sacará el juicio. No será triste ni turbulento, hasta que ponga en la tierra el juicio, y las islas esperarán su ley.* Por

pretes ipsumque Hebraicum, cui Theodotio, Aquila Symmachusque consentiunt. Sic ergo de quattuor euangelistis solus Mattheus posuit: *Iesus autem sciens recessit inde et secuti sunt eum multi et curauit eos omnes et praecepit eis, ne manifestum eum facerent, ut inpleretur, quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem: Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus, in quo bene conplacuit anima mea. Ponam spiritum meum super eum et iudicium gentibus nuntiabit. Non contendet neque clamabit neque audiet quisquam in plateis uocem eius. Harundinem quassatam non confringet et linum fumigans non extinguet, donec eiciat ad uictoriam iudicium; et in nomine eius gentes sperabunt.* Pro quo in Esaia iuxta septuaginta interpretes sic scriptum est: *Iacob puer meus, suscipiam eum; Israhel electus meus, suscepit eum anima mea. Dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet. Non clamabit neque dimittet nec audietur foris uox eius. Harundinem confractam non conteret et linum fumigans non extinguet, sed in ueritate proferet iudicium. Splendebit et non quassabitur, donec ponat super terram iudicium; et in nomine eius gentes sperabunt.* Nos autem ex Hebraeo ita uertimus: *Ecce puer meus, suscipiam eum, electus meus, conplacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum; iudicium gentibus proferet. Non clamabit neque accipiet personam nec audietur foris uox eius. Calamum quassatum non conteret et linum fumigans non extinguet; in ueritate educet iudicium. Non erit tristis neque turbulentus, donec ponat in ter-*

donde se ve que Mateo no se sintió constreñido por la autoridad de la vieja versión para abandonar la verdad hebraica. No; como hebreo nacido de hebreos y doctísimo en la ley del Señor, presentó a los gentiles lo que había leído en el texto hebreo. Y es así que, de tomarlo tal como lo trasladaron los Setenta: *Jacob, siervo mío, yo lo recibiré; Israel, mi escogido, mi alma lo ha recibido,* ¿cómo podemos entender haberse cumplido en Jesús lo que leemos haber escrito de Jacob o Israel? Esto leemos haber hecho San Mateo no sólo en este texto, sino también en otro: *De Egipto he llamado a mi hijo* (Mt 2,15; Os 11,1). En lugar de ello, los Setenta trasladaron: *De Egipto llamó a sus hijos.* Lo cual, de no seguir la verdad hebraica, es evidente que no se aplica al Salvador, pues sigue: *Mas ellos inmolaban a los Baales* (Os 11,2). En cuanto a lo que falta en el evangelio del texto tomado: *Resplandecerá y no se quebrará, hasta que ponga en la tierra el juicio* (Is 42,4), paréceme a mí hubo de ser accidente del primer copiante, quien, leyendo la primera sentencia que acababa por la palabra juicio, pensó que la última palabra de la sentencia anterior era juicio, y omitió las pocas palabras intermedias entre juicio y juicio. Notemos también que lo que el hebreo pone: *Y en su ley esperarán las islas,* Mateo lo tradujo más bien en cuanto al sentido que literalmente y puso, en vez de ley e islas, nombre y naciones. Y no sólo en el lugar presente: siempre que los evangelistas y apóstoles tomaron textos del antiguo Instrumento, hay que notar con todo cuidado que no siguen las

ra iudicium et legem eius insulae expectabunt. Ex quo apparet Mattheum euangelistam non ueteris interpretationis auctoritate constrictum dimisisse Hebraicam ueritatem, sed quasi Hebraeum ex Hebraeis et in domini lege doctissimum ea gentibus protulisse, quae in Hebraeo legerat. Si enim sic accipiendum est, ut septuaginta interpretes ediderunt: *Iacob puer meus, suscipiam eum; Israhel electus meus, suscepit eum anima mea,* quomodo in Iesu intellegimus esse conpletum, quod de Iacob et de Israhele scriptum est? Quod beatum Mattheum non solum in hoc testimonio, sed et in alio fecisse legimus: *Ex Aegypto uocaui filium meum,* pro quo Septuaginta transtulerunt: *Ex Aegypto uocauit filios suos.* Quod utique, nisi sequamur Hebraicam ueritatem, ad Dominum saluatorem non pertinere manifestum est. Sequitur enim: *ipsi autem immolabant Baalim.* Quod autem de adsumpto testimonio in euangelio minus est: *Splendebit et non quassabitur, donec ponat super terram iudicium,* uidetur mihi accidisse primi scriptoris errore, qui legens superiorem sententiam in uerbo iudicii esse finitam putauit inferioris sententiae ultimum uerbum esse «iudicium» et pauca uerba, quae in medio, hoc est inter «iudicium» et «iudicium», fuerant, praetermisit. Rursumque, quod apud Hebraeos legitur: *Et in lege eius sperabunt insulae,* Mattheus sensum potius quam uerba interpretans pro lege et insulis, nomen posuit et gentes. Et hoc non solum in praesenti loco, sed, ubicumque de ueteri instrumento euangelistae et apostoli testimonia protulerunt, diligentius ob-

palabras, sino el sentido, y que, cuando los Setenta discrepan del hebreo, expresan en sus palabras el sentido hebreo. Así, pues, siervo de Dios omnipotente, según la economía de la carne asumida con que es enviado a nosotros, fue llamado el Salvador; a quien el Padre dice en otro lugar: *Gran cosa es para ti llamarte siervo mío, para que congregues las tribus de Jacob* (Is 49,6). Este es la viña de Sorec, que se interpreta «escogida» (Is 5,1ss). Este el hijo muy amado en que se complace el alma de Dios, no porque Dios tenga alma, sino porque por la palabra «alma» se da a entender todo afecto de Dios. Y no es de maravillar que se habla en Dios de alma, cuando, siguiendo las leyes de la tropología y los varios sentidos, se dice tener todos los miembros del cuerpo humano. Puso también sobre El su espíritu: Espíritu de sabiduría e inteligencia, espíritu de consejo y fortaleza, espíritu de ciencia y piedad y temor de Dios (Is 11,2s). Ese espíritu descendió sobre El en forma de paloma, y sobre él cuenta Juan Bautista haber oído del Padre: *Sobre el que vieres que viene el Espíritu Santo y que sobre El se posa, El es* (Io 1,33). *Y anunciará el juicio a las naciones.* Sobre esto leemos también en los Salmos: *Señor, da tu juicio al rey, y tu justicia al hijo del rey* (Ps 71,2). Y el Señor mismo dice en el evangelio: *Porque el Padre no juzga a nadie, sino que todo el juicio se lo ha dado al Hijo* (Io 5,22). *No porfiará,* como cordero conducido al matadero, *no porfiará* en la subversión de los oyentes. *Ni gritará,* conforme a lo que dice el apóstol Pablo: *Fuera de vosotros todo grito, toda ira y amargura* (Eph 3,31). No gritará porque Israel no tuvo juicio, sino clamor. *Ni se oirá en las plazas o fuera su*

seruandum est non eos uerba secutos esse, sed sensum et, ubi Septuaginta ab Hebraico discrepant, Hebraeum sensum suis expressisse sermonibus. Puer igitur Dei omnipotentis iuxta dispensationem carnis adsumptae, qua ad nos mittitur, saluator est appellatus. Ad quem et in alio loco dicit pater: *Magnum tibi est uocari puerum meum, ut congreges tribus Iacob.* Hic est uinea Sorech, quae interpretatur electa, hic filius amantissimus, in quo sibi conplacuit anima Dei, non quo Deus animam habeat, sed quod in anima omnis Dei monstretur affectus. Et non mirum, si in Deo anima nominetur, cum uniuersa humani corporis membra secundum leges tropologiae et diuersas intellegentias habere dicatur. Posuit quoque spiritum suum super eum, spiritum sapientiae et intellegentiae, spiritum consilii et fortitudinis, spiritum scientiae et pietatis et timoris Dei, qui in specie columbae descendit super eum, de quo et Iohannes Baptista a Deo patre audisse se narrat: *Super quem uideris spiritum sanctum uenientem et manentem in eo, ipse est. Et iudicium gentibus nuntiabit,* de quo et in psalmis legimus; *Deus, iudicium tuum regi da et iustitiam tuam filio regis.* Qui et ipse loquitur in euangelio: *Non contendet* sicut agnus ductus ad uictimam, *non contendet* in subuersione audientium. *Neque clamabit* iuxta illud, quod Paulus apostolus scribit: *Omnis clamor et ira et amaritudo auferatur a uobis. Non clamabit,* quia Israhel non fecit

voz. *Porque toda la gloria de la hija del rey viene de dentro* (Ps 44,14), y estrecho y angosto es el camino que conduce a la vida (Mt 7,14). No se oirá, pues, su voz en las plazas, en que la sabiduría actúa tan confiadamente, no entrando por la vía ancha y espaciosa, sino reprendiéndola y condenándola. Por eso, a los que estaban fuera no les hablaba por su voz, sino por parábolas: *La caña*—dice—*cascada no la acabará de romper,* o como lo trasladaron los Setenta: *No aplastará la caña rota.* Caña rota, que era antes sonora y cantaba las alabanzas del Señor, fue llamado Israel, que un día dio sobre la piedra y cayó sobre ella y en ella se quebró. Por eso se dice de él: *Increpa, Señor, a las fieras de la caña* (Ps 67,31). Y en el libro de Josué, un torrente se llama *Cane,* es decir, de la caña, que lleva aguas turbias, las escogidas por Israel. El que despreció las corrientes purísimas del Jordán, se volvió en espíritu a Egipto y echó menos aquella región cenagosa y palustre, los melones, cebollas, ajos, cohombros y ollas de las carnes egipcias, con toda propiedad es llamado por Isaías caña rota (Is 42,3). Todo el que quisiere arrimarse a ella, se traspasará la mano. Y es así que quien después del advenimiento del Señor Salvador abandona el espíritu de la interpretación evangélica y se arrima o estriba en la muerte de la letra judaica, queda vulnerado en todas sus obras. *Tampoco apagará la mecha que humea,* al pueblo congregado de entre los gentiles que, extinguido el ardor de la ley natural, estaba envuelto en los errores de un humo amarguísimo y dañoso a los ojos y de tenebrosa oscuridad. El Señor no sólo no lo apagó, sino que, por

iudicium, sed clamorem. *Neque audiet quisquam in plateis* siue *foris uocem eius. Omnis enim gloria filiae regis ab intus* et arta et angusta uia est, quae ducit ad uitam. Unde in plateis uox illius non audietur, in quibus confidenter agit sapientia latam spatiosamque uiam non ingrediens, sed arguens atque condemnans. Unde et illis, qui foris erant, non sua uoce, sed parabolas loquebatur: *harundinem,* inquit, *quassatam non confringet* siue, ut Septuaginta transtulerunt, *calamum fractum non conteret.* Calamus fractus, qui fuit ante uocalis et in laudes Domini concinebat, appellandus est Israhel, qui quondam inpegit in angularem lapidem et cecidit super eum fractusque in illo est; propterea dicitur de eo: *Increpa, Domine, bestias calami,* et in Iesu uolumine torrens appellatur Cane, id est calami, qui aquas habet turbidas, quas elegit Israhel. Purissima Iordanis fluenta contemnens reuersusque mente in Aegyptum et desiderans caenosam ac palustrem regionem peponesque et caepe et alia et cucumes ollasque Aegyptiarum carnium rectissime per Esaiam appellatur calamus fractus, cui qui inniti uoluerit, pertundetur manus eius. Qui enim post aduentum Domini saluatoris euangelicae interpretationis spiritum derelinquens in Iudaicae litterae morte requiescit, istius cuncta opera uulnerantur. *Linum* quoque *fumigans non extinguet,* populum de gentibus congregatum, qui extincto legis naturalis ardore fumi amarissimi et qui noxius oculis est tenebrosaeque caliginis inuoluebatur erroribus. Quem non solum non restinxit et redegit in cinerem, sed e con-

lo contrario, de chispa pequeña y casi moribunda levantó los mayores incendios, de modo que en todo el orbe prendió el fuego que El vino a traer sobre la tierra y que desea arda en todos (Lc 12,49). Lo que según la tropología nos parece sobre este lugar, lo anotamos brevemente en los comentarios sobre San Mateo. Ahora bien, este que no acabó de romper la caña cascada ni apagó la mecha humeante llevó también el juicio a la victoria. Es que sus juicios son verdaderos, justificados en sí mismos, a fin de justificarse El en sus palabras y vencer cuando se le juzga. Y la luz de su predicación resplandecerá en el mundo y no habrá asechanzas que la aplasten y venzan, hasta que ponga en la tierra el juicio y se cumpla lo que está escrito: *Hágase tu voluntad, como en el cielo, así también en la tierra* (Mt 6,10). *Y en su nombre esperarán las naciones* o *en su ley esperarán las islas.* Efectivamente, las islas son, ciertamente, batidas por el huracán y el soplar de los vientos y por frecuentes tempestades, pero no son derribadas: símbolo de la casa evangélica (Mt 7,24), que está fundada sobre la roca con su sólida mole. Así también las iglesias que esperan en la ley y en el nombre del Señor Salvador, dicen por Isaías: *Yo soy ciudad fuerte, ciudad que es combatida* (Is 27,3).

3. ¿Qué sentido tiene lo que se escribe en el evangelista Mateo: *Si alguno quiere venir en pos de mí, niéguese a sí mismo?* (Mt 16,24). ¿Qué es la abnegación de sí mismo y cómo el que sigue al Salvador se niega a sí mismo?—De esta cuestión he hablado brevemente en el libro tercero de mis comentarios sobre Mateo, como sigue: «El que depone el hombre viejo con sus obras, se

trario de parua scintilla et paene moriente maxima suscitauit incendia ita, ut totus orbis arderet igne Domini saluatoris, quem uenit mittere super terram et in omnibus ardere desiderat. Secundum tropologiam quid nobis uidetur de hoc loco, in commentariolis Matthei breuiter adnotauimus. Iste autem, qui harundinem quassatam non confregit et linum fumigans non extinxit, iudicium quoque perduxit ad uictoriam, cuius iudicia uera sunt, iustificata in semet ipsis, ut iustificetur in sermonibus suis et uincat, cum iudicatur, et tam diu lumen praedicationis eius in mundo resplendeat, nulliusque conteratur et uincatur insidiis, donec ponat in terra iudicium et inpleatur illud, quod scriptum est: *Fiat uoluntas tua sicut in caelo et in terra. Et in nomine eius gentes sperabunt* siue *in lege eius sperabunt insulae.* Quo modo enim insulae turbine flatuque uentorum et crebris tempestatibus feriuntur quidem, sed non subuertuntur in exemplum euangelicae domus, quae super petram robusta mole fundata est, ita et ecclesiae, quae sperant in lege et in nomine Domini saluatoris, loquuntur per Esaiam: *Ego ciuitas firma, ciuitas, quae obpugnatur.*

3. Quem sensum habeat, quod in euangelista Mattheo scriptum est: *Si quis uult post me uenire, abneget se ipsum.* Quae est sui abnegatio aut quomodo, qui sequitur saluatorem, se ipsum negat?—De quo in tertio commentariorum eiusdem Matthei libro ita breuiter locutus sum: Qui deponit ueterem hominem cum operibus eius, negat se ipsum dicens: *Viuo autem non ego, uiuit uero in me Christus,* tollitque crucem suam

niega a sí mismo diciendo: *Pero ya no vivo yo, sino que Cristo vive en mí* (Gal 2,20), y toma su cruz y se crucifica al mundo. Ahora bien, aquel para quien el mundo está crucificado, sigue al Señor crucificado» (HIERONYMUS, *Comm. in Matth* 16,24). A lo que podemos añadir ahora: *Una vez que manifestó a sus discípulos que tenía que ir a Jerusalén y padecer mucho de parte de los sacerdotes y escribas y príncipes de los sacerdotes, tomándolo aparte Pedro empezó a increparle y decirle: ¡Dios te libre, Señor! No te sucederá tal cosa. Y, vuelto a Pedro, le dijo: ¡Vete atrás, Satanás! Eres para mí piedra de tropiezo, pues no sientes las cosas de Dios, sino las de los hombres* (Mt 16,21ss). Efectivamente, aterrado por miedo humano, temía la pasión del Señor. Sin embargo, y ya que se espantaba de oír eso de *padecer mucho y ser muerto,* bien fuera se alegrara al oír lo *de resucitar al tercer día* y mitigar la tristeza de la pasión con la gloria de la resurrección. Respondióle, pues, el Señor por su miedo y luego habló a todos sus discípulos o *convocó a toda la gente con sus discípulos,* como puso Marcos (8,34), o, según Lucas (9,23), dijo a todos: *Si alguno quiere venir en pos de mí, niéguese a sí mismo, tome su cruz y sígame.* El sentido de esta exhortación es éste: No es delicada ni cosa de tranquilidad la confesión de Dios. El que cree en mí tiene que derramar su sangre. Y es así que quien perdiere su alma en el tiempo presente la ganará en el por venir. Diariamente, el que cree en Cristo toma su cruz y se niega a sí mismo. El que fue deshonesto, si se hace casto, niega por la templanza la lujuria. El miedoso y tímido, si cobra fuerza y firmeza, no sabe el que fue antes. El inicuo, desde el momento de seguir la justicia, niega la

et mundo crucifigitur. Cui autem mundus crucifixus est, sequitur Dominum crucifixum. Quibus nunc haec addere possumus: *Postquam ostendit discipulis suis, quod oporteret eum ire Hierusalem et multa pati a sacerdotibus et scribis et principibus sacerdotum et occidi, adsumens eum Petrus coepit increpare et dicere: Absit a te, Domine, non erit tibi hoc.* Qui conuersus dicit Petro: *Vade post me, satanas, scandalum es mihi quia non sapis, quae Dei sunt, sed quae hominum.* Humano quippe timore perterritus passionem Domini formidabat. Et quo modo audiens *multa pati* et *occidi* timebat, sic audiens: *Et tertia die resurget* gaudere debuerat et tristitiam passionis resurrectionis gloria mitigare. Vnde illo pro timore correpto loquebatur ad omnes discipulos siue *conuocauit turbam cum discipulis suis,* ut Marcus posuit, aut iuxta Lucam dicebat ad cunctos: *Si quis uult post me uenire, abneget se ipsum et tollat crucem suam et sequatur me.* Cuius exhortationis hic sensus est: Non est delicata in Deum et secura confessio. Qui in me credit, debet suum sanguinem fundere. Qui enim perdiderit animam suam in praesenti, lucri eam faciet in futuro. Cotidie credens in Christo tollit crucem suam et negat se ipsum. Qui inpudicus fuit, uersus ad castitatem temperantia luxuriam negat; qui formidolosus et timidus, adsumpto robore fortitudinis priorem esse se nescit. Iniquus, si sequatur iustitiam, negat iniquitatem: stultus, si Chris-

iniquidad. El necio, si confiesa a Cristo, poder de Dios y sabiduría de Dios, niega la necedad. Sabiendo eso, neguémonos a nosotros mismos no sólo en tiempo de persecución y cuando sea menester sufrir el martirio, sino en toda nuestra conducta, obra, pensamiento y palabra neguemos lo que antes fuimos y confesémonos como renacidos en Cristo. El Señor fue crucificado para que también nosotros, que creemos en El y hemos muerto al pecado, nos crucifiquemos con El y digamos lo que nos enseñó el apóstol Pablo: *Con Cristo estoy crucificado* (Gal 2,19), y: *¡Lejos de mí gloriarme fuera de la cruz de mi Señor Jesucristo, por quien el mundo ha sido crucificado para mí y yo para el mundo!* (Gal 6,14). El que está crucificado con Cristo despoje a los principados y potestades y triunfe de ellos en el madero (Col 2,15). Por eso [en el evangelio de Juan], como figura de los que habían de creer en el Señor y con El crucificarse, lleva su cruz Simón Cireneo (Io 19,17; Mt 27,32) [la que, según los otros evangelistas, llevó El primero].

4. ¿Qué quiere decir lo que está escrito en el mismo Mateo: *¡Ay de las preñadas y de las que críen en aquellos días!* Y: *Orad por que vuestra fuga no sea en invierno ni en sábado?* (Mt 24,19). Evidentemente, esos textos dependen de lo que les antecede. Efectivamente, cuando el evangelio de Cristo hubiere sido predicado a todas las naciones y viniere la consumación y vieren la abominación de la desolación, instalada en el lugar santo, como fue dicho por el profeta Daniel, entonces se manda a los que están en Judea que huyan a los montes, y a los que están en el tejado, que no bajen a coger nada de casa, y a los que están en el campo, que

tum confiteatur Dei uirtutem Deique sapientiam, negat stultitiam. Quod scientes non solum in persecutionis tempore et necessitate martyrii, sed in omni conuersatione, opere, cogitatione, sermone negemus nosmet ipsos, qui ante fuimus, et confiteamur eos, qui in Christo renati sumus. Idcirco enim Dominus crucifixus est, ut et nos, qui credimus in eum et peccato mortui sumus, crucifigamur cum ipso dicamusque, quod Paulus apostolus docuit: *Cum Christo crucifixus sum* et: *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo.* Qui cum Christo crucifixus est, despoliet principatus et potestates et triumphet eas in ligno. Vnde et [in euangelio secundum Iohannem] in typum eorum, qui in Domino credituri erant et se cum illo crucifixuri, Simon Cyrenaeus portat crucem eius [quam iuxta alios euangelistas prior ipse portauit].

4. Quid uult significare, quod in eodem Mattheo scriptum est: *Vae praegnantibus et nutrientibus in illis diebus* et: *Orate, ne fiat fuga uestra hieme uel sabbato?*—Quod ex superioribus pendere manifestum est. Cum enim euangelium Christi cunctis gentibus fuerit praedicatum et uenerit consummatio uiderintque *abominationem desolationis, quae dicta est a Danihele propheta, stantem in loco sancto,* tunc praecipitur his, qui in Iudaea sunt, ut fugiant in montes, et, qui in tecto, ne descendant tollere aliquid de domo sua, et, qui in agro, ne reuertantur auferre tunicam

no vuelvan a llevarse la túnica. De cada uno de estos puntos hablé más despacio en mi comentario sobre Mateo. Y seguidamente se añade: *¡Ay de las preñadas y de las que crien en aquellos días!* ¿En qué días? Cuando la abominación de la desolación se asentare en el lugar santo. Según la letra, no puede caber duda que esto se refiere a la venida del anticristo, cuando la grandeza de la persecución forzará a huir y los vientres pesados y los niños lactantes retardarán la fuga. Hay, sin embargo, quienes lo quieren entender del asedio y guerra de Tito y Vespasiano contra los judíos, y particularmente contra Jerusalén. El invierno y el sábado lo interpretan en el sentido de que no se vean forzados a huir cuando la dureza del frío no permite a los fugitivos estar escondidos en campos y desiertos y la observancia del sábado los haga o prevaricadores, si huyen, o presa de los enemigos, si guardan el descanso y preceptos del sábado. Mas nosotros, que oímos al Señor Salvador mandar a los que están en Judea que huyan a los montes, levantamos también nuestros ojos a los montes, de los que se escribe: *He levantado mis ojos a los montes, de donde me vendrá el auxilio* (Ps 120,1). Y en otro lugar: *Sus fundamentos están sobre los montes santos* (Ps 86,1); y: *Montes en torno suyo, y el Señor en torno de su pueblo* (Ps 124,2); y: *No puede estar oculta la ciudad situada sobre un monte* (Mt 5,14); y nos descalzamos la piel de la letra y, desnudos los pies, subimos con Moisés al monte Sinaí y decimos: *Pasaré a ver esta magna visión* (Ex 3,3). Así que podemos entender por preñadas a las almas que, de la semilla de las doctrinas y de la palabra de Dios, han concebido los comienzos de la fe y dicen con Isaías: *Por tu temor, Señor,*

suam. De quibus in commentariis eiusdem Matthei plenius diximus. Statimque coniungitur: *Vae praegnantibus et nutrientibus in illis diebus.* In quibus diebus? quando abominatio desolationis steterit in loco sancto. Quod quidem iuxta litteram de aduentu antichristi praedicari nulli dubium est, quando persecutionis magnitudo conpellit fugere et graues uteri paruulique lactantes fugam retardant, licet quidam Titi et Vespasiani aduersus Iudaeos, et praecipue Hierusalem obsidionem pugnamque significari uelint. Hiemem quoque et sabbatum sic interpretantur, ne eo tempore fugere conpellantur, quando duritia frigoris in agris et in desertis locis fugientes latere non patitur et obseruatio sabbati aut praeuaricatores facit, si fugiant, aut hostium gladiis subiacere, si sabbati otium et praecepta seruauerint. Nos autem audientes Dominum saluatorem, ut, qui in Iudaea sunt, ad montana confugiant, ipsi quoque oculos leuamus ad montes, de quibus scriptum est: *Leuaui oculos meos ad montes, unde ueniet auxilium mihi,* et in alio loco: *Fundamenta eius in montibus sanctis* et: *Montes in circuitu eius et Dominus in circuitu populi sui* et: *Non potest abscondi ciuitas super montem posita,* et discalciamus nos pellem litterae nudisque pedibus cum Moyse ascendentes montem Sina dicimus: *Transiens uidebo uisionem hanc magnam,* ut possimus intellegere praegnantes animas, quae de semine doctrinarum et sermonis Dei initia fidei

hemos concebido y parido, hemos hecho el espíritu de tu salud sobre la tierra (Is 26,18). Porque, así como los gérmenes se van formando poco a poco en el seno y no se reputa homicidio hasta que los elementos confusos no se configuran y toman sus miembros, así, una idea concebida por la razón, si no rompe en obras, queda retenida en el seno y pronto perece por aborto, cuando ven la abominación de la desolación asentada en la Iglesia y a Satanás transfigurado en ángel de luz. De estos hijos en gestación habla también Pablo cuando dice: *Hijitos míos, a quienes una vez más llevo en mis entrañas, hasta que Cristo se forme en vosotros* (Gal 4,19). Así, pues, según el sentido místico, éstas pienso yo que son las mujeres de las que el mismo Apóstol escribe: *La mujer, seducida, se hizo transgresora; pero se salvará por la crianza de los hijos, si permanecieren en la fe, caridad y santidad con castidad* (1 Tim 2,14s). Si estas mujeres concibieren alguna vez de la palabra divina, es menester que lo engendrado crezca y que reciba primero la leche de la infancia, hasta que llegue al manjar sólido y a la edad madura de la plenitud de Cristo. *Y es así que todo el que se alimenta de leche no tiene parte en la justicia, pues es niño pequeño* (Hebr 5,13). Ahora bien, estas almas que todavía no han parido o que no han podido aún alimentar lo engendrado, cuando ven que la palabra herética se asienta en la Iglesia, pronto se escandalizan y se pierden y no pueden resistir a las tempestades y a la persecución, sobre todo si se hallan hueras de buenas obras y no andan por el camino que es Cristo. De esta abominación de la doctrina herética y perversa decía el Apóstol que el

conceperunt et dicunt cum Isaia: *A timore tuo, Domine, concepimus et parturiuimus et peperimus, spiritum salutis tuae fecimus super terram.* Sicuti enim semina paulatim formantur in uteris et tam diu non reputatur homicidium, donec elementa confusa suas imagines membraque suscipiant, ita sensus ratione conceptus, nisi in opera proruperit, adhuc uentre retinetur et cito abortio perit, cum uiderit abominationem desolationis stantem in ecclesia et satanan transfigurari in angelum lucis et de istius modi Paulus foetibus loquitur dicens: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in uobis.* Has ergo reor iuxta mysticos intellectus esse mulieres, de quibus idem apostolus scribit: *Mulier seducta in transgressione facta est; saluabitur autem per filiorum generationem, si permanserint in fide et caritate et sanctitate cum pudicitia.* Quae si de sermone diuino aliquando generarint, necesse est, quae generata sunt, crescere et primum accipere lac infantiae, donec perueniant ad solidum cibum et ad maturam aetatem plenitudinis Christi. *Omnis enim, qui lacte alitur, inperitus est in ratione iustitiae; paruulus enim est.* Hae igitur animae, quae necdum pepererunt siue quae necdum potuerunt ea, quae generata sunt, alere, cum uiderint sermonem hereticum stantem in ecclesia, cito scandalizantur et pereunt et in tempestate atque in persecutionibus permanere non possunt, praesertim si otium habuerint bonorum operum et non ambulauerint in uia, quae Christus est. De hac abomina-

hombre inicuo y contrario se levanta contra todo lo que es Dios y religión, hasta el punto de atreverse a estar en el templo de Dios y presentarse a sí mismo como Dios. Su advenimiento es conforme a la operación de Satanás, y lo que ha sido concebido lo hace perecer por aborto, y lo nacido hace que no llegue a la niñez ni a la edad perfecta. Por eso hay que rogar al Señor que no venga el invierno al comienzo de la fe ni en el primer crecimiento, aquel invierno del que está escrito: *El invierno ha pasado y se ha ido* (Cant 2,11), no sea nos aletarguemos por el ocio. No; si el naufragio amenaza, levantemos al Señor, que duerme, y digamos: *Maestro, sálvanos, que perecemos* (Mt 8,25).

5. ¿Qué quiere decir lo que se escribe en el evangelio según Lucas: *Y no lo recibieron, porque su faz era como de quien marcha a Jerusalén* (Lc 9,53). Tenía el Señor prisa por marchar a Jerusalén, donde habían de consumarse los días de su asunción y celebraría la Pascua, de la que dijo: *Con deseo he deseado comer esta pascua con vosotros* (Lc 22,15), y bebería el cáliz del que dice: *El cáliz que mi Padre me ha dado, ¿no lo he de beber?* (Io 18,11). Allí, sobre la cruz, confirmaría toda su doctrina, según lo que está escrito: *Cuando yo fuere levantado de la tierra, lo atraeré todo a mí* (Io 12,32). Entonces, pues, *afirmó su faz para ir a Jerusalén* (Lc 9,51). Firmeza, en efecto, y fortaleza son menester para apresurarse espontáneamente a la pasión. Por eso dijo Dios también a Ezequiel: *Hijo de hombre, tú moras en medio de escorpiones, pero no los temas; porque yo*, le dice, *he afirmado tu faz y te he dado una faz de bronce y una frente de hierro*

tione hereticae peruersaeque doctrinae dicebat apostolus, quod homo iniquitatis et aduersarius eleuet se contra omne, quod dicitur Deus et religio, ita ut audeat stare in templo Dei et ostendere se, quod ipse sit Deus; cuius aduentus secundum operationem satanae et ea, quae concepta sunt, facit perire abortio et, quae nata, ad pueritiam et ad perfectam aetatem peruenire non posse. Quam ob rem orandus est Dominus, ne in exordio fidei et crescentis aetatis oriatur hiems, de qua scriptum est: *Hiems transiit, abiit sibi,* ne otio torpeamus, sed inminente naufragio suscitemus dormientem Dominum atque dicamus: *Praeceptor, salua nos, perimus.*

5. Quid sibi uelit, quod scriptum est in euangelio secundum Lucam: *Et non receperunt eum, quoniam facies eius erat uadens in Hierusalem.*— Festinans Dominus Hierusalem pergere, ut conplerentur dies adsumptionis eius et pascha celebraret, de quo dixerat: *Desiderio desideraui hoc pascha comedere uobiscum,* et biberet calicem, de quo ait: *Calicem, quem dedit mihi pater, non bibam illum?* omnemque doctrinam suam patibulo roboraret iuxta illud, quod scriptum est: *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me,* obfirmauit faciem suam, ut iret Hierusalem. Obfirmatione enim et fortitudine opus est ad passionem sponte properantis; unde et Ezechiheli, cui dixerat Deus: *Fili hominis, in medio scorpionum tu habitas et ne timeas eos: obfirmaui,* inquit, *faciem tuam et dedi faciem tuam aeneam et frontem tuam ferream,* ut, si forsitan surrexisset contra eum malleus uniuersae terrae, quasi incude durissima malleumque con-

(Ez 2,6; 3,8s). Así, si contra él se levantaba el martillo de toda la tierra, resistiera como yunque durísimo e hiciera añicos el martillo del que está escrito: *¿Cómo se ha quebrado y hecho añicos el martillo de toda la tierra?* (Hier 50,23). *Y mandó mensajeros*, es decir, a los ángeles, *ante su faz* (Lc 9,52). Justo era a la verdad que los ángeles sirvieran al Hijo de Dios; a no ser que llame ángeles a los apóstoles, pues también Juan, precursor del Señor, fue llamado ángel. *Y, habiendo entrado en un pueblecillo de Samaria, no lo recibieron, porque su cara era como de quien marcha a Jerusalén* (Lc 9,52s). Samaritanos y judíos están separados por odio hostil, y, siendo así que aborrecen a todo el mundo, contra sí mismos se enfurecen con particular furor, contendiendo entre sí sobre la posesión de la ley. Es tal el odio con que se persiguen, que, vueltos los judíos de Babilonia, los samaritanos trataron de impedirles que edificaran el templo. Y cuando éstos quisieron tomar también parte en la edificación, les respondieron los judíos: *No nos es lícito a nosotros edificar juntamente con vosotros el templo del Señor* (1 Esdr 4,3). En fin, como insulto último, los fariseos echan en cara al Señor: *¿No estás endemoniado y eres un samaritano?* (Io 8,48). Y en la parábola del que baja de Jerusalén a Jericó, se pone un samaritano como milagro y prodigio de que un malo obre bien (Lc 10,30ss); y junto al pozo de la samaritana se escribe: *Porque no se tratan samaritanos con judíos* (Io 4,9). Viendo, pues, los samaritanos que el Señor marchaba hacia Jerusalén, es decir, a sus enemigos, cosa de que se habían enterado por los discípulos que habían ido a prepararle hospedaje, se dieron cuenta que era judío, y como a judío y extraño y

tereret, de quo scriptum est: *Quomodo confractus est et contritus malleus uniuersae terrae? et misit nuntios,* id est angelos, ante feciem suam. Iustum enim erat, ut Dei filio angeli ministrarent: siue angelos apostolos uocat, quia et Iohannes, praecursor Domini, angelus appellatus est. *Cumque ingressi essent uicum Samariae, ut praepararent ei, non susceperunt illum quia facies eius erat uadens in Hierusalem.* Hostili inter se Samaritani atque Iudaei discordant odio et, cum omnes oderint gentes, proprio contra se furore bacchantur, dum utrique de legis possessione contendunt et in tantum se mutuo persequuntur, ut, postquam Iudaei de Babylonia sunt reuersi, aedificationem templi Samaritani inpedierint. Cumque uellent et ipsi cum eis aedificare templum, responderunt Iudaei: *Non licet nobis et uobis aedificare domum Domini.* Denique pro summa iniuria pharisaei exprobrant Domino: *Nonne daemonium habes et Samaritanus es?* et in parabola de Hierusalem descendentis Hiericho Samaritanus ponitur pro signo atque miraculo, quod malus bene fecerit, et ad puteum Samaritanae scriptum est: *Non enim coutuntur Samaritani Iudaeis.* Videntes ergo Samaritae Dominum Hierusalem pergere, id est ad hostes suos, quod audierant a discipulis eius, qui ad parandum hospitium uenerant, Iudaeum esse cognoscunt et quasi Iudaeum atque alienum et eum, qui ad inimicos pergeret, suscipere noluerunt. Quamquam et alia nobis subiciatur intel-

que, por añadidura, marchaba a sus enemigos, no lo quisieron recibir. Cabe, sin embargo, otro modo de entenderlo. El que los samaritanos no lo recibieran fue voluntad del Señor, pues tenía prisa por llegar a Jerusalén y allí padecer y derramar su sangre. Ocupado con la recepción samarítica y el adoctrinamiento de aquella gente, corría riesgo de dilatar el día de su pasión, que El había venido a sufrir. Por lo que dice en otro lugar: *No he venido más que a las ovejas perdidas de la casa de Israel* (Mt 15,24). Y a los apóstoles les mandó: *No entréis en las ciudades de los samaritanos* (Mt 10,5). Quería quitar todo pretexto de persecución judaica, para que luego no dijeran: «Lo crucificamos porque se unió a nuestros enemigos y contrarios». Así, pues, su faz era como de quien marcha a Jerusalén, y por eso, según el otro modo de entenderlo, no lo quisieron recibir los samaritas, porque tenía prisa por entrar en Jerusalén. Pero que no lo recibieran fue voluntad del Señor. En fin, los apóstoles, acostumbrados a la ley, en que no conocían más justicia que la de *ojo por ojo* y *diente por diente* (Ex 21,24), intentan vengar el agravio e imitar a Elías, a cuya voz consumió el fuego a dos cabos de cincuenta hombres; y así, le dicen al Señor: *¿Quieres que digamos baje fuego del cielo y acabe con ellos?* (Lc 9,54). Hacen bien en decir: *Quieres que digamos,* pues también Elías había dicho: *Si soy hombre de Dios, baje fuego del cielo sobre vosotros* (4 Reg 1,10.12). Luego, que la palabra de los apóstoles tuviera eficacia dependía de la voluntad del Señor. De no mandarles El, en balde dijeran los apóstoles que bajara fuego del cielo sobre los samaritanos. En cierto modo, aunque con otras palabras, es como si dijeran: «Si por la injuria al

legentia, quod uoluntatis Domini fuerit non suscipi a Samaritis, quia festinabat ire Hierusalem ibique pati et sanguinem fundere, ne occupatus susceptione Samaritica et doctrina gentis illius passionis differret diem, ad quam uenerat sustinendam. Vnde dicit et in alio loco: *Non ueni nisi ad oues perditas domus Israhel* et apostolis praecepit: *Ciuitates Samaritanorum non intrabitis,* uolens tollere omnem occasionem persecutionis Iudaicae, ne postea dicerent: crucifiximus eum, quia se inimicis nostris et hostibus iunxerat. Facies igitur eius erat pergentis Hierusalem et idcirco iuxta alteram intellegentiam non receperunt eum Samaritae, quia festinabat ingredi Hierusalem. Vt autem non reciperent, fuit dominicae uoluntatis. Denique apostoli in lege uersati, in qua tantum iustitiam nouerant *oculum pro oculo, dentem pro dente,* ulcisci nituntur iniuriam et imitari Heliam, ad cuius uocem duos pentecontarchas militum ignis absumpserat, dicuntque ad Dominum: *Vis dicimus, ut ignis descendat de caelo et consumat eos?* Pulchre *uis,* inquiunt, *dicimus;* nam et Helias dixerat: *Si homo Dei sum, ignis descendat de caelo super uos.* Ergo, ut apostolorum sermo efficientiam habeat, uoluntatis est Domini. Nisi enim ille iusserit, frustra dicunt apostoli, ut ignis descendat super eos, et quodam modo uerbis aliis hoc loquuntur: Si ad serui Heliae iniuriam ignis descendit de caelo et non Samaritas, sed Iudaeos consumpsit incendium,

siervo Elías bajó fuego del cielo y sus llamas consumieron, no a samaritanos, sino a judíos, ¡cuánta más razón es que la llama se ensañe sobre estos impíos samaritas que han despreciado al Hijo de Dios! El Señor, por lo contrario, que no había venido a juzgar, sino a salvar; no en poder, sino en humildad; no en la gloria del Padre, sino en la vileza del hombre, los reprende por no acordarse de su doctrina y de la bondad evangélica, en que había dicho: *Al que te pegare en una mejilla, vuélvele también la otra* (Mt 5,39). Y: *Amad a vuestros enemigos* (Mt 5,44).

6. Otra cuestioncilla me has puesto, del evangelio de Lucas: ¿Quién es el mayordomo inicuo que fue alabado por boca del Señor? Queriendo yo hallar la razón de ese mayordomo y de qué fuente procedió, desenrollé el volumen del evangelio y hallé, entre otras cosas, que, como se acercaran al Salvador publicanos y pecadores para oírle, *murmuraban escribas y fariseos diciendo: ¿Por qué ése recibe a pecadores y come con ellos?* (Lc 15,1-2). Entonces el Señor les contó la parábola de las cien ovejas, de entre las que se descarría una, que, hallada, la vuelve el pastor sobre sus hombros, e inmediatamente añade la razón por que se la contó: *Así os digo que habrá gozo en el cielo por un solo pecador que haga penitencia, más que sobre noventa y nueve justos que no la necesitan* (Lc 15,7). El mismo final o moraleja puso a la otra parábola de las diez dracmas, de las que se perdió una y luego fue hallada: *Así os digo que habrá gozo entre los ángeles de Dios por un solo pecador que hiciere penitencia* (Lc 15,10). Aún les propuso una tercera parábola, del hombre que tenía dos

quanto magis ad contemptum filii Dei in inpios Samaritas debet flamma saeuire! E regione Dominus, qui non ad iudicandum uenerat, sed ad saluandum, non in potestate, sed in humilitate, non in patris gloria, sed in hominis uilitate, increpat eos, quod non meminerint doctrinae suae et bonitatis euangelicae, in qua dixerat: *Qui te percusserit in maxillam, praebe ei et alteram* et: *Diligite inimicos uestros.*

6. Alteram de euangelio Lucae quaestiunculam proposuisti: Qui sit uilicus iniquitatis, qui Domini uoce laudatus est: Cuius cum uellem scire rationem et de quo fonte processerit, reuolui uolumen euangelicum et inter cetera repperi, quod adpropinquantibus saluatori publicanis et peccatoribus, *ut audirent eum, murmurabant pharisaei et scribae dicentes: Quare iste peccatores suscipit et comedit cum eis?* Qui locutus est eis parabolam centum ouium et unius perditae, quae inuenta pastoris humeris reportata est, et cur esset proposita, statim intulit: *Dico uobis: Sic erit gaudium in caelo super uno peccatore paenitentiam agente magis quam super nonaginta nouem iustis, qui non habent opus paenitentia.* Aliam quoque parabolam decem dragmarum uniusque perditae et repertae cum proposuisset, simili eam fine conpleuit: *Sic dico uobis: Gaudium erit coram angelis Dei super uno peccatore paenitentiam agente.* Tertiam quoque parabolam proposuit hominis habentis duos filios et diuidentis inter eos substantiam. Cumque minor facultatibus perditis egere coepisset

hijos y repartió entre ellos su hacienda. Y como el menor derrochase sus haberes y empezara a sentir necesidad y a comer algarrobas, pienso de cerdos, volvió a su padre y fue por éste bien recibido. El hermano mayor, envidioso, es reprendido por el padre, pues debiera alegrarse y hacer fiesta por su hermano, que estaba muerto y había resucitado, se había perdido y lo habían encontrado. Estas tres parábolas las dijo el Señor apuntando a los fariseos y escribas, que no querían admitir la penitencia de los pecadores y la salud de los publicanos. *Y decía también,* dice, *a sus discípulos*—no cabe duda que una parábola—, como antes a los escribas y fariseos, con que los exhortaba a la clemencia, y, con otras palabras, les venía a decir: *Perdonad y se os perdonará* (Lc 6,37), para que en la oración dominical pidáis con frente levantada: *Perdónanos nuestras deudas, como también nosotros perdonamos a nuestros deudores* (Mt 6,12). ¿Cuál es, pues, la parábola para incitar a los discípulos a la clemencia? *Había un hombre rico que tenía un mayordomo* o administrador. Eso quiere, efectivamente, decir *oikonomos.* El latín *uilicus* propiamente es el que administra una *villa* o casa de campo, y de *uilla* se deriva el nombre *uilicus.* Pero el *oikonomos* o mayordomo es el que administra no sólo el dinero y frutos, sino todo lo que el señor posee. De ahí toma su título el *Económico,* obra muy bella de Jenofonte, que significa, según la traducción de Tulio, no la administración y gobierno de una villa, sino de toda la casa. Así, pues, este mayordomo fue acusado ante su amo de que le malbarataba su hacienda. El amo lo llamó y le dijo: *¿Qué es eso que oigo de ti? Dame cuenta de tu mayordomía, pues no vas a continuar siendo*

et comedere siliquas, porcorum cibum, reuersus ad patrem susceptus ab eo est. Frater quoque inuidens senior patris uoce corripitur, quod laetari debuerit et gaudere, quia frater eius mortuus fuerat et reuixit, perditus et inuentus est. Has tres parabolas contra pharisaeos et scribas locutus est, qui nolebant recipere paenitentiam peccatorum et publicanorum salutem. *Dicebat autem,* inquit, *et ad discipulos suos*—haud dubium, quin parabolam—, sicut prius ad scribas et pharisaeos, qua parabola ad clementiam discipulos hortaretur et aliis uerbis diceret: *Dimittite et dimittetur uobis,* ut in oratione dominica libera fronte poscatis: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Quae est ergo parabola ad clementiam discipulos prouocantis? *Homo quidam erat diues, qui habebat uilicum* siue dispensatorem; hoc enim οἰκονόμος significat. Vilicus autem proprie uillae gubernator est, unde et a uilla uilicus nomen accepit. Οἰκονόμος autem tam pecuniae quam frugum et omnium, quae dominus possidet, dispensator est. Vnde et Οἰκονομικός Xenofontis pulcherrimus liber est, qui non gubernationem uillae, sed dispensationem uniuersae domus Tullio interpretante significat. Iste igitur dispensator accusatus est ad dominum suum, quod dissipasset substantiam eius. Quo uocato dixit: *Quid hoc audio de te? redde rationem dispensationis; neque enim ultra mea poteris dispensare.* Qui dixit in semet ipso: *Quid faciam,*

mayordomo. Y el otro se dijo para sí: *¿Qué voy ahora a hacer, pues mi amo me quita la mayordomía? Para cavar no tengo fuerzas, pedir me da vergüenza. ¡Ya sé lo que tengo que hacer para que, cuando se me quite la mayordomía, me reciban en sus casas! Y fue llamando uno por uno a los deudores de su dueño, y le dijo al primero: ¿Cuánto le debes a mi amo? Y el otro le respondió: Cien barriles de aceite. Díjole: Toma la factura, siéntate ahí al momento y escribe cincuenta. Luego le dijo a otro: ¿Y tú cuánto le debes? Y él respondió: Cien cahíces de trigo. Díjole: Toma tu factura y escribe ochenta. Y el amo alabó al mayordomo* o administrador *inicuo, porque había obrado inteligentemente. Porque los hijos de este siglo son más inteligentes que los hijos de la luz en su generación. Y yo os digo: Haceos amigos con la mamona inicua, a fin de que, cuando faltare, os reciban en las tiendas eternas. El que es fiel en lo poco, también es fiel en lo mucho, y el que en lo mínimo es inicuo, también en lo mucho será inicuo. Ahora bien, si en la riqueza inicua no fuisteis fieles, ¿quién os encomendará la verdadera? Y si en lo ajeno no habéis sido fieles, ¿quién os dará lo que es vuestro? No hay criado que pueda servir a dos amos, porque o aborrecerá al uno y amará al otro, o al uno obedecerá y al otro lo despreciará. No podéis servir a Dios y a la riqueza. Todo esto lo oían los fariseos, que eran avaros, y se mofaban de él* (Lc 16,3ss). He puesto todo el texto de la parábola para que no tengamos que buscar en otra parte su sentido ni tratemos de buscar en la parábola personas determinadas. Interpretémosla más bien como parábola, es decir, como una similitud o comparación, que se llama parábola, porque una cosa

quia dominus meus aufert a me dispensationem? Fodere non ualeo, mendicare erubesco. Scio, quid faciam, ut, quando sublata mihi fuerit dispensatio, suscipiant me in domos suas. Vocauitque singulos debitorum domini sui et dixit primo: Quantum debes domino meo? qui dixit ei: centum batos olei. Ait illi: Tolle cautionem tuam et sedens cito scribe quinquaginta. Deinde ad alium locutus est: tu autem quantum debes? ille respondit: centum coros tritici. Dicit ei: tolle cautionem tuam et scribe octoginta. Et laudauit dominus uilicum siue dispensatorem iniquitatis, quod prudenter fecerit: Quia filii saeculi huius prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua. Et ego dico uobis: Facite uobis amicos de iniquo mamona, ut, quando defecerit, recipiant uos in aeterna tabernacula. Qui fidelis est in paruo, et in multis fidelis est et, qui in minimo iniquus est, et in multis iniquus erit. Si ergo in iniquo mamona fideles non fuistis, quod uerum est, quis uobis credet? Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est, quis dabit uobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Aut enim unum habebit odio et alterum diliget aut unum audiet et alterum contemnet. Non potestis Deo seruire et mamonae. Audiebant autem haec omnia pharisaei, qui erant auari, et subsannabant illum. Totum parabolae huius textum posui, ut non nobis intellegentiam aliunde quaeramus et in parabola certas nitamur inuenire personas, sed interpretemur eam quasi parabolam, quae ab eo

se compara—*parabálletai*—con otra y es como una sombra y preludio de la verdad. Ahora bien, si el administrador de riqueza inicua es alabado por boca de su amo, porque de cosa injusta se procuró él justicia, y el amo que sufrió el daño alabó la inteligencia del mayordomo, porque obró con fraude contra su amo, pero astutamente en favor propio, ¡cuánto más Cristo, que no puede sufrir daño alguno y se inclina siempre a la clemencia, alabará a sus discípulos si fueren misericordiosos para con los que les están encomendados! En fin, después de la parábola añadió: *Y yo os digo: Haceos amigos con la riqueza inicua.* Por lo demás, mammón inicuo se llaman, no en hebreo, sino en siríaco, las riquezas que se han adquirido inicuamente. Ahora bien, si la iniquidad bien administrada se torna justicia, ¡cuánto más la palabra divina, en la que no cabe iniquidad alguna y fue confiada a los apóstoles, levantará, si es bien administrada, a sus mayordomos hasta el cielo! Por lo cual prosigue: *El que es fiel en lo mínimo,* esto es, en lo carnal, *será también fiel en lo mucho,* es decir, en lo espiritual. Pero el que es inicuo en lo poco, de modo que no dé para uso de sus hermanos lo que Dios ha creado para todos, éste será también inicuo en la distribución del dinero espiritual, de modo que no distribuirá la doctrina del Señor según la necesidad, sino con miramiento de personas. Ahora bien, dice, si no administráis bien las riquezas carnales, que son perecederas, ¿quién os confiará las verdaderas y eternas riquezas de la doctrina de Dios? Y si habéis sido infieles en lo ajeno—y ajeno es a nosotros todo lo que es del siglo—, ¿quién os podrá confiar lo que es vuestro y se destina propiamente al hombre? Así corrige el Señor la ava-

uocatur quod alteri παραβάλλεται, hoc est, adsimilatur, et quasi umbra prooemiumue ueritatis est. Si ergo dispensator iniqui mamonae domini uoce laudatur, quod de re iniqua sibi iustitiam praepararit, et passus dispendia dominus laudat dispensatoris prudentiam, quod aduersus dominum quidem fraudulenter, sed pro se prudenter egerit, quanto magis Christus, qui nullum damnum sustinere potest et pronus est ad clementiam, laudabit discipulos suos, si in eos, qui sibi crediti sunt, misericordes fuerint! Denique post parabolam intulit: *Et ego dico uobis: Facite uobis amicos de iniquo mamona.* Iniquus autem mamona non Hebraeorum, sed Syrorum lingua diuitiae nuncupantur, quod de iniquitate collectae sint. Si ergo iniquitas bene dispensata uertitur in iustitiam, quanto magis sermo diuinus, in quo nulla est iniquitas, qui et apostolis creditus est, si bene fuerit dispensatus, dispensatores suos leuabit in caelum! Quam ob rem sequitur: *Qui fidelis est in minimo,* hoc est in carnalibus, *et in multis fidelis erit,* id est in spiritalibus. *Qui autem in paruo iniquus est,* ut, non det fratribus ad utendum, quod a Deo pro omnibus est creatum, iste et in spiritali pecunia diuidenda iniquus erit, ut non pro necessitate, sed pro personis doctrinam Domini diuidat. Sin autem, inquit, carnales diuitias, quae labuntur, non bene dispensetis, ueras aeternasque diuitias doctrinae Dei quis credet uobis? Et si in his, quae aliena sunt—alienum

ricia, y dice que quien ama el dinero, no puede amar a Dios. Luego también los apóstoles, si quieren amar a Dios, tienen que despreciar el dinero. De ahí que los escribas y fariseos, que eran avaros, dándose cuenta de que la parábola iba para ellos, hacían mofa de El, pues anteponían lo carnal, seguro y presente, a lo espiritual, venidero e inseguro (pensaban ellos). Teófilo, obispo de la iglesia de Antioquía, séptimo sucesor de Pedro, que reunió en un solo volumen los dichos de los cuatro evangelistas, dejándonos así un monumento de su talento, dijo sobre esta parábola, en sus comentarios, lo que sigue: «El rico que tenía un mayordomo o administrador es el Dios omnipotente, a quien nadie gana en riqueza. Mayordomo suyo fue Pablo, que, educado a los pies de Gamaliel, de quien aprendió las sagradas letras, recibió la administración de la ley de Dios. Pero se puso a perseguir, atar y matar a los creyentes en Cristo y a malbaratar toda la hacienda de su Señor. Por lo cual el Señor lo corrige o reprende: *Saulo, Saulo, ¿por qué me persigues? Duro es para ti dar coces contra el aguijón* (Act 9,4). Dijo entonces en su corazón: ¿Qué voy a hacer ahora? Yo, que fui maestro y mayordomo, me veo forzado a ser discípulo y trabajador. Para cavar no tengo fuerzas. Porque veo que todos los preceptos de la ley que estaban pegados a la tierra están destruidos, y que ley y profetas han terminado con Juan Bautista. Mendigar me da vergüenza. ¡Yo, que fui maestro de los judíos, me voy a ver forzado a mendigar la doctrina de la fe y de la salud de los gentiles y del discípulo Ananías! Voy, pues, a hacer lo que entiendo ha de serme provechoso para que, cuando fuere echado de la mayordomía, me reciban los cristianos

est autem nobis omne, quod saeculi est—infideles fuistis, ea, quae uestra sunt et proprie homini deputata, quis uobis credere poterit? Vnde corripit auaritiam et dicit eum, qui amat pecuniam, Deum amare non posse. Igitur et apostolis, si uelint amare Deum, esse pecunias contemnendas. Vnde scribae et pharisaei, qui erant auari, aduersum se dictam intellegentes parabolam subsannabant eum carnalia et certa et praesentia spiritalibus ac futuris et quasi incertis praeponentes. Theophilus, Antiochenae ecclesiae septimus post Petrum apostolum episcopus, qui quattuor euangelistarum in unum opus dicta conpingens ingenii sui nobis monumenta dimisit, haec super hac parabola in suis commentariis est locutus: «Diues, qui habebat uilicum siue dispensatorem, Deus omnipotens est, quo nihil est ditius. Huius dispensator Paulus, qui ad pedes Gamaliel sacras litteras didicit, legem Dei susceperat dispensandam. Qui cum coepisset credentes in Christo persequi, ligare, occidere et omnem Domini sui dissipare substantiam, correptus a domino est: *Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare.* Dixitque in corde suo: Quid faciam? qui magister fui et uilicus, cogor esse discipulus et operarius. Fodere non ualeo. Omnia enim mandata legis, quae terrae incubabant, cerno destructa et legem et prophetas usque ad Iohannem Baptistam esse finitos. Mendicare erubesco, ut, qui doctor fueram Iudaeorum,

en sus casas. Y empezó a enseñar a los que antes habían estado en la ley y así habían creído en Cristo, hasta pensar que habían de justificarse por la ley; empezó, digo, a enseñarles que la ley estaba abolida, los profetas habían pasado, y lo que antes había sido ganancia, había que tenerlo ahora por basura (Phil 3,8). Llamó, pues, a dos de entre los muchos deudores. El primero debía al Señor cien barriles de aceite. Son los que fueron congregados de entre los gentiles y necesitaban de gran misericordia de Dios. Y del número ciento, que es pleno y cabal, les hizo cincuenta, que es propiamente número de penitentes, según el jubileo y la parábola del evangelio, en que a uno se le perdonan quinientos denarios y a otro cincuenta. Llamó el segundo al pueblo judío, que se había alimentado con el trigo de los mandamientos de Dios, y le debía número centenario. A éste le obligó a que de ciento hiciera ochenta, es decir, que creyera en la resurrección del Señor, que se contiene en el número del día octavo, y se llenara de ocho décadas, y así pasar del sábado al primer día del sábado. Por esta causa es alabado por el Señor de que hizo bien, y, por su salud, pasó de la austeridad de la ley a la clemencia del evangelio. Ahora, si se pregunta por qué sea llamado mayordomo de iniquidad en la ley que fue dada por Dios, respondo que el mayordomo era inicuo porque ofrecía, sí, bien, pero dividía mal, creyendo en el Padre, pero persiguiendo al Hijo; teniendo al Dios omnipotente, pero negando al Espíritu Santo. Fue, pues, Pablo más inteligente con la transgresión de la ley que los antaño hijos

cogar a gentibus et a discipulo Annania salutis et fidei mendicare doctrinam. Faciam igitur, quod mihi utile esse intellego, ut, postquam proiectus fuero de uilicatione mea, recipiant me Christiani in domos suas. Coepitque eos, qui prius uersabantur in lege et sic in Christo crediderant, ut arbitrarentur se in lege iustificandos, docere legem abolitam, prophetas praeterisse et, quae antea pro lucro fuerint, reputari in stercora. Vocauit itaque duos de pluribus debitoribus. Primum, qui debebat centum batos olei, eos uidelicet, qui fuerant ex gentibus congregati et magna indigebant misericordia Dei, et de centenario numero, qui plenus est atque perfectus, fecit eos scribere quinquagenarium, qui proprie paenitentium est iuxta iubeleum et illam in euangelio parabolam, in qua alteri quingenti, alteri quinquaginta denarii dimittuntur. Secundum autem uocauit populum Iudaeorum, qui tritico mandatorum Dei nutritus erat et debebat ei centenarium numerum, et coegit, ut de centum octoginta faceret, id est crederet in Domini resurrectionem, quae octauae diei numero continetur, et de octo conpleretur decadis, ut de sabbato transiret ad primam sabbati. Ob hanc causam a Domino praedicatur, quod bene fecerit et pro salute sua in euangelii clementiam de legis austeritate mutatus sit. Quodsi quaesieris, quare uocetur uilicus iniquitatis in lege, quae Dei est: Iniquus erat uilicus, qui bene quidem offerebat, sed non bene diuidebat credens in patre, sed filium persequens, habens Deum omnipotentem, sed spiritum sanctum negans. Prudentior itaque fuit Paulus apostolus

de la luz que, estancados en la observancia de la ley, perdieron a Cristo, que es la verdadera luz del Padre». Qué sintiera Ambrosio, obispo de Milán, sobre este lugar, lo puedes leer en sus comentarios. De Orígenes y Dídimo no he podido hallar comentario sobre esta parábola, y no sabría decir si se ha perdido por vetustez del tiempo, o es que no lo escribieran. A mí, según la primera interpretación de la parábola, paréceme debemos hacernos amigos con la riqueza inicua, no a cualesquiera pobres, sino a los que pueden recibirnos en sus casas y en las tiendas eternas. Así, dándoles cosas pequeñas, recibiremos de ellos cosas grandes, por lo ajeno lo propio, y, sembrando en bendición, recogeremos en bendición, porque quien escasamente siembra, escasamente recogerá (2 Cor 9,6).

7. ¿En qué sentido hay que tomar lo que leemos en la carta a los romanos: *Y es así que, por un justo, apenas hay quien muera; por un bueno, acaso se atreva alguien a morir?* (Rom 5,7).— Dos herejías, con error distinto, pero con pareja impiedad, blasfeman a propósito de este texto, que no entienden. Marción, que hace justo al Dios de la ley y los profetas y bueno al de los evangelios y apóstoles, de quien quiere sea hijo Cristo, introduce dos dioses: uno justo y otro bueno. Y afirma que, por el justo, nadie o muy pocos fueron a la muerte; por el bueno, empero, es decir, por Cristo, ha habido innumerables mártires. En cuanto a Arrio, refiere el justo a Cristo, de quien se dice: *¡Oh Dios!, da el juicio al rey y la justicia al hijo del rey* (Ps 71,2). Y el mismo de sí en el evangelio: *Porque el Padre no juzga a nadie, sino que todo*

in transgressione legis filiis quondam lucis, qui in legis obseruatione uersati Christum, qui Dei patris uerum lumen est, perdiderunt. Ambrosius, Mediolanensis episcopus, quid de hoc loco senserit, in commentariis eius legere poteris. Origenis et Didymi in hanc parabolam explanationem inuenire non potui et, utrum abolita sit temporum uetustate an ipsi non scripserint, incertum habeo. Mihi iuxta priorem interpretationem hoc uidetur, quod de iniquo mamona debeamus nobis amicos facere non quoslibet pauperes, sed eos, qui nos possint recipere in domos suas et in aeterna tabernacula, ut, cum eis parua praebuerimus, recipiamus ab illis magna et dantes aliena nostra suscipiamus et seminemus in benedictione, ut metamus benedictionem; qui enim parce seminauerit, parce et metet.

7. Quo sensu accipiendum sit, quod in epistula legimus ad Romanos: *Vix enim pro iusto quis moritur; nam pro bono forsitan quis audeat mori.*—Duae hereses ex occasione huius testimonii, quod non intellegunt, diuerso quidem errore, sed pari inpietate blasphemant. Marcion enim, qui iustum Deum et creatorem legis facit et prophetarum, bonum autem euangeliorum et apostolorum, cuius uult esse filium Christum, duos introducit deos: alterum iustum et alterum bonum. Et pro iusto adserit uel nullum uel paucos obpetisse mortem, pro bono autem, id est Christo, innumerabiles marytres extitisse. Porro Arrius iustum ad Christum refert, de quo dictum est: *Deus, iudicium tuum regi da et iustitiam filio regis* —et ipse de se in euangelio: *Non enim pater iudicat quemquam, sed omne*

el juicio lo ha dado al Hijo (Io 5,22). Y: *Yo, como oigo, así juzgo* (Io 5,30). Bueno llama Arrio al Padre, de quien el mismo Hijo confiesa: *¿Por qué me dices bueno? Nadie es bueno, sino sólo Dios Padre* (Mc 10,18). Hasta aquí aún pudo hallar torcidos senderos para su blasfemia; mas en lo que sigue se estrella y cae. Porque ¿cómo es que por el Padre aún se atreva alguien a morir y apenas nadie muera por el Hijo, cuando por el nombre del Hijo se derramó tanta sangre de mártires? Así, pues, el que con sencillez expone este lugar puede decir que, en la ley antigua, en que vige la justicia, apenas se hallaron unos pocos que derramaron su sangre; mas en el nuevo Instrumento, en que reina la bondad y la clemencia, ha habido innumerables mártires. Mas el Apóstol puso: *Acaso alguien se atreva a morir,* y dejó en el aire la frase en el sentido de que haya algunos que se atrevan a morir por el evangelio. Con ello da a entender que no ha de entenderse así, sino que el sentido de este lugar ha de buscarse por lo que antecede y lo que sigue: Efectivamente, antes dice Pablo que se *gloría en las tribulaciones, porque la tribulación opera la paciencia, la paciencia la prueba, la prueba la esperanza, y la esperanza no falla, pues tiene certidumbre de la promesa, porque la caridad de Dios se ha derramado en nuestros corazones por el Espíritu Santo, que nos ha sido dado* (Rom 5,3ss). Según aquello que el Señor había dicho por el profeta: *Derramaré mi espíritu sobre toda carne* (Io 2,28). Y a renglón seguido se maravilla el Apóstol de la bondad de Cristo, que quiso morir por los débiles, impíos y pecadores, y morir en el tiempo oportuno, de que dice El mismo: *En el tiempo oportuno te he oído, y en el*

iudicium dedit filio et: *Ego, sicut audio, ita iudico*—, bonum autem Deum patrem, de quo ipse filius confitetur: *quid me dicis bonum? nemo est bonus nisi unus Deus pater.* Cumque hucusque blasphemiae suae deuios calles potuerit inuenire, in consequentibus inpingit et corruit. Quomodo enim pro patre quis audet mori et pro filio uix moritur, cum propter nomen Christi tantus martyrum sanguis effusus sit? Qui igitur simpliciter hunc exponit locum, hoc potest dicere, quod in ueteri lege, in qua iustitia est, uix pauci inuenti sint, qui suum fuderint sanguinem, in nouo autem instrumento, in quo bonitas est atque clementia, innumerabiles extiterint martyres. Sed ex eo, quod posuit: *Forsitan quis etiam audeat mori* et pendulo gradu sententiam temperauit, inueniri posse nonnullos, qui audeant mori pro euangelio, ostendit non sic accipiendum, sed ex superioribus et inferioribus sensum loci huius debere tractari. Dicens enim Paulus apostolus se gloriari in tribulationibus, quia *tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes uero non confundit,* quae ex eo certam habeat promissionem, *quia caritas Dei effusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis,* secundum illud, quod Deus dixerat per prophetam: *Effundam de spiritu meo super omnem carnem,* miratur bonitatem Christi, quod pro infirmis et inpiis et peccatoribus mori uoluerit et mori oportuno tempore, de quo

día de la salud te he auxiliado, y de nuevo: *He aquí el tiempo favorable, he aquí el día de la salud* (Is 49,8; 2 Cor 6,2). Cuando todos pecaron, todos a par se hicieron inútiles, no hubo quien hiciera el bien, no hubo ni uno (Ps 13,3). Luego increíble bondad e inaudita clemencia es morir por los impíos—pues apenas si nadie derramará su sangre por un justo y bueno, pues el miedo a la muerte lo aterra todo; a veces, sí, puede encontrarse quien se atreva a morir por causa justa y buena—; la caridad, empero, o amor que Dios nos ha tenido, se prueba señaladamente por el hecho de que, *cuando aún éramos pecadores, Cristo murió por nosotros* (Rom 5,8), y su vida fue quitada de la tierra, y por las iniquidades del pueblo fue conducido a la muerte y cargó con nuestros pecados, y fue entregada a la muerte su alma, y El contado entre los malvados (Is 53,8.4.12). Todo, para hacernos a nosotros, de impíos, débiles y pecadores, piadosos, fuertes y justos. Algunos interpretan así: Si El murió por nosotros, impíos y pecadores, ¡cuánto más hemos nosotros de dar la vida, sin vacilación alguna, por Cristo justo y bueno! Pero no pensemos que justo y bueno son cosas diversas ni que signifiquen propiamente una persona. Indican absolutamente una causa justa y buena por la que se halla a veces, con dificultad, quien quiera derramar su sangre.

8. ¿Qué quiere decir lo que escribe el Apóstol a los romanos: *Venida la ocasión, el pecado, por medio del mandamiento, operó en mí toda concupiscencia?* (Rom 7,8).—Pongamos todo el texto y declarémoslo punto por punto con auxilio de Cristo. Indicaré con sencillez lo que a mí me parece, no para prejuzgar

ipse dicit: *Tempore oportuno exaudiui te et in die salutis auxiliatus sum tui* et rursum: *Ecce tempus acceptabile, ecce dies salutis.* Quando omnes peccauerunt, simul inutiles facti sunt, non fuit, qui faceret bonum, non fuit usque ad unum. Incredibilis ergo bonitas et inaudita clementia mori pro impiis—uix enim pro iusto aliquem et bono suum sanguinem fundere metu mortis cuncta terrente; nam inueniri interdum ut aliquis pro re iusta et bona audeat mori—, caritas autem Dei, quam in nobis habuit, hinc maxime conprobatur, quod *cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est et sublata est de terra uita eius et pro inquitatibus populi ductus est ad mortem et portauit peccata nostra et tradita est in morte anima illius et cum iniquis reputatus est*, ut nos inpios et infirmos et peccatores pios et robustos et iustos faceret. Nonnulli ita interpretantur: Si ille pro nobis inpiis mortuus est et peccatoribus, quanto magis nos absque ulla dubitatione pro iusto et bono Christo debemus occumbere! Iustum autem et bonum non putemus esse diuersum nec aliquam proprie significare personam, sed absolute iustam rem et bonam, pro qua difficulter interdum aliquis inueniri potest, qui suum sanguinem fundat.

8. Quid sibi uelit, quod ad Romanos scribit apostolus: *Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.*—Ponamus totum testimonium et singula Christi auxilio disserentes, quid nobis uideatur, simpliciter indicemus non praeiudicantes tuo sensui,

tu sentir ni modo de entenderlo, sino para explicar brevemente mi opinión: *¿Qué decimos, pues? ¿La ley es pecado? ¡Dios nos libre! Pero yo no conocí el pecado sino por la ley. Yo no conociera la codicia, si la ley no dijera: No codiciarás. Y venida la ocasión, el pecado, por medio del mandamiento, ha operado en mí toda codicia o concupiscencia. Porque sin la ley, el pecado estaba muerto. Y yo vivía un tiempo sin ley; pero, apenas vino el mandamiento, revivió el pecado. Pero yo quedé muerto, y resultó que el mandamiento, que estaba destinado a la vida, fue para muerte. Y es así que el pecado, venida la ocasión, por el mandamiento, me sedujo, y por él me mató. En conclusión, la ley es ciertamente santa, y el mandamiento santo y justo y bueno. ¿Luego lo que es bueno es muerte para mí? ¡Ni mucho menos! Lo que pasa es que, para que el pecado aparezca pecado, por lo bueno operó en mí la muerte, a fin de que, por el mandamiento, el pecado se haga sobremanera pecador. Sabemos, en efecto, que la ley es espiritual, pero yo soy carnal, vendido bajo el pecado. La verdad es que no sé lo que hago. Porque no pongo por obra lo que quiero, sino que hago lo mismo que aborrezco. Ahora bien, si hago lo que no quiero, convengo en que la ley es buena; pero ya no opero yo aquello, sino el pecado que habita en mí. Sé, en efecto, que no habita en mí, quiero decir, en mi carne, el bien. Porque el querer está en mi mano; mas llevar la cosa a cabo, en manera alguna. Y es así que no hago el bien que quiero, sino que pongo por obra el mal que no quiero. Mas, si hago lo que no quiero, ya no soy yo quien lo obra, sino el pecado que habita en mí. Hallo, pues, esta ley: que cuando quiero hacer el bien,*

quid uelis intellegere, sed nostram sententiam breuiter explicantes. *Quid ergo dicimus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat, ego autem uiuebam sine lege aliquando, sed, ubi uenit mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum et inuentum est mihi mandatum, quod erat ad uitam, hoc esse ad mortem. Peccatum enim occasione accepta per mandatum seduxit me et per illud occidit. Itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. Quod ergo bonum est, mihi mors est? Absit. Sed, ut peccatum appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum. Scimus enim, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato. Quod enim operor, ignoro. Non enim, quod uolo, hoc ago, sed, quod odi, illud facio. Si autem, quod nolo, hoc facio, consentio legi, quia bona est. Nunc autem iam non ego operor illud, sed, quod habitat in me, peccatum. Scio enim, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum nequaquam. Non enim, quod uolo, facio bonum, sed, quod nolo malum, hoc ago. Si autem, quod nolo, hoc facio, non iam ego operor illud, sed, quod habitat*

es el mal el que tengo a mano. Me complazco efectivamente en la ley de Dios según el hombre interior; pero veo otra ley en mis miembros que combate a la ley de mi espíritu y me lleva cautivo por la ley del pecado, que está en mis miembros. ¡Infortunado de mí! ¿Quién me librará de este cuerpo mortal? ¡La gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor! (Rom 7,7ss). La medicina no tiene la culpa de la muerte por mostrar venenos mortíferos, aunque hombres malvados abusen de ellos para la muerte, ora se maten a sí mismos, ora atenten contra la vida de sus enemigos. Así, la ley fue dada para dar a conocer los venenos de los pecados y poner un freno al hombre que abusa de su libertad, y al que antes se precipitaba impávido y resbalaba por camino escabroso, ella le enseña a caminar con pasos atentados, de manera que sirvamos en novedad de espíritu y no en vetustez de letra (Rom 7,6). Es decir, que vivamos bajo mandamiento los que antes, a manera de brutos animales, decíamos: *Comamos y bebamos, que mañana moriremos* (1 Cor 15,32). Cierto, luego se mete la ley, que muestra lo que hay que hacer y prohíbe lo que no se debe, y, por nuestro vicio e incontinencia, vamos contra los preceptos legales. En ese caso, la ley parece ser causa del pecado, pues al prohibirnos la codicia o concupiscencia, se ve que en cierto modo la enciende. Entre los griegos es dicho corriente: «Lo que es lícito se desea menos». Luego, por lo contrario, lo que no es lícito incita el deseo. Por eso dice Tulio que Solón no legisló acerca de los castigos de los parricidas, por no dar la impresión de incitar al parricidio, más bien que prohibirlo. Así,

in me, peccatum. Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum, quia mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum, dominum nostrum. Quomodo medicina non est causa mortis, si ostendat uenena mortifera, licet his mali homines abutantur ad mortem et uel se interficiant uel insidientur inimicis, sic lex data est, ut peccatorum uenena demonstret et hominem male libertate sua abutentem, qui prius ferebatur inprouidus et praecipiti <uia> labebatur, freno legis retineat et conpositis doceat incedere gressibus, ita ut *seruiamus in nouitate spiritus et non in uetustate litterae,* id est uiuamus sub praecepto, qui prius in modum brutorum animalium dicebamus: *Manducemus et bibamus; cras enim moriemur.* Quodsi subintrante lege, quae docet, quid facere, et prohibet, quid non facere debeamus, uitio nostro et incontinentia feramur contra scita legalia, uidetur lex causa esse peccati, quae, dum prohibet concupiscentiam, quodammodo eam inflammare cognoscitur. Saecularis apud Graecos sententia est: «Quicquid licet, minus desideratur». Ergo e contrario, quicquid non licet, fomentum accipit desiderii. Vnde et Tullius de parricidarum suppliciis apud Athenienses Solonem scripsisse negat, ne non tam prohibere quam commonere uideretur.

pues, la ley, en los que desprecian y conculcan sus preceptos, parece ser causa de las culpas, pues al prohibir lo que quiere que no se haga, los liga con las ataduras de los mandamientos, cuando antes, al pecar sin ley, no eran reos de crimen alguno. Esto hemos dicho entendiendo por ley la que fue dada por Moisés; pero, como quiera que en lo que sigue se escribe o habla de la ley de Dios y de la ley de la carne y de los miembros, que lucha contra la ley de nuestro espíritu y nos lleva cautivos por la ley del pecado, con lo que se ve que en un solo pasaje se habla de cuatro leyes que pugnan entre sí, no me parece fuera de propósito averiguar cuántas clases de leyes se mencionan en las Escrituras santas. Se llama ley la que fue dada por Moisés, según aquello: *Cuantos son de las obras de la ley, están bajo maldición, pues está escrito: Maldito el que no permanece en todo lo que está escrito en el libro de la ley y no lo cumple* (Gal 3,10). Y en la misma carta: *La ley fue dada por razón de las prevaricaciones, hasta que viniera la descendencia a la que fue hecha la promesa, dispuesta por medio de los ángeles por mano del mediador.* E insiste: *La ley fue nuestro pedagogo en Cristo, para que nos justifiquemos por la fe; mas, una vez que ha venido la fe, ya no estamos bajo pedagogo. Porque todos sois hijos de Dios por la fe en Cristo Jesús* (Gal 3,19.24ss). También la historia que no contiene mandatos, sino que refiere lo que ha acontecido, es llamada ley por el Apóstol: *Decidme los que queréis estar bajo la ley: ¿No habéis oído la ley? Y es así que está escrito cómo Abrahán tuvo dos hijos, uno de la esclava y otro de la libre. Pero el de*

Igitur lex apud contemptores et legum praecepta calcantes uidetur esse occasio delictorum, dum prohibendo, quod non uult fieri, ligat eos uinculis mandatorum, qui prius absque lege peccantes non tenebantur criminibus. Haec diximus legem, quae per Moysen data est, intellegentes. Verum, quia in consequentibus scriptum est: «Lex Dei et lex carnis atque membrorum, quae pugnat aduersus legem mentis nostrae et captiuos nos ducit in lege peccati», simulque quattuor leges contra se dimicantes in uno loco scriptas esse cognosco, non absque re arbitror, si requiram, quot genera legis in scripturis sanctis esse memorentur. Dicitur lex, quae per Moysen data est, secundum illud, quod scriptum est ad Galatas: *Quotquot enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: Maledictus omnis, qui non permanet in omnibus, quae scripta sunt in libro legis, ut faciat ea.* Et rursum in eadem epistula: *Lex propter praeuaricationes posita est donec ueniret semen, cui repromissum est, disposita per angelos in manu mediatoris.* Et iterum: *Itaque lex paedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide iustificemur. Postquam autem uenit fides nequaquam ultra sub paedagogo sumus. Omnes enim filii Dei estis per fidem, quae est in Christo Iesu.* Historia quoque, quae praecepta non continet, sed, quid factum sit, refert, ab apostolo lex appellatur: *Dicite mihi, qui sub lege uultis esse, non audistis legem? Scriptum est enim, quia Abraham duos filios habuit, unum de ancilla et alterum de libera.*

la esclava nació según la carne; el de la libre, por promesa (Gal 4,21ss). Los mismos salmos son llamados ley: *Para que se cumpliera la palabra que está escrita en la ley de ellos: De balde me han aborrecido* (Io 15,25). El Apóstol llama también ley a la profecía de Isaías: *En la ley está escrito: En otras lenguas y en otros labios hablaré a este pueblo, y ni aun así me escucharán, dice el Señor* (1 Cor 14,21). Lo cual he hallado escrito en Isaías según el hebreo y Aquila. Se llama igualmente ley la mística inteligencia de las Escrituras: *Sabemos que la ley es espiritual* (Rom 7,14). Y, aparte de todo esto, el Apóstol enseña que la ley natural está escrita en nuestros corazones: *Y es así que las naciones que no tienen ley, al hacer naturalmente lo que manda la ley, ellas, que no tienen ley, son ley para sí mismas; con lo que indican que la obra de la ley está escrita en sus corazones. por el testimonio que les da su conciencia* (Rom 2,14-15). Esta ley, que está escrita en el corazón, se extiende a todas las naciones, y no hay hombre que ignore esta ley. Por eso, todos los hombres están bajo el pecado y es justo juicio de Dios, que escribe en el corazón del género humano: «Lo que no quisieres que te hagan a ti, no lo hagas tú a otro». ¿Quién ignora que el homicidio, adulterio y hurto y toda codicia es mala, por el hecho mismo de no querer que se lo hagan a él? Porque, si no supiera que son males, nunca se dolería de que se los hicieran. Por esta ley natural, Caín mismo conoció su pecado, diciendo: *Mi culpa es demasiado grande para que pueda ser perdonada* (Gen 4,13). Y Adán y Eva conocieron su pecado y por ello se escondieron bajo el árbol de la vida. También el faraón, antes de que la ley

Sed qui ex ancilla, secundum carnem natus est, qui autem per repromissionem, de libera. Sed et psalmi lex appellantur: *Vt conpleretur sermo, qui in lege eorum scriptus est: quia odierunt me gratis.* Esaiae quoque prophetiam legem apostolus uocat: *In lege scriptum est: Quoniam in aliis linguis et in labiis aliis loquar populo huic et nec sic exaudient me, dicit Dominus.* Quod iuxta Hebraicum et Aquilam in Esaia scriptum repperi. Appellatur lex et mystica intellegentia scripturarum: *Scimus, quia lex spiritalis est.* Et extra haec omnia naturalem legem scriptam in cordibus nostris idem apostolus docet: *Cum enim gentes, quae non habent legem, naturaliter ea, quae legis sunt, faciunt, isti legem non habentes sibi ipsi sunt lex, qui indicant opus legis scriptum in cordibus suis testimonium praebente illis conscientia.* Ista lex, quae in corde scribitur, omnes continet nationes et nullus hominum est, qui hanc legem nesciat. Vnde omnis mundus sub peccato et uniuersi homines praeuaricatores legis sunt et idcirco iustum iudicium Dei est scribentis in corde generis humani: «Quod tibi fieri nolueris, alteri ne feceris». Quis ignoret homicidium, adulterium, furta et omnem concupiscentiam esse malum ex eo, quod sibi ea nolit fieri? Si enim mala esse nesciret, numquam sibi doleret inlata. Per hanc naturalem legem et Cain cognouit peccatum suum dicens: *Maior causa mea, quam ut dimittar.* Et Adam et Eua congnouerunt pec-

fuera dada por Moisés, aguijoneado por la ley de la naturaleza, confiesa sus crímenes diciendo: *El Señor es justo; yo y mi pueblo somos impíos* (Ex 9,27). La niñez no sabe de esta ley, la infancia la ignora y, pecando sin pecado, no está asida por la ley del pecado. Maldice a su padre, pega al padre y a la madre y, por no haber aún recibido la ley de la sabiduría, está muerto en ella el pecado. Mas cuando viniere el mandato, es decir, el tiempo de la conciencia que desea el bien y evita el mal, entonces empieza a revivir el pecado, y el que peca muere y es reo del pecado. Y así resulta que el tiempo de la conciencia, en que conocemos los mandamientos de Dios para llegar a la vida, opera en nosotros la muerte, si obramos con negligencia; y la ocasión de la sabiduría nos seduce y pone la zancadilla y nos lleva a la muerte. Y no es que la conciencia sea pecado—no, la ley de la conciencia es santa, justa y buena—. Lo que pasa es que, por la conciencia de los pecados y virtudes, nace para mí el pecado que, antes de tener conciencia, no sabía fuera pecado. De donde resulta que lo que me fue dado para mi bien, por mi vicio se me trueca en mal y—hablando hiperbólicamente y empleando una palabra nueva para expresar lo que siento—el pecado, que antes de tener conciencia era sin pecado, por la transgresión del mandamiento, empieza a ser para mí más pecado *(peccatius)*. Primero hay que averiguar qué sea esa concupiscencia o codicia de que dice la ley: *No codiciarás*. Algunos dicen tratarse del mandamiento escrito en el decálogo: *No codiciarás cosa de tu prójimo* (Ex 20,17). Nosotros, empero, creemos que la concu-

catum suum et propterea absconditi sunt sub ligno uitae. Pharao quoque, antequam lex daretur per Moysen, stimulatus lege naturae sua crimina confitetur et dicit: *Dominus iustus, ego autem et populus meus inpii.* Hanc legem nescit pueritia, ignorat infantia et peccans absque mandato non tenetur lege peccati. Maledicit patri et parentes uerberat et, quia necdum accepit legem sapientiae, mortuum est in eo peccatum. Cum autem mandatum uenerit, hoc est tempus intellegentiae adpetentis bona et uitantis mala, tunc incipit peccatum reuiuiscere et ille mori reusque esse peccati. Atque ita fit, ut tempus intellegentiae, quo Dei mandata cognoscimus, ut perueniamus ad uitam, operetur in nobis mortem, si agamus neglegentius et occasio sapientiae seducat nos atque subplantet et ducat ad mortem, non quo intellegentia peccatum sit—lex enim intellegentiae sancta et iusta et bona est—sed per intellegentiam peccatorum atque uirtutum mihi peccatum nascitur, quod, priusquam intellegerem, peccatum esse non noueram. Atque ita factum est, ut quod mihi pro bono datum est, meo uitio mutetur in malum et ut hyperbolice dicam nouoque uerbo utar ad explicandum sensum meum—peccatum, quod, priusquam haberem intellegentiam, absque peccato erat, praeuaricatione mandati incipiat mihi esse peccatius. Prius quaerimus, quae sit ista concupiscentia, de qua lex dicit: *Non concupisces.* Alii putant illud esse mandatum, quod in decalogo scriptum est: *Non concupisces rem proximi tui.* Nos

piscencia significa todas las perturbaciones o pasiones del alma, por las que estamos tristes o nos dolemos, tememos y deseamos. Y esto no lo dice de sí mismo el Apóstol, que era vaso de elección, cuyo cuerpo era templo del Espíritu Santo y que decía: *¿Es que queréis hacer la prueba del que habla en mí, Cristo?* (2 Cor 13,3). Y en otro lugar: *Cristo nos ha redimido* (Gal 3,13). Y de nuevo: *Pero ya no vivo yo, sino que Cristo vive en mí* (Gal 2,20). No; el Apóstol habla del que, después del pecado, quiere hacer penitencia, y en su persona describe la fragilidad de la condición humana, que sufre la guerra de dos hombres, el interior y el exterior, que mutuamente se combaten. El hombre interior asiente que la ley natural y escrita es buena, santa, justa y espiritual. El exterior: *Yo,* dice, *soy carnal, vendido bajo el pecado. Porque no sé lo que hago. No hago lo que quiero, sino lo que aborrezco* (Rom 7,14s). Ahora bien, si el hombre exterior hace lo que no quiere y pone por obra lo que aborrece, da a entender que el mandamiento es bueno y que no obra él lo que es malo, sino el pecado que habita en su carne, es decir, los incentivos del cuerpo y los deseos del placer, que son congénitos a los cuerpos humanos por razón de la posteridad y propagación de la especie; pero que, si traspasan sus límites, se convierten en pecado. Mírese cada uno a sí mismo y, acusador propio, considere los incentivos de los vicios, cómo en el hablar y en el pensar y en el ardor del cuerpo habla y piensa y sufre a menudo lo que no quiere. No quiero decir «hace», para que no parezca que acuso a los santos, de quienes está escrito: *Era aquel hom-*

autem per concupiscentiam omnes perturbationes animae significatas putamus, quibus maeremus et dolemus, timemus et concupiscimus. Et hoc apostolus, uas electionis, cuius corpus templum erat spiritus sancti et qui dicebat: *An experimentum quaeritis eius, qui in me loquitur, Christi?* et in alio loco: *Christus nos redemit* et rursum: *Viuo autem iam non ego, uiuit autem in me Christus,* non de se loquitur, sed de eo, qui post peccata uult agere paenitentiam, et sub persona sua fragilitatem describit condicionis humanae, quae duorum hominum, interioris et exterioris, pugnantium inter se bella perpetitur. Interior homo consentit et scriptae et naturali legi, quod bona sit et sancta et iusta et spiritalis; exterior: *Ego,* inquit, *carnalis sum, uenundatus sub peccato. Quod enim operor, nescio et non, quod uolo, hoc ago, sed, quod odi.* Si autem exterior facit, quod non uult, et operatur, quod odit, ostendit bonum esse mandatum et non se operari, quod est malum, sed habitans in sua carne peccatum, hoc est incentiua corporis et desideria uoluptatis, quae propter posteros et sobolem insita est humanis corporibus et, si fines fuerit egressa, uertitur in peccatum. Se unusquisque consideret et, accusator sui, tractet incentiua uitiorum, quomodo et in sermone et in cogitatione et in calore corporis saepe loquatur et cogitet et patiatur, quod non uult; nolo dicere faciat, ne sanctos uiros uidear accusare, de quibus scriptum est: *Erat homo ille uerus, inmacula-*

bre verdadero, sin mácula, justo, adorador de Dios, apartado de toda obra mala (Iob 1,1). Y de Zacarías e Isabel: *Y eran los dos justos en la presencia de Dios y caminaban en todos los mandatos y ordenaciones del Señor sin reproche* (Lc 1,6). Y a los apóstoles se les manda: *Sed perfectos, como también vuestro Padre celestial es perfecto* (Mt 5,48). Ahora bien, jamás mandara eso el Señor a los apóstoles, si no supiera que el hombre puede ser perfecto. A no ser que digamos que el apartarse de toda obra mala significa la enmienda y tránsito de los errores de la niñez y de los vicios de la edad lasciva a la corrección y virtudes; y que la justicia que se afirma de Zacarías e Isabel fue externa; pero por dentro estaba la concupiscencia que ahora se dice habitar en nuestros miembros. Pero a los apóstoles, no niños, sino ya de edad madura, se les manda que busquen la perfección, que también nosotros confesamos ser cosa de edad perfecta. Al decir esto, no halagamos a los vicios, sino que seguimos la autoridad de las Escrituras, según las cuales no hay hombre sin pecado, y a todos los encerró Dios bajo el pecado, para compadecerse de todos, con excepción de Aquel sólo *que no cometió pecado ni se halló embuste en su boca* (Is 53,9). De ahí que también Salomón diga que no se hallan en la peña las huellas de la serpiente (Prov 30,19). Y el Señor mismo dice de sí: *Viene el príncipe de este mundo y no halla nada en mí* (Io 14,30), es decir, nada de su obra ni rastro de su huella. Por esta razón se nos manda que no insultemos al hombre que se convierte de sus pecados (Deut 23,7), ni abominemos al egipcio, porque también nosotros estuvimos antaño en Egipto y construimos, de barro y

tus, iustus Dei cultor, recedens ab omni opere malo, et de Zacharia et Elisabeth: *Erant autem iusti ambo in conspectu Dei, ambulantes in omnibus mandatis et iustificationibus Domini absque querella.* Et praeceptum est apostolis: *Estote perfecti, sicut et pater uester caelestis perfectus est.* Numquam autem hoc apostolis imperaret, nisi sciret hominem posse esse perfectum. Nisi forte hoc dicamus, quod recedens ab omni malo emendationem significet et de erroribus pueritiae et uitiis lasciuientis aetatis transitum ad correctionem atque uirtutes, iustitiam quoque, quae in Zacharia et Elisabeth praedicatur, foris esse, concupiscentiam uero, quae nunc habitare in membris nostris dicitur, uersari intrinsecus. Sed apostolis non pueris praecipitur, uerum iam aetatis robustae, ut adsumant perfectionem, quam et nos confitemur in aetate esse perfecta. Nec haec dicentes adulamur uitiis, sed auctoritatem sequimur scripturarum, quod nullus homo absque peccato et conclusit Deus omnes sub peccato, ut omnibus misereatur, absque eo solo, *qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.* Vnde et per Salomonem dicitur, quod serpentis uestigia non inueniantur in petra. Et ipse de se Dominus: *Ecce,* inquit, *uenit princeps mundi istius* et *nihil in me inuenit,* id est sui operis suique uestigii. Ob hanc causam iubetur nobis, ne exprobremus homini reuertenti a peccatis suis et ne abominemur Aegyptium, quia et ipsi quondam in Aegypto fuimus et

ladrillos, ciudades para el faraón. También nosotros fuimos llevados cautivos a Babilonia por la ley del pecado que moraba en nuestros miembros. Mas, como parecía suma desesperación o, por mejor decir, franca confesión, que todo hombre estaba enredado en los lazos del diablo, vuelto en sí el Apóstol o, si se quiere, el hombre bajo cuya persona habla el Apóstol, da gracias al Salvador de que lo redimió con su sangre, le quitó las manchas en el bautismo y, muerto el hombre viejo, nació el nuevo, que dice: *¡Infortunado de mí! ¿Quién me librará de este cuerpo mortal? Gracias doy a Dios por Jesucristo nuestro Señor,* que me ha librado del cuerpo mortal. Mas si a alguno no le parece que diga el Apóstol todo eso de otros en persona propia, explíquenos cómo es que Daniel, que sabemos haber sido justo, dice de sí cuando ruega por otros: *Hemos pecado, hemos hecho inicuamente, nos hemos portado injustamente, hemos obrado impíamente, y nos hemos apartado y desviado de tus mandamientos y juicios y no hemos obedecido a tus siervos los profetas, que hablaron en tu nombre a nuestros reyes y príncipes y padres y a todo el pueblo de la tierra. A ti, Señor, la justicia; a nosotros, empero, la confusión* (Dan 3,29ss). Y tampoco aquello que se dice en el salmo 31: *Te he hecho conocer mi pecado, y no he escondido mi iniquidad. Dije: Confesaré al Señor mi injusticia, y tú perdonaste la impiedad de mi pecado. Por éste orará a ti todo santo en el tiempo oportuno* (Ps 31,5-6), conviene a David, varón justo y, para hablar sencillamente, al profeta cuyas palabras se narran, sino al pecador. Y ya que el justo, bajo la persona

de luto ac lateribus Pharaoni extruximus ciuitates et quia captiui ducti sumus in Babylonem lege peccati, quod in membris nostris morabatur. Cumque uideretur extrema desperatio, immo aperta confessio omnem hominem diaboli laqueis inretiri, conuersus in se apostolus, immo homo, sub cuius persona apostolus loquitur, agit gratias saluatori, quod redemptus sit sanguine eius et sordes in baptismate deposuerit et nouum Christi adsumpserit uestimentum et mortuo uetere homine natus sit homo nouus, qui dicat: *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratias ago Deo per Iesum Christum, dominum nostrum, qui me de corpore mortis liberauit.* Quodsi cui non uidetur sub persona sua hoc apostolum de aliis dicere, exponat, quomodo Danihel, quem iustum fuisse nouimus quasi de se dicat, cum pro aliis deprecetur: *Peccauimus, inique fecimus, iniuste gessimus, inpie egimus et recessimus ac declinauimus a mandatis tuis et iudiciis et non obaudiuimus seruos tuos prophetas, qui locuti sunt in nomine tuo ad reges nostros et principes et patres et ad omnem populum terrae. Tibi, Domine, iustitia, nobis autem confusio.* Illud quoque, quod in tricesimo primo psalmo dicitur: *Peccatum meum cognitum tibi feci et iniquitatem meam non abscondi. Dixi: Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, et tu remisisti inpietatem peccati mei. Pro hoc orabit ad te omnis sanctus in tempore oportuno,* non Dauid et iusto uiro et—ut simpliciter loquar—prophetae, cuius uerba narrantur, sed peccatori congruit. Cumque iustus sub persona paenitentis talia profu-

del penitente, tales efusiones había hecho, merece oír a Dios: *Yo te haré entender y te enseñaré el camino por donde andes: Afirmaré sobre ti mis ojos* (Ps 31,8). En el salmo 37, que se titula: *En conmemoración*, para enseñarnos que hemos de recordar constantemente nuestros pecados y hacer penitencia, leemos también algo semejante: *No tienen paz mis huesos a la vista de mis pecados. Porque mis iniquidades se han levantado sobre mi cabeza, como peso grave han cargado sobre mí. Se han corrompido y se han podrido mis cicatrices a vista de mi insipiencia. Afligido estoy y encorvado sobremanera* (Ps 37,4ss). Todo este pasaje del Apóstol, lo mismo en lo que antecede que en lo que sigue, o, por mejor decir, toda su carta a los romanos, está envuelta en oscuridades. De querer declararlo todo, me haría falta escribir no un solo libro, sino muchos volúmenes.

9. ¿Por qué el Apóstol, en la misma carta a los romanos, escribe: *Deseaba yo mismo ser anatema de Cristo por mis hermanos y deudos según la carne, que son los israelitas, a quienes pertenece la adopción, y la gloria, y los testamentos, y la ley, y el culto, y las promesas; de quien son los patriarcas, de quienes viene Cristo según la carne, el que es sobre todo Dios bendecido por los siglos. Amén* (Rom 9,3ss).—¡Fuerte cuestión! El Apóstol había dicho más arriba: *¿Quién nos separará de la caridad de Cristo? ¿La tribulación, la estrechez, la persecución, el hambre, la desnudez, el peligro o la espada?* E insiste: *Cierto estoy que ni la muerte ni la vida, ni los ángeles ni los principados, ni lo presente ni lo por venir, ni las fortalezas, ni lo alto ni lo pro-*

disset, a Deo meretur audire: *Intellegere te faciam et docebo te in uia hac, in qua ambulabis; confirmabo super te oculos meos.* In tricesimo quoque septimo psalmo, cuius titulus est: *In commemorationem*, ut doceat nos semper peccatorum nostrorum memores esse debere et agere paenitentiam, tale quid legimus: *Non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates meae eleuatae sunt super caput meum, quasi onus graue adgrauatae sunt super me. Corruptae sunt et putruerunt cicatrices meae a facie insipientiae meae. Adflictus sum et incuruatus sum nimis.* Totus hic apostoli locus et in superioribus et in consequentibus, immo omnis epistula eius ad Romanos nimis obscuritatibus inuoluta est et, si uoluero cuncta disserere, nequaquam mihi unus liber, sed multa et magna scribenda erunt uolumina.

9. Quare apostolus Paulus in eadem ad Romanos scribit epistula: *Optabam ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis et propinquis meis iuxta carnem, qui sunt Israhelitae, quorum adoptio et gloria et testamenta et legislatio et cultus et repromissiones, quorum patres, ex quibus est Christus iuxta carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula, amen?*—Reuera ualida quaestio, quomodo apostolus, qui supra dixerat: *Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius?* Et rursum: *Confido autem, quia neque mors neque uita neque angeli neque principatus neque praesentia neque futura neque fortitudines neque excelsa neque*

fundo, ni criatura alguna nos podrá separar de la caridad de Dios, que tenemos en Cristo Jesús, Señor nuestro (Rom 8,38s). Y ese mismo Apóstol afirma ahora bajo juramento y dice: *La verdad digo en Cristo, no miento; pues mi conciencia me da testimonio en el Espíritu Santo: Tengo tristeza grande y dolor continuo. Porque deseaba yo mismo ser anatema de Cristo por mis hermanos y deudos según la carne,* etc. (Rom 9,1ss). Porque si tanta es su caridad para con el Señor, que, ni por miedo a la muerte ni por esperanza de la vida, ni por persecución, ni por hambre, ni por desnudez, ni por peligro, ni por espada puede ser separado de la caridad de El; si, ni aun cuando sobre él vengan ángeles y potestades, lo presente o lo futuro, todas las fortalezas de los cielos, lo excelso a par de lo profundo y toda la creación junta—lo que en manera alguna puede ser—, no ha de separarse de la caridad de Dios, que tiene en Cristo Jesús, ¿qué cambio tan inaudito es ése o, por mejor decir, qué inaudita sabiduría que, por amor a Cristo, no quiera tener a Cristo? Y, por si acaso no lo creyéramos, jura y lo afirma en Cristo, y pone al Espíritu Santo por testigo de su conciencia, de que sufre tristeza, no ligera y fortuita, sino grande e increíble; y dolor en su corazón, no que por un momento punce y pase, sino de asiento y atravesado en él. ¿A qué tira pareja tristeza? ¿Qué quiere ese incesante dolor? Quiere ser anatema de Cristo y perecer para que otros se salven. Mas si consideramos lo que dice Moisés rogando a Dios por el pueblo judío: *Si les perdonas su pecado, perdónaselo; pero si no quieres, bórrame del libro que has escrito* (Ex 32,

profundum neque alia creatura poterit nos separare a caritate Dei quam habemus in Christo Iesu, domino nostro, nunc sub iureiurando confirmet et dicat: *Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu Sancto, quoniam tristitia mihi est magna et continuus dolor cordi meo; optabam enim anathema esse ipse a Christo pro fratribus meis et propinquis iuxta carnem* et reliqua. Si enim tantae est in Dominum caritatis, ut nec metu mortis nec spe uitae nec persecutione nec fame nec nuditate nec periculo nec gladio possit separari a caritate eius, et, si angeli quoque et potestates et uel praesentia uel futura et omnes caelorum fortitudines et excelsa pariter ac profunda et uniuersa simul creatura ei ingruat—quod nequaquam potest fieri—, tamen non separetur a caritate Dei, quam habet in Christo Iesu, quae est ista tanta mutatio, immo inaudita prudentia, ut pro caritate Christi nolit habere Christum? Et ne ei forsitan non credamus, iurat et confirmat in Christo et conscientiae suae testem inuocat Spiritum Sanctum, se habere tristitiam non leuem et fortuitam sed magnam et incredibilem et habere dolorem in corde, non qui ad horam pungat et transeat, sed qui iugiter in corde permaneat. Quo tendit ista tristitia? Ad quid proficit incessabilis dolor? Optat anathema esse a Christo et perire, ut alii salui fiant. Sed si consideremus Moysi uocem rogantis Deum pro populo Iudaeorum atque dicentis: *Si dimittis eis peccatum suum, dimitte; sin autem non uis, dele me de libro tuo,*

31-32), veremos que Moisés y Pablo estaban animados del mismo amor al rebaño que les fuera encomendado. Y es así que *el buen pastor da su vida por sus ovejas; el asalariado, empero, cuando ve venir al lobo, huye, porque no son suyas las ovejas* (Io 10,11s). Lo mismo es decir: *Deseaba yo ser anatema de Cristo* que *Bórrame del libro que has escrito.* Porque los que son borrados del libro de los vivientes y no están escritos con los justos, se hacen anatema del Señor. Y es de considerar juntamente la gran caridad del Apóstol para con Cristo, pues desea morir por El y perderse él solo, con tal de que todo el género humano crea en El; perderse, claro está, no eternamente, sino de presente. Y es así que quien perdiere su alma por Cristo, la salvará (Mt 10,39). Por eso toma el Apóstol un ejemplo del salmo 43: *Porque por causa tuya somos muertos cada día, se nos mira como a ovejas para el matadero* (Ps 43,22). Quiere, pues, el Apóstol perecer en la carne, para que otros se salven en el espíritu; derramar su sangre, para que se conserven las almas de muchos. Y que anatema signifique a veces muerte o matanza, puede probarse por muchos textos del antiguo Instrumento. Y por que no pensemos que su tristeza es ligera y la causa de su dolor menguada, añade estas palabras: *Por mis hermanos y deudos según la carne.* El llamarlos deudos y hermanos según la carne es decir que le son extraños según el espíritu. *A quienes,* dice, *pertenece la adopción,* lo que más expresivamente llama el griego la *hyiothesía,* aquellos de que antaño decía el Señor: *Hijo mío primogénito es Israel* (Ex 4,22). Y: *Hijos he criado y exaltado* (Is 1,2). Pero ahora: *Hijos extraños me han mentido* (Ps 17,46). *De quienes es la*

quem scripsisti, perspiciemus eundem et Moysi et Pauli erga creditum sibi gregem affectum. Pastor enim bonus ponit animam suam pro ouibus, mercennarius autem, cum uiderit lupum uenientem, fugit, quia non sunt eius oues. Et hoc ipsum est dicere: *Optabam anathema esse a Christo* et: *Dele me de libro, quem scripsisti.* Qui enim delentur de libro uiuentium et cum iustis non scribuntur, anathema fiunt a Domino. Simulque cerne apostolum, quantae caritatis in Christo sit, ut pro illo cupiat mori et solus perire, dum modo omne in illum credat hominum genus, perire autem non in perpetuum, sed inpraesentiarum. Qui enim perdiderit animam suam pro Christo, saluam eam facit. Vnde et de quadragesimo tertio psalmo adsumit exemplum: *quoniam propter te mortificamur tota die, reputati sumus ut oues occisionis.* Vult ergo apostolus perire in carne, ut alii saluentur in spiritu, suum sanguinem fundere, ut multorum animae conseruentur. Quod autem anathema interdum occisionem sonet, multis ueteris instrumenti testimoniis probari potest. Et ne leuem putemus esse tristitiam et modicam causam doloris, iungit et dicit: *Pro fratribus meis et propinquis iuxta carnem.* Quando propinquos appellat et fratres iuxta carnem, in spiritu a se ostendit alienos. Quorum est, inquit, adoptio, quae significantius Graece dicitur υἱοθεσία, de quibus quondam Dominus loquebatur: *Filius primogenitus meus Israhel* et: *Filios genui et exaltaui,*

gloria: la gloria de haber sido escogidos de entre todas las naciones como pueblo peculiar de Dios. *Y los testamentos,* uno en letra y otro en espíritu, de modo que quienes antes habían servido carnalmente a las ceremonias de la ley abolida, sirvieran luego espiritualmente a los mandamientos del evangelio eterno. *Y la ley,* que corresponde al Antiguo y Nuevo Testamento. *Y el culto,* es decir, la verdadera religión; *y las promesas,* de modo que cuanto fue prometido a los padres, se cumpla en los hijos. *Y*—lo que vale más que todo lo otro—*de quienes viene Cristo,* nacido de María virgen. Y por que sepamos quién es este Cristo, cifra en una sola palabra las causas de su dolor: *Que es Dios bendecido sobre todo por los siglos. Amén.* ¡Y siendo tal y tan grande no fue recibido por aquellos de cuya estirpe procedía! Y, no obstante, alaba la verdad del juicio, por que no parezca que le desplace la sentencia de Dios sobre sus hermanos y deudos como si fuera dura o excesiva. Así, pues, se duele el Apóstol de que aquellos en quienes tantos bienes se juntaron antes, sean ahora presa de tantos males.

10. ¿Qué quiere decir lo que el mismo Apóstol escribe a los colosenses: *Que nadie os venza queriendo en humillación del espíritu y culto de los ángeles, andando vanamente hinchado sobre lo que no ve por el sentir de su carne y asiendo la cabeza, por la que todo el cuerpo, suministrado y trabado por todas sus junturas y articulaciones, crece en aumento de Dios,* etc. (Col 2, 18,19).—Lo que a menudo hemos dicho sobre que Pablo no habló por humildad, sino con conciencia de la verdad, cuando dijo: *Vulgar soy en el lenguaje, pero no en el conocimiento* (2 Cor

nunc dicit: *Filii alieni mentiti sunt mihi. Et quorum gloria,* ut de cunctis gentibus eligerentur in peculiarem populum Dei. *Et quorum testamenta,* unum in littera, alterum in spiritu, ut, qui prius in carne seruierant, caerimoniis legis abolitae, postea seruirent in spiritu mandatis euangelii sempiterni. *Et legislatio* ad utrumque respondet: et noui et ueteris testamenti. *Et cultus,* id est uera religio. *Et repromissiones* ut, quicquid repromissum est patribus, conpleretur in filiis. *Et*—quod omnibus maius est—*ex quibus Christus,* de Maria generatus uirgine. Et ut sciremus, quis iste sit Christus, causas doloris sui uno sermone conprehendit: *Qui est super omnia Deus benedictus in saecula, amen,* ut iste tantus ac talis ab eis non recipi perciperetur, de quorum stirpe generatus est. Et nihilominus laudat iudicii ueritatem, ne sententia Dei in fratres et propinquos displicere uideatur et uel austera esse uel nimia. In quibus igitur tanta fuerint bona, dolet, cur nunc tanta mala sint.

10. Quid uelit intellegi, quod idem apostolus scribit ad Colossenses: *Nemo uos superet uolens in humilitate mentis et religione angelorum, quae non uidit ambulans frustra inflatus sensu carnis suae et non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus et coniunctiones subministratum et constructum crescit in augmentum Dei* et reliqua.—Illud, quod crebro diximus: *Etsi inperitus sermone, non tamen scientia,* nequaquam Paulum de humilitate, sed de conscientiae ueritate dixisse etiam nunc adprobamus.

11,6), lo comprobamos una vez más aquí. Efectivamente, la lengua no es capaz de expresar las ideas profundas. El mismo siente lo que dice, pero no logra traspasarlo en lenguaje claro a los oídos extraños. Ese lenguaje lo posee él clarísimo en su lengua vernácula—como hebreo nacido de hebreos y educado a los pies de Gamaliel, hombre doctísimo en la ley—; pero, al querer traducirse a sí mismo, se envuelve y confunde. Y si esto le acontece a él en la lengua griega, que, criado en Tarso de Cilicia, bebió desde sus primeros años, ¿qué habrá que decir de los latinos que, empeñados en traducirlo palabra por palabra, no hacen sino oscurecer su pensamiento, ahogando la abundancia de la mies con hierbas excesivas? Trataremos, pues, de parafrasear y desenredar así su sentido y de devolver a su orden y construcción su lenguaje intrincado, a ver si los hilos de las palabras corren sobre estambre sencilla y con clara trama. Y surge el tejido de la palabra del Apóstol. *Nadie os venza:* «Nadie se lleve contra vosotros el premio». Eso, efectivamente, quiere decir la palabra griega *brabeuéto.* Se trata del atleta que, en el combate, por iniquidad del *agoneteta* o por insidias de los maestros, pierde el *brabeion,* el premio o palma que se le debe. Son muchas las palabras que el Apóstol emplea, en estilo un tanto familiar, siguiendo el uso de su ciudad y provincia. Pongamos, por vía de ejemplo, algunas: *A mí poco me importa ser juzgado por día humano* (1 Cor 4,3): *apo anthropines hemeras;* y: *A lo humano hablo* (Rom 6,19): *anthropinon lego;* y: *ou katenárkesa hymas,* es decir, *no os he sido gravoso* (2 Cor 12,14); y la frase que ahora comentamos: *medeis hymas katabrabeueto,* es decir, *nadie se lleve*

Profundos enim et reconditos sensus lingua non explicat et, cum ipse sentiat, quod loquatur, in alienas aures puro non potest transferre sermone. Quem cum in uernacula lingua habeat disertissimum—quippe ut Hebraeus ex Hebraeis et eruditus ad pedes Gamalielis, uiri in lege doctissimi—se ipsum interpretari cupiens inuoluitur. Sin autem in Graeca lingua hoc ei accidit, quam nutritus in Tarso Ciliciae a parua aetate inbiberat, quid de Latinis dicendum est, qui uerbum de uerbo exprimere conantes obscuriores faciunt eius sententias, ueluti herbis crescentibus frugum strangulant ubertatem? conabimur itaque παραφραστικῶς sensum eius euoluere et tricas inplicati eloquii suo ordini reddere atque iuncturae, ut simplici stamine uerborum fila decurrant puroque subtegmine apostolici sermonis textura subcrescat. *Nemo uos superet:* «Nemo aduersum uos brauium accipiat». Hoc enim Graece dicitur βραβευέτω quando quis in certamine positus iniquitate agonothetae uel insidiis magistrorum βραβεῖον et palmam sibi debitam perdit. Multaque sunt uerba, quibus iuxta morem urbis et prouinciae suae familiarius apostolus utitur. E quibus exempli gratia pauca ponenda sunt: *Mihi autem parum est iudicari ab humana die,* hoc est ἀπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας, et: *Humanum dico,* ἀνθρώπινον λέγω et: οὐ κατενάρκησα ὑμᾶς, hoc est *non grauaui uos,* et, quod nunc dicitur: μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω, id est *nullus aduersum uos brauium accipiat.* Quibus et

contra vosotros el premio. De estas y muchas otras palabras peculiares se valen hasta hoy los cilicios. Y no es de maravillarse que el Apóstol emplee los giros de la lengua en que nació y se crió, cuando Virgilio, nuestro segundo Homero, llama al frío, siguiendo el uso de su tierra, «criminal» (VIRG., *Georg.* 2,256). Que nadie, pues, os venza y derribe, queriendo seguir la bajeza de la letra y la religión y culto de los ángeles, a fin de que no sirváis a la inteligencia espiritual, sino a las figuras de lo por venir. Son cosas que ni el mismo que os desea vencer las ha visto o las ve—uno y otro tiempo se da en griego—, sobre todo que anda hinchado y camina engreído y hasta en el porte del cuerpo ostenta la soberbia de su alma. Esto significa el *embateuon* del texto griego. Hinchazón y engreimiento vano, que lo entiende todo carnalmente, en el sentido de su carne, y anda a la búsqueda de los delirios de las tradiciones judaicas. En cambio, no se ase fuertemente a la cabeza de todas las Escrituras, aquella cabeza de que se dijo: *La cabeza del varón es Cristo* (1 Cor 11,3); pero cabeza y principio de todo el cuerpo; de los que creen, y de toda inteligencia espiritual. De esta cabeza recibe el cuerpo de la Iglesia, por sus órganos y articulaciones, el jugo vital de la doctrina celeste. Así, poco a poco, se robustecen todos los miembros y, por los secretos conductos de las venas, se difunde la limpia sangre de los alimentos, y se suministra y va creciendo, o, por mejor decir, se mantiene la armonía o templanza del cuerpo. Así, en fin, regados los miembros de la fuente de la cabeza, crecen en perfección de Dios, hasta que se cumpla la oración del Salvador: *Padre, quiero que, como tú y yo somos una sola cosa, así tam-*

aliis multis uerbis usque hodie utuntur Cilices. Nec hoc miremur in apostolo, si utatur eius linguae consuetudine, in qua natus est et nutritus, cum Vergilius, alter Homerus apud nos, patriae suae sequens consuetudinem «sceleratum» frigus appellet. Nemo ergo uos superet atque deuincat uolens humilitatem litterae sequi et angelorum religionem atque culturam, ut non seruiatis spiritali intellegentiae, sed exemplaribus futurorum, quae nec ipse uidit, qui uos superare desiderat, siue uidet—utrumque enim habetur in Graeco—, praesertim cum tumens ambulet et incedat inflatus mentisque superbiam et gestu corporis praeferat—hoc enim significat ἐμβατεύων—, frustra autem infletur et tumeat sensu carnis suae carnaliter cuncta intellegens et traditionum Iudaicarum deliramenta perquirens et non tenens caput omnium scripturarum illud, de quo dictum est: *Caput uiri Christus est,* caput autem atque principium totius corporis eorumque, qui credunt, et omnis intellegentiae spiritalis. Ex quo capite corpus ecclesiae per suas conpages atques iuncturas uitalem doctrinae caelestis accipit sucum, ut omnia paulatim membra uegetentur et per occultos uenarum meatus fundatur defaecatus sanguis ciborum et ministretur atque subcrescat immo teneatur temperantia corporis, ut de fonte capitis rigati artus crescant in perfectionem Dei, ut inpleatur saluatoris oratio: *Pater, uolo, ut, sicut ego et tu unum sumus, sic et isti in nobis unum sint,* ut, post-

bién éstos sean en nosotros una sola cosa (Io 17,21), a fin de que, cuando Cristo nos entregare al Padre, *Dios lo sea todo en todos* (1 Cor 15,28). Algo semejante, por las palabras, por el sentido y el estilo, escribe, de forma oscurísima, a los efesios: *Mas, hablando verdad en caridad, crezcamos por todo en Aquel que es la cabeza, Cristo, de la que todo el cuerpo, compacto y trabado por todo ligamento de suministración, según la operación que corresponde a cada miembro, va creciendo y edificándose a sí mismo en la caridad* (Eph 4,15s). Sobre este pasaje he hablado más despacio en el comentario a la misma carta. Todo, en definitiva, se dirige contra los judíos, que, después de creer en el Señor salvador, deseaban seguir observando los ritos judaicos. Sobre este punto nos cuentan los Hechos de los Apóstoles no pequeña contienda. Por eso, un poco antes dice Pablo: *Que nadie os juzgue de entre los que se jactan de ser maestros de la ley—por comida o bebida*—, en el sentido de que unos alimentos sean puros, otros impuros, *o por razón de día festivo,* como si unos fueran festivos y otros no—pues para nosotros, que hemos creído en Cristo resucitado, es fiesta continua—*o sobre neomenia,* es decir, sobre calendas y principio de mes, cuando la luna menguante se acaba y queda cubierta por las sombras de la noche—porque la luz de los cristianos es eterna y brilla siempre por los rayos del sol de justicia—*o en cuestión de sábados,* en que no habría que hacer obra servil ni llevar pesos, porque nosotros gozamos de la libertad de Cristo y hemos dejado de llevar los pesos de nuestros pecados. *Todo esto,* dice el Apóstol, *son sombra de lo por venir*

quam nos Christus tradiderit patri, sit Deus omnia in omnibus. Tale quid et in uerbis et in sensibus et in genere elocutionis obscurissime scribit ad Ephesios: *Veritatem autem loquentes in caritate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totum corpus conpactum et conexum per omnem iuncturam subminitrationis secundum operationem in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit in aedificationem sui in caritate.* Super quo in commentariis eiusdem epistulae diximus plenius. Loquitur autem uniuersa contra eos, qui credentes ex Iudaeis in Dominum saluatorem Iudaicas caerimonias obseruare cupiebant. Super qua re et in Actibus apostolorum non parua quaestio concitata est. Vnde et supra Paulus ait: *Nemo uos iudicet*—de his, qui magistros legis esse se iactant—*in cibo et potu,* quod alia munda sint alia inmunda, *aut in parte diei festi,* ut alios dies festos putent, alios non festos—nobis enim, qui in Christum credimus resurgentem, iugis et aeterna festiuitas est— *aut in parte neomeniae,* hoc est kalendarum et mensis noui, quando decrescens luna finitur et noctis umbris tegitur—Christianorum enim lumen aeternum est et semper solis iustitiae radiis inlustratur—*aut in parte sabbatorum,* ut non faciant seruile opus et onera non portent, quia nos Christi sumus libertate donati et onera peccatorum gestare desiuimus. *Haec,* inquit, *omnia umbra sunt futurorum* et imagines uenturae felicitatis, ut, in quibus Iudaei iuxta litteram haesitant et tenentur in terra, nos iuxta spiri-

(Col 2,17) e imágenes de la felicidad venidera, de modo que, en aquello en que los judíos andan vacilantes y pegados a la tierra por seguir la letra, nosotros, siguiendo el espíritu, pasamos a Cristo, que, para distinguirse de las sombras, es ahora llamado cuerpo. En el cuerpo está la verdad; en la sombra del cuerpo, la mentira. Pues así, en la inteligencia espiritual, toda comida y bebida es limpia, y hay que esperar festividad entera y calendas perpetuas y descanso eterno. Ahora preguntamos qué quiere decir o qué sentido tenga: *En humillación y culto de los ángeles* (Col 2,18). Desde el momento que el Señor dijo a sus discípulos: *Levantaos y vámonos de aquí* (Io 14,31); y: *Se os dejará desierta vuestra casa* (Mt 23,38); y: *El lugar en que fue crucificado el Señor se llama espiritualmente Egipto y Sodoma* (Apoc 11,8), todo el culto de las observancias judaicas quedó destruido, y las víctimas que ofrecen no las ofrecen a Dios, sino a los ángeles prófugos y espíritus inmundos. Y no es de maravillar que eso hagan después de la pasión del Señor, cuando por el profeta Amós se les dice: *¿Acaso me ofrecisteis sacrificios y víctimas durante cuarenta años en el desierto, casa de Israel, y tomasteis la tienda de Moloc, y el astro del dios Rempham, figuras que os hicisteis para adorarlas?* (Am 5,25s; Act 7,42s). Pasaje que, en su discurso judaico, expone más despacio el mártir Esteban desenvolviendo la historia de Israel: *Y fabricaron un ídolo aquellos días y ofrecieron sacrificios al ídolo, y se complacían en la obra de sus manos, y Dios se volvió y los entregó para que dieran culto a la milicia del cielo, como se escribe en el libro de los profetas* (Act 7,41s). Ahora bien, milicia del cielo se llaman no sólo

tum transeamus ad Christum, qui ad distinctionem umbrarum nunc corpus appellatur. Quomodo enim in corpore ueritas est et in corporis umbra mendacium, sic in spiritali intellegentia mundus omnis cibus et potus et tota festiuitas et perpetuae kalendae et aeterna requies expectanda est. Quaerimus, quid dicere uoluerit: *in humilitate et religione angelorum* aut quem sensum habeat. Ex quo Dominus locutus est ad discipulos: *surgite, abeamus hinc* et: *Relinquetur uobis domus uestra deserta,* et: *Locus, in quo crucifixus est Dominus, spiritaliter Aegyptus appellatur et Sodoma,* omnis Iudaicarum obseruationum cultura destructa est et, quascumque offerunt uictimas, non Deo offerunt, sed angelis refugis et spiritibus inmundis. Nec mirum, si hoc post passionem Domini faciant, cum per Amos quoque prophetam dicatur ad eos: *Numquid hostias et uictimas obtulistis mihi quadraginta annis in deserto, domus Israhel, et adsumpsistis tabernaculum Moloch et sidus dei Rempham, figuras, quas fecistis, ut adoretis eas?* Quod plenius in contione Iudaica Stephanus martyr exponens et reuoluens historiam ueterem sic locutus est: *Et uitulum fecerunt in diebus illis et obtulerunt hostias idolo et laetabantur in operibus manuum suarum. Conuersus autem est Deus et tradidit eos, ut colerent militiam caeli, sicut scriptum est in libro prophetarum.* Militia autem caeli non tantum sol appellatur et luna et astra rutilantia, sed et omnis ange-

el sol y la luna y los astros rutilantes, sino también toda la muchedumbre angélica y su ejército, que en hebreo se dice *sabaoth*, es decir, «de las fuerzas» o «ejércitos». Por eso leemos también en el evangelio de Lucas: *Y súbitamente apareció con el ángel la muchedumbre del ejército del cielo, que alababan a Dios y decían: Gloria a Dios en lo más alto, y en la tierra, paz a los hombres de buena voluntad* (Lc 2,13s). Efectivamente, Dios hace a sus ángeles espíritus, y a sus ministros fuego abrasador. Y por Ezequiel sabemos que, en todo tiempo, los que adoraban los ídolos, aun cuando aparentemente ofrecían sacrificios en el templo, no se los ofrecían a Dios, sino a los ángeles: *Les di ordenaciones no buenas y mandamientos no buenos* (Ez 20,25). Y es así que Dios no quiere sangre de machos cabríos y de toros (Ps 49,13). *Sacrificio del Señor es un espíritu atribulado, y Dios no desprecia un corazón contrito y humillado* (Ps 50,19). Y por eso, los que se fabricaron un ídolo en Horeb y adoraron al astro del dios Remphán, sobre el que disertamos más despacio en el profeta Amós, adoraron las figuras que ellos hicieron, y Dios los entregó que sirvieran a la milicia del cielo, que aquí es llamada por el Apóstol culto de los ángeles. Por humillación o humildad se lee en el griego *tapeinophrosyne*, es decir, bajeza de espíritu o inteligencia. Y realmente baja inteligencia y mísera opinión es menester para creer que Dios se complace en la sangre de machos cabríos y toros, y con el olor del incienso que los hombres de ordinario evitamos. Lo que sigue: *Si estáis muertos con Cristo a los elementos del mundo, ¿por qué todavía, como si estuvierais en el mundo, decretáis: «No toques, no gustes, no te contami-*

lica multitudo eorumque exercitus, qui Hebraice appellantur *sabaoth*, id est uirtutum siue exercituum. Vnde et in euangelio iuxta Lucam legimus: *Et subito facta est cum angelo multitudo militiae caelestis laudantium Deum et dicentium: Gloria in altissimis Deo et in terra pax hominibus bonae uoluntatis*. Facit enim Deus angelos suos spiritus et ministros suos ignem urentem. Et ut sciamus semper eos, qui colebant idola, licet in templo hostias uiderentur offerre, non Deo eas obtulisse, sed angelis, per Hiezechihel plenius discimus: *Dedi eis iustificationes non bonas et praecepta non bona*. Non enim sanguinem hircorum et taurorum quaerit Deus, sed *sacrificium Domini est spiritus contribulatus, cor contritum et humiliatum Deus non despicit*. Et propterea, qui uitulum fecerunt in Choreb et coluerunt sidus dei Rempham, de quo in propheta Amos plenius disseruimus, adorauerunt figuras, quas ipsi fecerunt, et tradidit eos Deus, ut seruirent militiae caeli, quae nunc ab apostolo religio dicitur angelorum. Pro humilitate in Graeco ταπεινοφοσύνη legitur, id est humilitas mentis siue sensus. Vere enim humilis sensus et miseranda suspicio Deum credere hircorum atque taurorum sanguine delectari et nidore thymiamatis, quem saepe homines declinamus. Quod autem sequitur: *Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quid adhuc tamquam uiuentes in mundo decernitis: «ne tetigeris neque gustaueris neque contrectaueris», quae sunt*

nes»: Cosas que están todas destinadas a consumirse por el uso? ¡Según preceptos y enseñanzas de hombres! Tienen ciertamente algún viso de sabiduría en superstición y humillación, y no para tener miramiento al cuerpo, no en honor alguno para hartura de la carne (Col 2,20ss), paréceme tener el sentido siguiente. Expongámoslo punto por punto, y quiera Cristo esclarecernos la oscuridad del sentido y de las palabras. Si estáis bautizados en Cristo y con Cristo habéis muerto en el bautismo y muerto a los elementos del mundo—por lo que él dice simplemente «elementos»—, ¿por qué no decís conmigo: *En cuanto a mí, Dios me libre de gloriarme fuera de la cruz de nuestro Señor Jesucristo, por quien el mundo está crucificado para mí y yo para el mundo?* (Gal 6,14). ¿No habéis oído al Señor, que dice al Padre: *Ellos no son del mundo, como tampoco yo soy del mundo?* (Io 17,16). Y: *El mundo los aborrece porque no son del mundo, como tampoco yo soy del mundo* (Io 15,19). Vosotros, por lo contrario, como quienes viven en el mundo, decretáis: «No toques el cuerpo de un hombre muerto ni el vestido o taburete en que se hubiere sentado una mujer menstruada. No comas carne de cerdo, de liebres ni de sepias y calamares, de murena y anguila y de todo género de peces que no tengan escamas y aletas. Todo eso está destinado a corromperse y consumirse por el uso, y se arroja por la deyección. *Porque la comida es para el vientre, y el vientre para la comida* (1 Cor 6,13). *Y nada de lo que entra por la boca mancha al hombre, sino lo que de nosotros sale* (Mt 15,11). Seguís, dice, *mandamientos y enseñanzas de hombres,* según lo que dice Isaías: *Este pueblo me honra con sus labios, pero su cora-*

omnia in interitum ipso usu secundum praecepta et doctrinas hominum? Quae sunt rationem quidem habentia sapientiae in superstitione et humilitate et non ad parcendum corpori, non in honore aliquo ad saturitatem carnis, hunc nobis habere sensum uidetur. Curramus per singula et obscuritatem sensuum atque uerborum Christo reserante pandamus. Si baptizati estis in Christo et cum Christo in baptismate mortui, mortui autem ab elementis mundi—pro eo, quod est elementis—, cur mecum non dicitis: *Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo,* nec audistis Dominum dicentem ad patrem: *De mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo,* sed e contrario quasi uiuentes in mundo decernitis: «Ne tetigeris corpus hominis mortui, ne uestimentum et scabellum, in quo sederit mulier menstruata, neque gustaueris suillam carnem et leporum et sepiarum et lolliginum, murenae et anguillae et uniuersorum piscium, qui squamas et pinnulas non habent, quae omnia in corruptione et interitu sunt ipso usu et stercore degeruntur? *Esca enim uentri et uenter escis, et omne, quod intrat per os, non communicat hominem, sed ea, quae de nobis exeunt. Secundum praecepta,* inquit, *et doctrinas hominum,* secundum illud, quod Esaias loquitur: *Populus hic labiis me honorat, cor uero eius longe est a me. Frustra autem colunt me docentes doctrinas et praecepta hominum,*

zón está lejos de mí. En vano me dan culto, enseñando doctrinas y mandamientos de hombres (Is 29,13; Mt 15,8). Por lo que también el Señor reprende a los fariseos diciendo: *Para establecer vuestras tradiciones habéis anulado el mandamiento de Dios. Porque Dios dijo: Honra a tu padre y a tu madre. Y: El que maldijere a su padre o a su madre, muera sin remedio. Vosotros, empero, decís: Todo el que dijere a su padre o a su madre: Ofrenda, toda la que de mí viniere, te aprovechará a ti, y no honró a su padre ni a su madre,* etc. (Mt 15,3ss). Y añade: *Y habéis anulado el mandamiento de Dios por razón de vuestra tradición* (ibid.). No puedo explicar aquí cuántas sean las tradiciones de los fariseos que hoy llaman *deuteroseis* y cuántos sus cuentos de viejas. No lo consiente la extensión de este libro, y la mayoría son tan torpes, que me da vergüenza contarlas. Una sola cosa, sin embargo, voy a decir para ignominia de esa nación enemiga: Tienen al frente de sus sinagogas a hombres sapientísimos, que destinan a una obra fea. Tienen que distinguir si la sangre de una virgen o menstruada es limpia o inmunda, y, si no lo distinguen a simple vista, han de probarla con el gusto. Además, como está mandado que el sábado esté cada uno sentado en su casa y nó salga ni ande del lugar en que habita, si alguna vez nos da por apretarles según la letra, para que no se tumben ni anden ni estén de pie, sino solamente sentados, si quieren cumplir lo mandado, suelen respondernos y decir: Baraquibas y Simeón y Helles, nuestros maestros, nos enseñaron que podemos andar mil pasos en sábado. Y otras cosas por el estilo, prefiriendo las doctrinas de los hombres a la de Dios. No es que nosotros

unde et Dominus pharisaeos corripit dicens: *Irritum fecistis mandatum Dei, ut traditiones uestras statueretis.* Deus enim dixit: *Honora patrem et matrem* et: *qui maledixerit patri et matri, morte morietur. Vos autem dicitis: quicumque dixerit patri uel matri: Munus, quodcumque est ex me, tibi proderit et non honorificauit patrem suum aut matrem* et reliqua. Quibus infert: *Et irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem uestram.* Quantae traditiones pharisaeorum sint, quas hodie δευτερώσεις uocant, et quam aniles fabulae, reuoluere nequeo. Neque enim libri patitur magnitudo et pleraque tam turpia sunt, ut erubescam dicere. Dicam tamen unum in ignominiam gentis inimicae: Praepositos habent sinagogis sapientissimos quosque, foedo operi delegatos, ut sanguinem uirginis siue menstruatae mundum uel inmundum, si oculis discernere non potuerint, gustatu probent. Praeterea, quia iussum est, ut diebus sabbatorum sedeat unusquisque in domo sua et non egrediatur nec ambulet de loco, in quo habitat, si quando eos iuxta litteram coeperimus artare, ut non iaceant, non ambulent, non stent, sed tantum sedeant, si uelint praecepta seruare, solent respondere et dicere: Barachibas et Symeon et Helles, magistri nostri, tradiderunt nobis, ut duo milia pedes ambulemus in sabbato et cetera istius modi, doctrinas hominum praeferentes doctrinae Dei. Non quo dicamus sedendum esse semper in sabbato et de loco, in

digamos que haya uno de estar sentado el sábado y no moverse del sitio en que lo cogiere; lo que decimos es que aquello que es imposible a la ley, y en que muestra su flaqueza por la carne, ha de cumplirse con observancia espiritual.

Sigue: *Cosas que tienen ciertamente algún viso de sabiduría.* En este lugar, la conjunción *quidem,* «ciertamente», es redundante. Es defecto del Apóstol que hallamos en otros varios pasajes por su ignorancia de la gramática. Y, efectivamente, no sigue *sed,* «pero», u otra conjunción que suele responder a la frase en que se pone *quidem.* Así, pues, las observancias judaicas parecen tener entre ignorantes y plebecilla vil alguna apariencia de razón y sabiduría humana, y de ahí es que sus doctores se llamen *sophoi,* es decir, sabios; y cuando en determinados días explican sus tradiciones, suelen decir a sus discípulos: *hoi sophoi deuteroûsin,* es decir, «los sabios enseñan las tradiciones». Por «superstición», el griego pone *ethelothreskeia,* es decir, «falsa religión»; y por «humildad» *tapeinophrosyne,* que suele más bien significar virtud que vicio; pero aquí *tapeinophrosyne* hay que entenderla en el sentido de que piensan cosas bajas y terrenas. En cuanto a *apheidia sómatos,* nombre que no tiene la lengua latina, lo vertemos nosotros «para no tener miramiento al cuerpo». Efectivamente, los judíos no tienen miramiento a sus cuerpos en la toma de los alimentos, desdeñando a veces lo que tienen y buscando lo que no tienen—y por esa necesidad cogen a veces debilidades y enfermedades—, ni tampoco se honran a sí mismos, como quiera que todo es limpio para los limpios (Tit 1,15), y

quo quis fuerit occupatus, penitus non recedendum, sed quod id, quod inpossibile legis est, in quo infirmatur per carnem, spiritali obseruatione conplendum sit.

Sequitur: *Quae sunt rationem quidem habentia sapientiae.* Hoc loco «quidem» coniunctio superflua est, quod in plerisque locis propter inperitiam artis grammaticae apostolum fecisse reperimus; neque enim «sed» sequitur uel alia coniunctio, quae solet ei propositioni, ubi «quidem» positum fuerit, respondere. Videntur igitur obseruationes Iudaicae apud inperitos et uilem plebiculam imaginem habere rationis humanaeque sapientiae, unde et doctores eorum σοφοί, hoc est sapientes, uocantur. Et si quando certis diebus traditiones suas exponunt, discipulis suis solent dicere: οἱ σοφοὶ δευτεροῦσιν, id est sapientes docent traditiones. Pro superstitione in Graeco ἐθηλοθρησκεία posita est, hoc est falsa religio, et pro humilitate ταπεινοφροσύνη quae magis uirtutem solet sonare quam uitium; sed hic ταπεινοφροσύνη sic intellegenda, quod humilia sentiant atque terrena. Ἀφειδία autem σώματος, cuius nomen Latinus sermo non explicat, apud nos dicitur «ad non parcendum corpori». Non parcunt Iudaei corporibus suis in adsumptione ciborum contemnentes interdum, quae habent, et quaerentes, quae non habent—ex qua necessitate debilitates interdum et morbos contrahunt—, nec honorant semet ipsos, cum omnia munda sint mundis nihilque possit esse pollutum, quod cum gratiarum actione perci-

nada puede estar manchado, si se toma con hacimiento de gracias (1 Tim 4,4), creado que ha sido por el Señor para que, comido y consumido, vigorice y sustente los miembros humanos. En cuanto a los elementos del mundo, de los que nos hemos apartado o a los que, por mejor decir, estamos muertos, hay que entender la ley de Moisés y todo el viejo Instrumento, que son como elementos y comienzos de religión por los que hemos aprendido al Señor. Elementos se llaman las letras, por las que juntamos las sílabas y las palabras, de las que pasamos luego, con larga meditación, a formar la oración. La música tiene también sus elementos y la geometría empieza por los elementos de las líneas. La dialéctica y la medicina tienen también sus *eisagoges* o introducciones. Por modo semejante, hasta llegar a la plenitud del evangelio, la infancia del varón santo se instruye en los elementos del Antiguo Testamento. Por eso el salmo 118 y todos los que van señalados por letras, por la ética nos conducen a la teología, y de los elementos de la letra, que mata y se destruye, nos hacen pasar al espíritu, que vivifica. En resolución, los que estamos muertos al mundo y a sus elementos, no debemos observar lo que es del mundo, pues lo uno es principio, lo otro perfección o acabamiento.

11. ¿Qué quiere decir lo que el mismo Apóstol escribe a los tesalonicenses: *Si no viniere primero la discesión y se revelare el hombre de pecado,* etc. (2 Thess 2,3)?—En la primera carta a los tesalonicenses había escrito: *Acerca de los tiempos y momentos, hermanos, no es menester que os escriba. Porque vosotros mismos sabéis muy bien que el día del Señor vendrá como ladrón en la*

pitur, et idcirco a Domino sit creatum, ut saturitate et adinpletione carnis humanos artus uegetet atque sustentet. Elementa autem mundi, a quibus, immo quibus mortui sumus, lex Moysi et omne uetus instrumentum intellegendum est, quibus quasi elementis et religionis exordiis Dominum discimus. Quomodo enim elementa appellantur litterae, per quas syllabas ac uerba coniungimus et ad texendam orationem longa meditatione procedimus, ars quoque musica habet elementa sua et geometrica ab elementis incipit linearum et dialectica atque medicina habent εἰσαγωγάς suas, sic elementis ueteris testamenti, ut ad euangelicam plenitudinem ueniant, sancti uiri eruditur infantia. Vnde et centesimus octauus decimus psalmus et omnes alii, qui litteris praenotantur, per ethicam nos ducunt ad theologiam et ab elementis occidentis litterae, quae destruitur, transire faciunt ad spiritum uiuificantem. Qui ergo mundo et elementis eius mortui sumus, non debemus ea obseruare, quae mundi sunt, quia in altero initium, in altero perfectio est.

11. Quid sibi uelit, quod idem apostolus ad Thessalonicenses scribit: *Nisi discessio uenerit primum et reuelatus fuerit homo peccati* et reliqua. In prima ad Thessalonicenses scripserat: *De temporibus autem et momentis, fratres, non necesse habetis, ut uobis scribam; ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini sicut fur in nocte ita ueniet. Cum enim dixerint:*

noche. Cuando dijeren: «Paz y seguridad», entonces, súbitamente, les sobrevendrá la ruina, como el dolor a la preñada, y no escaparán (1 Thess 5,1ss). Y es que antes les había escrito: *Una cosa os decimos como palabra del Señor, y es que nosotros, los que vivimos, los que quedamos para el advenimiento del Señor, no nos adelantaremos a los que se han dormido. Porque el Señor mismo, a una orden, y a la voz del arcángel y al sonido de la trompeta de Dios, bajará del cielo, y los muertos en Cristo resucitarán primero. Luego nosotros, los que vivimos, los que quedamos, seremos juntamente con ellos arrebatados sobre las nubes al encuentro del Señor en el aire, y así estaremos siempre con el Señor. Consolaos, pues, mutuamente con estas palabras* (1 Thess 4,14ss). Los macedonios que esto oyeron, no entendieron a quiénes llama el Apóstol vivientes consigo y quiénes dice que han de quedar y ser con él arrebatados sobre las nubes al encuentro del Señor. Pensaron más bien que, en vida aún del Apóstol y antes de que gustara la muerte, había de venir Cristo en su majestad. El Apóstol, que lo supo, les ruega y conjura, por el advenimiento de nuestro Señor Jesucristo, que no se conmuevan demasiado aprisa ni por revelación del espíritu ni por palabra ni por supuesta carta suya, como si fuera inminente el día del Señor (2 Thess 2,1-2). Ahora bien, que sean dos los advenimientos del Señor Salvador, lo enseñan todos los libros de los profetas y la fe de los evangelios. Primeramente vino con humildad y luego ha de venir con gloria. Y el Señor mismo atestigua lo que ha de suceder antes de la consumación del mundo y cómo haya de venir el anticristo, cuando les dice a los apóstoles: *Cuando*

pax et securitas, tunc repentinus illis instabit interitus sicut dolor in utero habenti et non effugient. Supra enim ad eos scripserat: *Hoc uobis dicimus in uerbo Domini, quia nos, qui uiuimus, qui residui sumus in aduentu Domini, non praeueniemus eos, qui dormierunt, quoniam ipse Dominus in iussu et in uoce archangeli et in tuba Dei descendet de caelo et mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos, qui uiuimus, qui residui sumus, simul rapiemur cum illis in nubimus obuiam Domino in aëra et sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini inuicem in uerbis istis.* Quod audientes Macedones non intellexerunt, quod secum uiuentes apostolus uocet et qui dicantur residui, qui cum illo rapiantur in nubibus obuiam Domino, sed arbitrati sunt, dum adhuc esset in corpore et antequam gustaret mortem, Christum in sua maiestate uenturum. Quod apostolus audiens rogat eos et adiurat per aduentum Domini nostri Iesu Christi, ut non cito moueantur neque per spiritum neque per sermonem neque per epistulam tamquam ab eo scriptam, quasi instet dies Domini. Duos autem esse aduentus Domini saluatoris et omnia prophetarum docent uolumina et euangeliorum fides, quod primum in humilitate uenerit et postea sit uenturus in gloria, ipso Domino protestante, quae ante consummationem mundi futura sint et quomodo uenturus antichristus, quando loquitur ad apostolos: *Cum uideritis abominationem*

vereis la abominación de la desolación que fue dicha por el profeta Daniel, asentada en el lugar santo—¡el que lee entienda!—, entonces los que están en Judea huyan a los montes, y los que en el tejado, no bajen a coger nada de su casa. Y luego: *Entonces, si alguien os dijere: Aquí está el Mesías, o allí, no lo creáis. Porque surgirán falsos mesías y falsos profetas, y harán grandes milagros y prodigios, hasta el punto de ser inducidos, si fuera posible, a error aun los escogidos. Mirad que os lo he dicho de antemano. Así, pues, si os dijeren: «Mirad que está en el desierto», no salgáis; o «en las recámaras», no lo creáis. Porque a la manera que el rayo sale de oriente y brilla hasta occidente, así será también el advenimiento del Hijo del hombre.* Y luego: *Entonces aparecerá el signo del Hijo del hombre sobre el cielo, y verán al Hijo del hombre que viene sobre las nubes del cielo con gran poder y majestad. Y enviará a sus ángeles con trompeta y voz grande y congregará a sus elegidos de los cuatro vientos desde lo más alto de los cielos hasta el extremo de ellos* (Mt 24, 15ss). Y otra vez habla a los judíos sobre el anticristo: *Yo he venido en nombre de mi Padre y no me habéis creído. Si otro viniere en nombre propio, a ése recibiréis* (Io 5,43). Hubo, pues, de haber entre los tesalonicenses la ocasión de alguna carta mal entendida o alguna fingida revelación que por sueño engañara a los dormidos o la conjetura de algunos que aplicarían al momento presente palabras de Isaías, de Daniel o de los evangelios que anuncian la venida del anticristo, y todo ello los conmovió y turbó, de modo que esperaban iba a venir entonces Cristo en su gloria y majestad. El Apóstol trata de remediar ese error y

desolationis, quae dicta est a Danihele propheta, stantem in loco sancto —qui legit, intellegat—tunc, qui in Iudaea sunt, fugiant ad montes et, qui in tecto, non descendant tollere aliquid de domo sua. Et iterum: *Tunc, si quis uobis dixerit: Ecce hic Christus aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudo-christi et pseudo-prophetae et dabunt signa magna et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Ecce praedixi uobis. Si ergo dixerint uobis: Ecce in deserto est, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente et paret usque in occidentem, ita erit et aduentus filii hominis.* Ac deinde: *Tunc apparebit signum filii hominis in caelo et uidebunt filium hominis uenientem in nubibus caeli cum uirtute multa et maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba et uoce magna et congregabunt electos eius a quattuor uentis a summo caelorum usque ad terminos eorum.* Rursumque de antichristo loquitur ad Iudaeos: *Ego ueni in nomine patris mei et non credidistis mihi. Si alius uenerit in nomine suo, illum suscipietis.* Igitur Thessalonicensium animos uel occasio non intellectae epistulae uel ficta reuelatio, quae per somnium deceperat dormientes, uel aliquorum coniectura Esaiae et Danihelis euangeliorumque uerba de antichristo praenuntiantia in illud tempus interpretantium mouerat atque turbauerat, ut in maiestate sua tunc Christum sperarent esse uenturum. Cui errori medetur apostolus et exponit,

les expone lo que deben esperar antes de la venida del anticristo. Cuando vieran que aquello se cumplía, entonces podrían saber que iba a venir el anticristo, es decir, el hombre del pecado, y el hijo de la perdición, *que se opone y se levanta sobre todo lo que se llama Dios o religión y que se sienta en el templo de Dios* (2 Thess 2,4). Si no viniere primero, dice, la discesión—lo que en griego se dice *apostasía,* de modo que todas las naciones que están sometidas al Imperio romano se disgreguen de ellos—*y no se revelare*—esto es, se manifestare aquel a quien de antemano anuncian las palabras de todos los profetas—*el hombre del pecado*—en que está la fuente de todos los pecados—*y el hijo de perdición*—es decir, hijo del diablo, pues éste es la perdición de todos—, que se opone a Cristo y por eso se llama anticristo, y *se levanta sobre todo lo que se llama Dios,* de modo que pisotee con sus pies a los dioses de todas las naciones o a toda verdadera y probada religión, *y se sentare en el templo de Dios*—sea en Jerusalén, como algunos piensan, sea en la Iglesia, que nos parece más probable—, *haciendo ostentación de ser,* él mismo, Cristo e Hijo de Dios. Si antes, dice el Apóstol, no fuere desolado el Imperio romano y precediere el anticristo, no vendrá Cristo, que ha de venir precisamente para destruir al anticristo. Tenéis que recordar, dice, que esto mismo que ahora os escribo, os lo repetía de viva voz cuando estaba entre vosotros y os decía que no vendría Cristo si no le precedía el anticristo. *Y qué lo retenga ahora, ya lo sabéis, para que se revele a su tiempo* (2 Thess 2,6). Es decir: Sabéis perfectamente la causa por que, de momento, no viene el anticristo. No quiere decir abiertamente que ha de ser

quae ante aduentum antichristi debeant praestolari, ut, cum illa facta uiderint, tunc sciant antichristum, id est hominem peccati et filium perditionis, *qui aduersatur et extollitur super omne, quod dicitur Deus aut quod colitur, et qui in templo Dei sedeat,* esse uenturum. *Nisi,* inquit, *uenerit discessio primum*—quod Graece dicitur ἀποστασία ut omnes gentes, quae Romano imperio subiacent, recedant ab eis—*et reuelatus fuerit*—id est ostensus, quem omnium prophetarum uerba praenuntiant—*homo peccati*—in quo fons omnium peccatorum est—*et filius perditionis*—id est diaboli; ipse est enim uniuersorum perditio—, *qui aduersatur* Christo et ideo uocatur antichristus, *et extollitur super omne, quod dicitur Deus,* ut cunctarum gentium deos siue omnem probatam et ueram religionem suo calcet pede, *et in templo Dei*—uel Hierosolymis, ut quidam putant, uel in ecclesia, ut uerius arbitramur—*sederit ostendens se, tamquam ipse sit* Christus et filius Dei. Nisi, inquit, ante Romanum imperium fuerit desolatum et antichristus praecesserit, Christus non ueniet, qui ideo ita uenturus est, ut antichristum destruat. Meministis, ait, quod haec ipsa, quae nunc scribo per epistulam, cum apud uos essem, praesenti sermone narrabam et dicebam uobis Christum non esse uenturum, nisi praecessisset antichristus. *Et nunc quid detineat, scitis, ut reueletur in suo tempore,* hoc est: Quae causa sit, ut antichristus in praesentiarum non ueniat, opti-

destruido el Imperio romano, que tienen por eterno los mismos que imperan. Por eso, según el Apocalipsis de Juan, la meretriz purpurada lleva escrito en su frente el nombre de blasfemia: «Roma eterna» (Apoc 17,3.5). Efectivamente, de haber dicho abierta y audazmente: «No vendrá el anticristo si antes no fuere borrado el Imperio romano», hubiera parecido que había justa causa para perseguir a la Iglesia, entonces naciente.

Lo que sigue: *Porque ya el misterio de la iniquidad está operando, de modo que el que ahora retiene, que retenga hasta que sea quitado de en medio, y entonces se revelará el inicuo* (2 Thess 2,7-8), tiene este sentido: Por los muchos males y pecados con que Nerón, el más impuro de los Césares, oprime ahora al mundo, se va como gestando el advenimiento del anticristo, y lo que éste ha de obrar después se cumple ya en parte en aquél. Sólo es menester que el Imperio romano, que ahora subyuga a todas las naciones, desaparezca y sea quitado del medio. Y entonces vendrá el anticristo, fuente de iniquidad, a *quien el Señor Jesús matará con el aliento de su boca* (2 Thess 2,8), es decir, con su poder divino y el imperio de su majestad, para la que mandar es hacer. El anticristo no será muerto por ejército numeroso, ni por la fuerza de soldados, ni con el auxilio de los ángeles. No, tan pronto como Cristo viniere, quedará él aniquilado. Como las tinieblas huyen a la salida del sol, así el Señor, con la luz de su advenimiento, destruirá y aniquilará a aquel cuyas obras son obras de Satanás. Y, como en Cristo habitó la plenitud de la divinidad corporalmente (Col 2,9), así en el anticristo estarán todas las fuerzas, signos y prodigios, pero todo mentira. Al modo

me nostis. Nec uult aperte dicere Romanum imperium destruendum, quod ipsi, qui imperant, aeternum putant. Vnde secundum Apocalypsin Iohannis in fronte purpuratae meretricis scriptum est nomen blasphemiae, id est «Romae aeternae». Si enim aperte audacterque dixisset: non ueniet antichristus, nisi prius Romanum deleatur imperium, iusta causa persecutionis in orientem tunc ecclesiam consurgere uidebatur.

Quodque sequitur: *Iam enim mysterium iniquitatis operatur, tantum ut, qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat, et tunc reuelabitur ille iniquus,* hunc habet sensum: multis malis atque peccatis, quibus Nero, inpurissimus Caesarum, mundum premit, antichristi parturitur aduentus et, quod ille operaturus est postea, in isto ex parte conpletur, tantum ut Romanum imperium, quod nunc uniuersas gentes tenet, recedat et de medio fiat. Et tunc antichristus ueniet, fons iniquitatis, *quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui,* diuina uidelicet potestate et suae maiestatis imperio, cuius iussisse fecisse est, non in exercitus multitudine, non in robore militum, non in angelorum auxilio, sed, statim ut ille aduenerit, interficietur antichristus. Et quomodo tenebrae solis fugantur aduentu, sic inlustratione aduentus sui eum Dominus destruet atque delebit, cuius opera satanae sunt opera, et, sicut in Christo plenitudo diuinitatis fuit corporaliter, ita et in antichristo omnes erunt fortitudines et signa atque

que los magos de Egipto resistían con sus embelecos a los milagros que Dios obraba por medio de Moisés, mas la vara de éste se tragó las varas de ellos (Ex 7,8ss), así la verdad de Cristo devorará la mentira del anticristo. Serán, empero, seducidos por la mentira los que están destinados para la perdición. Una objeción tácita podía suscitarse: ¿Por qué le permitió Dios tener toda fuerza, signos y prodigios, hasta el punto de seducir, de ser posible, a los mismos escogidos? El Apóstol se adelanta a la objeción, y lo que podía oponerse lo resuelve antes que se oponga. Todo esto, dice, no lo hará por propia virtud, sino que se lo permitirá Dios por causa de los judíos. Ya que éstos no quisieron recibir la caridad de la verdad, que es Cristo, porque la caridad se ha derramado en los corazones de los creyentes (Rom 5,5) y El mismo dice: *Yo soy la verdad* (Io 14,6), y en el salmo se escribe: *La verdad nació de la tierra* (Ps 84,12); ya, pues, que no recibieron la caridad y la verdad, ya que no quisieron salvarse recibiendo al Salvador, Dios les envía no un operador, sino la operación misma, es decir, la fuente del error, para que crean a la mentira, como embustero que es él mismo y padre de la mentira (Io 8,44). Y todavía, si el anticristo hubiera nacido de una virgen y hubiera venido el primero al mundo, pudieran tener excusa los judíos y decir que lo tuvieron por verdad y por ello recibieron la mentira en lugar de la verdad; pero ahora han de ser juzgados o, más bien, sin género de duda, condenados, porque han despreciado a Cristo, que es la verdad, y han de recibir luego al anticristo, encarnación de la mentira.

prodigia, sed uniuersa mendacia. Quomodo enim signis Dei, quae operabatur per Moysen, magi suis resistebant mendaciis et uirga Moysi deuorauit uirgas eorum, ita mendacium antichristi Christi ueritas deuorabit; seducentur autem eius mendacio, qui perditioni sunt praeparati. Et quia tacita quaestio poterat commoueri: Cur enim concessit Deus omnem eum habere uirtutem et signa atque prodigia, per quae seducantur, si fieri potest, etiam electi Dei?, solutione praeuenit quaestionem et, quod obponi poterat, antequam obponatur, absoluit. Faciet, inquit, haec omnia non sua uirtute, sed concessione Dei propter Iudaeos, ut qui noluerunt caritatem recipere ueritatis, hoc est Christum, quia caritas Dei diffusa est in corda credentium et ipse dicit: *Ego sum ueritas,* de quo in psalmis scriptum est: *Veritas de terra orta est.* Qui ergo caritatem et ueritatem non receperunt, ut saluatore suscepto salui fierent, mittit illis Deus non operatorem, sed ipsam operationem, id est fontem erroris, ut credant mendacio, *quia mendax est ipse et pater eius.* Et siquidem antichristus de uirgine natus esset et primus uenisset in mundum, poterant habere Iudaei excusationem et dicere, quod putauerint ueritatem et idcirco mendacium pro ueritate susceperint; nunc autem ideo iudicandi sunt, immo procul dubio condemnandi, quia Christo ueritate contempta postea mendacium, id est antichristum, suscepturi sunt.

122 A Rústico, sobre la penitencia

1. Escribo, desconocido, a un desconocido. Y que tenga yo pareja audacia, obra es de las súplicas de la santa esclava de Cristo Hedibia y de mi santa hija, cónyuge tuya, Artemia. Cónyuge, digo, y debiera decir, de cónyuge, hermana y consierva del Señor. No se contenta ella con su propia salud, y, como la buscó antes en tu patria, así busca ahora también la tuya en los santos lugares. Así desea imitar la benevolencia de los apóstoles Andrés y Felipe, que, encontrados uno y otro por Cristo, fueron ellos a buscar el uno a su hermano Simón y el otro a su amigo Natanael. Y de los nuevos encontrados, el uno merece oír: *Tú eres Simón, hijo de Juan; tú te llamarás Cefas, que se traduce Pedro o «roca»* (Io 1,42). Y el otro, «don de Dios»—así efectivamente suena en nuestra lengua Natanael—, es levantado por el testimonio de Cristo, que le dice: *He aquí un verdadero israelita en quien no hay trampa* (Io 1,47). Deseara también antaño Lot salvar, juntamente con sus hijas, a su mujer y, saliendo chamuscado del incendio de Sodoma y Gomorra, sacar a la que se sentía atada por los prístinos vicios. Pero, por un lado, la desesperación trémula y que mira a la espalda es condenada con eterno monumento de la infidelidad, y, por otro, la fe ardiente, en lugar de la mujer perdida, libera la ciudad entera de Segor. En fin, ya que había abandonado los valles y tinieblas de Sodoma y ganó la montaña, le salió el sol en Segor, que se traduce «la pequeña». La fe escasa de Lot, ya que no había podido salvar lo grande, salvaría lo pequeño. Y es así que el antiguo habitador de Gomorra y del error no podía

122 Ad Rusticvm de paenitentia

1. Quod ignotus ad ignotum audeo scribere, sanctae ancillae Christi Hedybiae et sanctae filiae meae, coniugis tuae Artemiae, immo sororis ex coniuge atque conseruae, fecit deprecatio. Quae nequaquam propria salute contenta tuam et ante quaesiuit in patria et nunc in sanctis locis quaerit salutem imitari cupiens Andreae et Philippi apostolorum beniuolentiam, quorum uterque inuentus a Christo fratrem Simonem et amicum Nathanahel inuenire desiderat, ut alter eorum mereatur audire: *Tu es Simon, filius Iohannis, tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus,* alter donum Dei—hoc enim in lingua nostra sonat Nathanahel—Christi ad se loquentis testimonio subleuetur: *Ecce uere Israhelita, in quo dolus non est.* Optauerat quondam et Loth cum filiabus saluare coniugem suam et de incendio Sodomae et Gomorrae paene semiustus erumpens educere eam, quae pristinis uitiis tenebatur adstricta; sed et trepida desperatio respiciensque postergum aeterno infidelitatis titulo condemnatur et ardens fides pro una muliere perdita totam Segor liberat ciuitatem. Denique, postquam Sodomiticas ualles ac tenebras derelinquens ad montana conscendit, ortus est ei sol in Segor, quae interpretatur paruula, ut parua fides Loth, quia maiora non poterat, saltim minora seruaret. Neque enim Go-

llegar inmediatamente al mediodía, en que Abrahán, amigo del Señor, con los ángeles recibió a Dios, y José da de comer a sus hermanos en Egipto, y el esposo oye que le dice la esposa: *¿Dónde apacientas, dónde pasas la siesta al mediodía?* (Cant 1,7).

Samuel, en otro tiempo, lloraba a Saúl, porque no quería éste curarse de las heridas de la soberbia con la medicina de la penitencia, y Pablo lloraba también a los corintios, porque no querían borrar con lágrimas las manchas de la fornicación. De ahí que Ezequiel se trague un libro escrito por dentro y por fuera con poema, llanto y guayes: poema, sobre la alabanza de los justos; llanto, por los penitentes, y guayes, por aquellos de quienes se escribe: *Cuando el impío llega a lo profundo de sus males, desprecia* (Prov 18,3). A éstos alude también Isaías cuando dice: *Invitó el Señor Sabaot en aquel día a llorar y gemir y rasurar la cabeza y ceñirse de saco; pero ellos hicieron fiesta y regocijo, matando novillos y degollando ovejas, para comer carnes, y diciendo: Comamos y bebamos, pues mañana moriremos* (Is 22,12ss). De ellos habla también Ezequiel: *Y tú, hijo de hombre, di a la casa de Israel: Vosotros habláis así: Nuestros errores y nuestras iniquidades pesan sobre nosotros y en ellas nos consumimos. ¿Cómo podremos salvarnos? Diles: Vivo yo, dice el Señor, que no quiero la muerte del impío, sino que se vuelva de su camino.* E insiste: *Volveos, volveos de vuestro camino. ¿Por qué habéis de morir, casa de Israel?* (Ez 33,10ss). Nada ofende tanto a Dios como abrazar lo malo por desesperar del bien, aunque la misma desesperación es indicio de falta de fe. Y es así que quien desespera

morrae quondam et erroris habitator statim ad meridiem poterat peruenire, in qua Abraham, amicus Domini, cum angelis suscepit Deum et Ioseph fratres pascit in Aegypto sponsusque audit a sponsa: *Vbi pascis, ubi cubas in meridie?* Samuhel quondam plangebat Saul, quia superbiae uulnera paenitentiae medicamine non curabat, et Paulus lugebat Corinthios, qui fornicationis maculas lacrimis delere nolebant. Vnde et Hiezechiel librum deuorat scriptum intus et foris carmine et planctu et uae: Carmine super laude iustorum, planctu super paenitentibus, uae super his, de quibus scriptum est: *Cum uenerit inpius in profundum malorum, contemnit.* Quod ostendit et Esaias dicens: *Vocauit Dominus sabaoth in die illa fletum et planctum et decaluationem et accinctionem ciliciorum; ipsi autem fecerunt laetitiam et exultationem mactantes uitulos et occidentes oues, ut comederent carnes, atque dicentes: Manducemus et bibamus, cras enim moriemur.* De quibus et Hiezechiel loquitur: *Et tu, fili hominis, dic domui Israhel: Sic locuti estis dicentes: Errores nostri et iniquitates nostrae super nos erunt et in ipsis contabescimus; et quomodo salui esse poterimus? Dic eis: Viuo ego, dicit Dominus; nolo mortem inpii, sed ut conuertatur a uia sua.* Et iterum: *reuertimini recedentes a uia uestra: quare moriemini, domus Israhel?* Nihil ita offendit Deum quam desperatione meliorum haerere peioribus, licet et ipsa desperatio incredulitatis indicium sit. Qui enim desperat salutem, non putat futurum

de su salud no piensa haya de haber juicio venidero, pues si a éste temiera, no hay duda que se prepararía con buenas obras para comparecer ante el juez. Oigamos cómo habla Dios por Jeremías: *Vuelve tu pie del camino áspero y refrigera tus fauces de la sed* (Ier 2,25). Y otra vez: *¿Acaso el que cae no se levantará, y el que se fue no volverá?* (Ier 8,4). Y por Isaías: *Cuando, convertido, gimieres, te salvarás, y entonces sabrás dónde estuviste* (Is 30,15). No podemos saber los males de la enfermedad sino cuando hemos recuperado la salud, y cuán grande bien sea la virtud, pónenlo bien de manifiesto los vicios. La luz campea con más claridad a par de las tinieblas. También Ezequiel, con las mismas palabras, por inspirarle el mismo espíritu: *Convertíos,* dice, *y volved de vuestras iniquidades, casa de Israel, y no serán para vosotros tormento de impiedad. Arrojad todas vuestras impiedades, con que impíamente obrasteis contra mí, y haceos un corazón nuevo y un espíritu nuevo. ¿Por qué habéis de morir, casa de Israel? Yo no quiero la muerte del pecador, dice el Señor* (Ez 18,30ss). De ahí que hable también más adelante: *Vivo yo, dice el Señor, que no quiero la muerte del pecador, sino que se convierta de su camino y viva* (Ez 33,11). De este modo, con la promesa de los bienes, no debe desesperar el alma incrédula; ni el corazón entregado ya a su perdición deje de aplicar la cura a la llaga, por creer no puede en modo alguno ser curada. Por eso dice Dios que jura, de suerte que, si no le creemos cuando nos promete, le creamos por lo menos cuando jura para salud nuestra. Por esta causa, también el justo suplica diciendo: *Conviértenos, ¡oh Dios, salvador nuestro!, y aparta de nosotros tu furor* (Ps 84,5). Y otra vez:

esse iudicium. Quod si metueret, utique bonis operibus se iudici praepararet. Audiamus per Hieremiam loquentem Deum: *Conuerte pedem tuum a uia aspera et guttur tuum a siti* et iterum: *Numquid, qui cadit, non resurget aut, qui auersus est, non reuertetur?* Et per Esaiam: *Quando conuersus ingemueris, tunc saluus eris et scies, ubi fueris.* Scire non possumus aegrotationis mala, nisi cum fuerit sanitas consecuta, et, quantum boni uirtus habeat, uitia demonstrant clariusque fit lumen conparatione tenebrarum. Hiezechiel quoque isdem uerbis, quia eodem et spiritu: *Conuertimini,* inquit, *et redite ab iniquitatibus uestris, domus Israhel, et non erunt uobis in tormentum inpietatis. Proicite omnes inpietates uestras, quibus inpie egistis aduersum me, et facite uobis cor nouum et spiritum nouum. Et quare moriemini, domus Israhel? Nolo enim mortem peccatoris, dicit Dominus.* Vnde et in consequentibus loquitur: *Viuo ego, dicit Dominus. Nolo mortem peccatoris, nisi ut reuertatur a uia sua et uiuat,* ne mens incredula bonorum repromissione desperet et semel perditioni animus destinatus non adhibeat uulneri curationem, quod nequaquam aestimat posse curari. Idcirco iurare se dicit, ut, si non credimus promittenti Deo, credamus saltim pro nostra salute iuranti. Quam ob causam et iustus precatur ac dicit: *Conuerte nos, Deus salutaris noster, et auerte furorem tuum a nobis* et iterum: *Domine, in uoluntate tua praestitisti decori meo*

Señor, por tu voluntad, diste a mi hermosura fortaleza; apartaste tu faz y quedé turbado (Ps 29,8). Es decir, después que troqué la fealdad de mis culpas por la hermosura de las virtudes, fortaleciste mi flaqueza con tu gracia, y puedo oír que me prometes: *Perseguiré a mis enemigos, y les daré alcance, y no me volveré hasta que desfallezcan* (Ps 17,38). Es decir, yo, que antes huía de ti y era enemigo tuyo, ahora seré asido de tu mano. No cejes en tu persecución hasta que yo desfallezca en mi camino pésimo y me vuelva a mi primer marido, el que me daba vestidos de lino y óleo y flor de harina y me alimentaba con comidas muy pingües. El fue quien cercó y cerró mis caminos pésimos, por que yo hallara el camino que dice en el evangelio: *Yo soy el camino y la vida y la verdad* (Io 14,6).

Oye cómo habla el profeta: *Los que siembran con lágrimas, segarán con regocijo. Al ir iban llorando, llevando sus semillas; mas, al venir, vendrán con júbilo, llevando sus manojos* (Ps 125, 5-6). Pues habla tú como él: *Trabajé en mi gemido, lavaré cada noche mi lecho, con lágrimas regaré mi estrado* (Ps 6,7). Y otra vez: *Como el ciervo desea las fuentes de las aguas, así te desea a ti, ¡oh Dios!, mi alma. Sedienta está mi alma del Dios fuerte y vivo; mis lágrimas son mi pan los días y las noches* (Ps 41,2ss). Y en otro salmo: *Dios mío, Dios mío, a ti con la luz me despierto. Sedienta está de ti mi alma. ¡De cuántas maneras te desea mi carne! Como en tierra desierta, sin caminos ni agua, así me he presentado a ti en el santuario* (Ps 62,2-3). Aun cuando mi alma estaba sedienta de ti, sin embargo, con mucho más trabajo de mi carne te he buscado y no he podido presentarme delante de ti en tu san-

fortitudinem, auertisti faciem tuam et factus sum conturbatus. Postquam enim foeditatem delictorum meorum uirtutum decore mutaui, infirmitatem meam tua gratia roborasti et te audiam pollicentem: *Persequar inimicos meos et conprehendam eos et non reuertar, donec deficiant,* ut, qui te ante fugiebam et inimicus eram, tua conprehendar manu. Ne cesses a persequendo, donec deficiam a uia mea pessima et reuertar ad uirum meum pristinum, qui mihi dabat linteamina mea et oleum et similam et cibabat me pinguissimis cibis. Qui idcirco obsaepsit atque praeclusit uias meas pessimas, ut eam inuenirem uiam, quae dicit in euangelio: *Ego sum uia et uita et ueritas.* Audi prophetam loquentem: *Qui seminant in lacrimis, in gaudio metent. Euntes ibant et flebant portantes semina sua; uenientes autem uenient in exultatione portantes manipulos suos,* et loquere cum eo: *Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, in lacrimis stratum meum rigabo,* et iterum: *Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem et uiuum, factae sunt lacrimae meae panis per diem et noctem,* et in alio loco: *Deus, Deus meus, ad te de luce uigilo. Sitiuit ad te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. In terra deserta et inuia et inaquosa, sic in sancto apparui tibi.* Quamquam sitierit te anima mea, tamen non potui nisi prius in terra deserta a uitiis et inuia aduer-

mi incontinencia, no de su voluntad. El quiere que todos sean como él mismo, y que piensen en las cosas de Dios, y que los que quedan sueltos no vuelvan más a atarse. Mas si ve que, resbalando por la incontinencia, van a dar en el despeñadero del estupro, tiende la mano de la digamia para que se revuelquen mejor con una sola que con muchas. No piense el bínubo que esto se dice con acritud ni lo oiga como si fuera contra la regla del Apóstol. Porque dos voluntades hay en el Apóstol. Una la que manda: *Digo, empero, a solteros y viudos: Bien les está si permanecen así, como yo;* otra la que concede: *Pero, si no se contienen, cásense, pues más vale casarse que abrasarse* (1 Cor 7,8). Lo primero pone de manifiesto lo que quiere; lo segundo, lo que se ve forzado a querer. Quiere que permanezcamos, después de las nupcias, como él mismo, y a sí mismo se pone por ejemplo de la bienaventuranza o felicidad que nos propone. Mas si ve que no queremos lo que él quiere, condesciende con nuestra incontinencia. ¿Cuál de las dos voluntades escogemos: lo que él prefiere y es de suyo bueno, o lo que se hace más leve en comparación del mal y, en cierto modo, no es ni bueno, porque se prefiere al mal? Luego los que escogemos lo que el Apóstol no quiere, sino que se ve forzado a querer, o, por mejor decir, lo concede a quienes desean lo peor, no hacemos la voluntad del Apóstol, sino la nuestra. Leemos en el Antiguo Testamento que los pontífices sólo se casaban una vez, y que las hijas de los sacerdotes, si enviudaban, debían comer de la comida sacerdotal y, al morir, se les hacían exequias como al padre y a la madre; mas, si tomaban otros ma-

tatis. Vult esse omnes sicut se ipsum et ea cogitare, quae Dei sunt, et solutos nequaquam ultra alligari. Sed, si labentes per incontinentiam ad baratrum stupri uiderit peruenire, digamiae porrigit manum, ut cum una magis quam cum pluribus uolutentur. Quod nequaquam amare dictum et contra apostoli regulam secundus nuptiator exaudiat. Duae enim sunt apostoli uoluntates: Vna, qua praecipit: *Dico autem innuptis et uiduis: bonum est illis, si sic permanserint sicut ego,* altera, qua indulget: *Si autem non se continent, nubant; melius est enim nubere quam uri.* Primum, quid uelit, deinde, quid cogatur uelle, demonstrat. Vult nos permanere post nuptias sicut se ipsum et propositae beatitudinis apostoli ponit exemplum. Sin autem nos uiderit nolle, quod ipse uult, incontinentiae nostrae tribuit indulgentiam. Quam e duabus eligimus uoluntatem? Quod magis uult et quod per se bonum est, an quod mali conparatione fit leuius et quodam modo nec bonum est, quia praefertur malo? Ergo, qui eligimus, quod apostolus non uult, sed uelle conpellitur, immo adquiescit deteriora cupientibus, non apostoli sed nostram facimus uoluntatem. Legimus in ueteri testamento pontifices semel maritos et filias sacerdotum, si uiduae fuerint, uesci debere de sacerdotalibus cibis mortuisque sicut patri et matri sic exhibendum inferiarum officium, sin autem alios uiros

ridos, se hacían extrañas al padre y a los sacrificios, y debían ser contadas entre las extrañas.

7. La misma gentilidad observa eso para condenación nuestra, si la verdad no ofrece a Cristo lo que la mentira da al diablo, que ha inventado también una castidad de perdición. El hierofanta, entre los atenienses, renuncia al matrimonio y, con perpetua mutilación, se hace casto; el flamen es admitido al sacerdocio marido de una sola mujer, y la esposa flamínica se escoge también de un solo marido; a los ritos del toro egipcio se admite al una vez casado, para no hablar de las vírgenes de Vesta y Apolo, de la Juno aquiva, de Diana y Minerva, que se marchitan en la perpetua virginidad de su sacerdocio. Tocaré sólo brevemente a la reina de Cartago, que prefirió arder antes que casarse con el rey Jarba (VIRG., *Aen.* 4,20-29); y la mujer de Asdrúbal, que, asiendo con las dos manos a sus hijos, se arrojó al incendio que tenía debajo para no sufrir menoscabo en su pudor; y Lucrecia, que, perdida la gloria de la castidad, no quiso sobrevivir a la mancha de su conciencia. Y para no tejer aquí una larga lista de nombres y hechos, que para tu edificación puedes tomar del primer volumen contra Joviniano, repetiré sólo un hecho que aconteció en tu patria, para que sepas cómo aun las naciones bárbaras, fieras y sanguinarias, veneran la castidad. Un pueblo teutón, venido de las últimas costas del Océano y Germania, inundó todas las Galias y, después de deshacer muchas veces a los ejércitos de Roma, fue derrotado junto a Aquas Sextias (Aix) por el ejército de Mario. Trescientas matronas de los teutones habían de ser entre-

acceperint, alienas et a patre et a sacrificiis fieri et inter externas debere reputari.

7. Quod quidem obseruat et gentilitas in condemnationem nostri, si hoc non exhibeat ueritas Christo, quod tribuit mendacium diabolo, qui et castitatem repperit perditricem. Hierophanta apud Athenas eiurat uirum et aeterna debilitate fit castus, flamen unius uxoris ad sacerdotium admittitur, flaminica quoque unius mariti uxor eligitur, ad tauri Aegyptii sacra semel maritus adsumitur, ut omittam uirgines Vestae et Apollinis Iunonisque Achiuae et Dianae ac Mineruae quae perpetua sacerdotii uirginitate marcescunt. Stringam breuiter reginam Carthaginis, quae magis ardere uoluit quam Iarbae regi nubere, et Hasdrubalis uxorem, quae adprehensis utraque manu liberis in subiectum se praecipitauit incendium, ne pudicitiae damna sentiret, et Lucretiam, quae amissa gloria castitatis noluit pollutae conscientiae superuiuere. Ac ne multa longo sermone contexam, quae potes de primo contra Iouinianum uolumine in aedificationem tuam sumere, unum tantum, quod in patria tua gestum est, repetam, ut scias pudicitiam etiam barbaris ac feris et sanguinariis gantibus esse uenerabilem. Gens Teutonum ex ultimis oceani atque Germaniae profecta litoribus omnes Gallias inundauit saepiusque caesis Romanis exercitibus apud Aquas Sextias Mario oppugnante superata est. Quorum trecentae matronae, cum aliis se uiris captiuitatis condicione tradendas esse didicissent, primo

gadas a otros tantos hombres en condición de cautivas. Ellas lo supieron, y primero rogaron al cónsul que se las pusiera al servicio del templo de Ceres y Venus. No lo lograron y fueron echadas fuera por el lictor. Al día siguiente, de mañana, después de matar ellas a sus hijos pequeños, fueron halladas muertas, estranguladas a lazo y abrazadas unas con otras.

8. Ahora bien, lo que la cautividad no logró imponer a la castidad bárbara, ¿lo hará una noble matrona, y probará otro marido? El que perdió, o fue bueno o tuvo que aguantar lo malo. ¿Y se empeña una vez más en obrar contra el juicio de Dios? ¿Pues qué si pierde inmediatamente el segundo? ¿Se echará en busca del tercero? Y si se durmiere el tercero, ¿se abalanzará al cuarto y quinto? ¿Y en qué se diferenciará entonces de las rameras? A todo trance ha de procurar la viuda no traspasar los límites primeros de la castidad. Si los traspasa y rompe la vergüenza matronal, se desenfrenará a toda lujuria, de suerte que merecerá oír al profeta que le dice: *Se te ha puesto cara de meretriz, eres desvergonzada toda* (Ier 3,3). Entonces, ¿condenamos las segundas nupcias? En manera alguna. Lo que hacemos es alabar las primeras. ¿Echamos de la Iglesia a los bígamos? Lejos de eso. Lo que queremos es provocar a la continencia a los monógamos. En el arca de Noé no sólo hubo animales puros, sino también impuros. Tuvo dentro a hombres y tuvo también serpientes. También en una casa grande hay variedad de enseres, unos para usos de honor, otros para uso de ignominia (2 Tim 2,20). Hay copa para beber y hay orinal para lo que pide la naturaleza. La semilla que cae en tierra buena, nos enseña el evangelio que da

consulem deprecatae sunt ut templo Cereris ac Veneris in seruitium traderentur. Quod cum non inpetrarent submouente eas lictore, caesis paruulis liberis mane mortuae sunt repertae suffocatis laqueo faucibus et mutuis conplexibus se tenentes.

8. Quod igitur barbarae castitati non potuit inferre captiuitas, hoc matrona nobilis faciet et experietur alterum uirum, quae priorem aut bonum perdidit aut malum experta est, ut rursum contra iudicium Dei facere nitatur? quid? si statim secundum perdiderit, sortietur et tertium? Et si ille domierit, in quartum quintumque procedet, ut quo a meretricibus differat? Omni ratione uiduae prouidendum est, ne castitatis primos excedat limites, quos si excesserit et uerecundiam ruperit matronalem, in omnem debacchabitur luxuriam, ita ut prophetam mereatur audire dicentem: *Facies meretricis facta est tibi; inpudorata es tu.* Quid igitur? Damnamus secunda matrimonia? Minime, sed prima laudamus. Abicimus de ecclesia digamos? Absit, sed monogamos ad continentiam prouocamus. In arca Noe non solum munda, sed et inmunda fuerunt animalia; habuit et homines, habuit et serpentes. In domo quoque magna uasa diuersa sunt, alia in honorem, alia in contumeliam. Est et crater ad bibendum, est et matula ad secretiora naturae. Nam cum in semente terrae bonae centesimum et sexagesimum et tricesimum fructum euangelia doceant et centenarius pro

fruto de ciento, de sesenta y de treinta. El de ciento, que ocupa el primer puesto, es la corona de la virginidad; el de sesenta corresponde al trabajo de las viudas; el de treinta, por la conjunción misma de los dedos, indica la alianza de las nupcias. ¿En qué número pondremos la digamia? Más bien está fuera de número. Por lo menos, no nace en la tierra buena, sino entre las espinas y zarzales de las zorras, que se comparan con el impiísimo Herodes (Lc 13,32). Su loa está en ser mejor que las rameras, en que supera a las víctimas de las públicas torpezas, en que se prostituye a uno solo y no a muchos.

9. Voy a contar una cosa increíble, pero que puedo demostrar con testimonio de muchos. Cuando, hace ya muchísimos años, ayudaba yo a Dámaso, obispo de Roma, en la cancillería eclesiástica y respondía a las consultas sinódicas de Oriente y Occidente, vi una pareja, tal para cual, de hombres vilísimos de la plebe, uno que había enterrado a veinte mujeres; la otra, que había tenido veintidós maridos. Los vi, digo, que se casaron, según pensaban, por última vez. Había enorme expectación, lo mismo entre hombres que entre mujeres, a ver quién enterraba a quién después de tantas nuevas. Venció el marido y, con afluencia de todo el pueblo, coronado y con la palma en la mano, y haciendo inclinaciones a los que gritaban: «Entierra a mil una a una», iba delante del féretro de su mujer multínuba. ¿Qué diremos a tal mujer? Pues lo que dijo el Señor a la samaritana: «Veintidós maridos has tenido, y éste que te lleva ahora a enterrar no es tuyo» (cf. Io 4,18).

10. Así, pues, te ruego, hija piadosa en Cristo, que no co-

uirginitatis corona primum gradum teneat, sexagenarius pro labore uiduarum in secundo sit numero; pricenarius foedera nuptiarum ipsa digitorum coniunctione testetur, digamia in quo erit numero? immo extra numerum. Certe in bona terra non oritur, sed in uepribus et in spinetis uulpium, quae Herodi inpiissimo conparantur, ut in eo se putet esse laudabilem, si scortis melior sit, si publicarum libidinum uictimas superet, si uni sit prostituta, non pluribus.

9. Rem dicturus incredibilem multorum testimoniis adprobabo. Ante annos plurimos, cum in chartis ecclesiasticis iuuarem Damasum, Romanae urbis episcopum, et orientis atque occidentis synodicis consultationibus responderem, uidi duo inter se paria uilissimorum e plebe hominum conparata, unum, qui uiginti sepelisset uxores, alteram, quae uicesimum secundum habuisset maritum, extremo sibi, ut ipsi putabant, matrimonio copulatos. Summa omnium expectatio uirorum pariter ac feminarum: Post tantas rudes quis quem primus efferet? Vicit maritus et totius urbis populo confluente coronatus et palmam tenens adoransque per singulas sescentas! clamantes uxoris multinubae feretrum praecedebat. Quid dicimus tali mulieri? Nempe illud, quod Dominus Samaritanae: uiginti duos habuisti maritos et istum, a quo nunc sepeliris, non est tuus.

10. Itaque obsecro te, religiosa in Christo filia, ut testimonia ista

nozcas esos textos con que se acude en ayuda de los incontinentes y miserables, sino que leas más bien frecuentemente aquellos con que se corona la pureza. Bástete haber perdido el primer grado de la virginidad y que, pasando por el tercero, has venido al segundo, es decir, por el deber conyugal a la continencia de la viudez. No pienses en lo extremo o, por mejor decir, en lo abyecto, ni busques ejemplos extraños y remotos. Ahí tienes a tu abuela, a tu madre y tía, cuya imitación abundante, su enseñanza y preceptos de vida son norma de virtudes. Y es así que, si muchas en el matrimonio, viviendo aún sus maridos, entienden aquello del Apóstol: *Todo es lícito, pero no todo conviene* (1 Cor 6,12), y se castran a sí mismas por amor del reino de los cielos después del segundo nacimiento por el bautismo, de común acuerdo, o después de las nupcias por el fervor de la fe; ¿por qué la viuda, que por juicio del Señor dejó de tener marido, no repetirá, gozosa a par y gemebunda, lo de Job: *El Señor lo dio, el Señor lo quitó?* (Io 1,21). ¿Por qué no coger de los pelos la ocasión de libertad que se le ofrece, para tener de nuevo potestad sobre su cuerpo y no ser esclava de un hombre? Y ciertamente mucho más trabajoso es no gozar de lo que se tiene que echar de menos lo que se ha perdido. De ahí que la virginidad es mucho más feliz, por el hecho de no conocer los incentivos de la carne, y tanto más angustiosa la viudez por recordar los pasados placeres, sobre todo si la viuda piensa haber perdido a su marido y no que lo ha mandado delante. Lo uno es fuente de dolor; lo otro, de gozo.

11. La creación del hombre nos ha de enseñar a rebatir la

non noueris, quibus incontinentibus et miseris subuenitur, sed illa potius lectites, quibus pudicitia coronatur. Sufficit tibi, quod perdidisti primum uirginitatis gradum et per tertium uenisti ad secundum, id est per officium coniugale ad uiduitatis continentiam. Extrema, immo abiecta ne cogites nec aliena et longe posita exempla perquiras. Habes auiam, matrem, amitam, quarum tibi abundans imitatio atque doctrina et praecepta uiuendi norma uirtutum est. Si enim multae in coniugio uiuentibus adhuc uiris intellegunt illud apostoli: *Omnia licent, sed non omnia expediunt*, et castrant se propter regna caelorum uel a secunda natiuitate post lauacrum ex consensu uel post nuptias ex ardore fidei, cur uidua quae iudicio Domini uirum habere desiuit, non illud laetabunda congeminet: *Dominus dedit, Dominus abstulit* et oblatam occasionem arripiat libertatis, ut sui corporis habeat potestatem, ne rursum ancilla fiat hominis? Et certe multo laboriosius est non frui eo, quod habeas, quam desiderare, quod amiseris. Vnde et uirginitas in eo felicior est, quod carnis incentiua non nouit, et uiduitas in illo sollicitior, quod praeteritas animo recolit uoluptates, maxime si se uirum putet perdidisse, non praemisisse, quorum alterum doloris, alterum gaudii est.

11. Prima hominis creatura nos doceat plures nuptias refutare. Vnus

pluralidad de nupcias. Adán fue uno solo, y Eva, que fue una, o, por mejor decir, sacada una de su costilla, se separa en mujer, y, otra vez, lo que se separó, se une por las nupcias, como quiera que dice la Escritura: *Serán dos en una sola carne* (Gen 2,24), no en dos ni en tres. *Por esto dejará el hombre a su padre y a su madre y se ayuntará con su mujer* (ibíd.); no, ciertamente, con sus mujeres. Comentando Pablo este texto, lo aplica a Cristo y a la Iglesia (1 Cor 6,16), de modo que, como el primer Adán fue monógamo en la carne, el segundo lo fue en espíritu. Una sola Eva fue madre de todos los vivientes y una sola Iglesia da a luz a todos los cristianos. A aquélla, Lamec, el maldito, la dividió en dos mujeres; a ésta, los herejes la desgarran en muchas iglesias, que, según el Apocalipsis, más bien han de llamarse sinagogas de Satanás (Apoc 2,9) que no congregaciones de Cristo. Leemos en el libro de los Cantares: *Sesenta son las reinas, ochenta las concubinas, y las doncellas no tienen cuento. Pero una sola es mi paloma, una sola mi perfecta, la hija única de su madre, la elegida de quien la engendró* (Cant 6,7-8). A ésta escribe Juan su carta: *El anciano a la escogida y a sus hijos* (2 Io 1). Y hasta en el arca, que el apóstol Pedro interpreta como figura de la Iglesia (1 Petr 3,20s), Noé introdujo con sus tres hijos sendas mujeres. También de los animales impuros se toman parejas, macho y hembra, para que ni en las bestias, serpientes, cocodrilos y lagartos tenga lugar la digamia. Y si de los limpios se ponen de siete en siete, también en esto se muestra la palma de la virginidad y de la castidad. Y es así que, salido Noé del arca, inmoló a Dios víctimas, no ciertamente del número par, sino del impar, pues el

Adam et una Eua—immo una ex eo costa—separatur in feminam rursumque, quo diuisum fuerat, nuptiis copulatur dicente scriptura: *Erunt duo in carne una*—non in duas nec in tres—; *propter quod relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae,* certe non uxoribus. Quod testimonium Paulus edisserens ad Christum refert et ad ecclesiam, ut et primus Adam in carne et secundus in spiritu monogamus sit. Vna Eua mater cunctorum uiuentium et una ecclesia parens omnium Christianorum. Sicut illam maledictus Iamech in duas diuisit uxores, sic hanc heretici in plures ecclesias lacerant, quae iuxta Apocalypsin Iohannis synagogae magis diaboli appellandae sunt quam Christi conciliabula. Legimus in carminum libro: *Sexaginta sunt reginae et octoginta concubinae* et *adulescentulae, quarum non est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suae, electa genitrici suae.* Ad quam scribit idem Iohannes epistulam: *Senior electae dominae et filiis eius.* Sed et in arcam, quam Petrus apostolus sub typo interpretatur ecclesiae, Noe cum tribus filiis singulas, non binas intruduxit uxores. Etiam de inmundis animalibus bina sumuntur, masculus et femina, ut ne in bestiis quidem, serpentibus, crocodillis ac lacertis digamia habeat locum. Quodsi de mundis septena ponuntur, id est inparia, et in hoc uirginitatis ac pudicitiae palma monstratur. Egressus enim de arca Noe Deo uictimas immolauit,

uno estaba destinado a las crías y al conyugio, y el otro para el sacrificio.

12. Se dirá que los patriarcas no tuvieron sendas mujeres, y hasta tuvieran muchísimas concubinas, y, como si esto fuera poco. David tuvo muchas y Salomón sin número. Judá se acerca a Tamar como a una ramera, y, según la letra que mata, el profeta Oseas se ayunta no sólo con una ramera, sino también con una adúltera. Pues, si eso se nos concede también de derecho a nosotros, relinchemos a todas las mujeres y, a ejemplo de Sodoma y Gomorra, sorpréndanos el día postrero vendiendo y comiendo, casándonos y dándonos en casamiento (Mt 24,38), y sólo el término de la vida ponga fin a los enlaces. Ahora bien, si lo mismo antes que después del diluvio tuvo vigor la sentencia: *Creced y multiplicaos y llenad la tierra* (Gen 1,28), ¿qué tiene ello que ver con nosotros, en quienes han venido a parar los fines de los tiempos (1 Cor 10, 11), y a quienes se dice: *El tiempo es corto* (1 Cor 7,29); y: *Ya está puesta la segur a la raíz de los árboles* (Mt 3,10), la segur que, por la castidad evangélica, ha de talar la selva de la ley y de las nupcias? *Hay tiempo de abrazar y tiempo de apartarse de los abrazos* (Eccle 3,5). A Jeremías, próxima ya la cautividad, se le prohibe tomar mujer (Ier 16,2). Y Ezequiel, en Babilonia: *Muerta es,* dice, *mi mujer, y se ha abierto mi boca* (Ez 24,18). Ni el que iba a tomar mujer ni el que ya la había tomado, pueden profetizar libremente en el trato conyugal. Antaño era gloria oír aquel versículo: *Tus hijos, cual retoño del olivo, en torno de tu mesa* (Ps 127,3); y: *Y veas a los hijos de tus hijos* (ibid. 6); mas ahora se dice de los continentes: *El que se adhiere al Señor,*

non utique de pari, sed de inpari numero, quia alterum fetibus atque coniugio, alterum sacrificio praeparatum est.

12. At patriarchae non singulas habuerunt uxores, immo et concubinas habuere quam plurimas et, ne hoc parum sit, Dauid multas et Salomon habuit innumerabiles. Iudas ad Thamar quasi ad scortum ingreditur et iuxta occidentem litteram Osee propheta non solum meretrici, sed et adulterae copulatur. Quod si et nobis iure conceditur, adhinniamus ad omnes feminas et in exemplum Sodomae et Gomorrae ab ultima die deprehendamur uendentes et ementes, nubentes et nuptum tradentes, ut tunc sit finis coniugii, quando terminus uitae. Quodsi et post diluuium et ante diluuium uiguit illa sententia: *Crescite et multiplicamini et replete terram,* quid ad nos in quos fines saeculorum decucurrerunt, quibus dicitur: *Tempus breue est* et: *iam securis ad radices arborum posita est,* quae siluam legis et nuptiarum euangelica castitate succidat? *Tempus amplexandi et tempus longe fieri ab amplexibus.* Hieremias, captiuitate propinqua uxorem prohibetur accipere. Hiezechiel in Babylone: *Mortua est,* inquit, *uxor mea et apertum est os meum.* Nec ducturus uxorem nec ille, qui duxerat, possunt in opere coniugali libere prophetare. Olim gloria erat illum audire uersiculum: *Filii tui sicut nouella oliuarum in circuitu mensae tuae,* et: *Videas filios filiorum tuorum;* nunc de continentibus dicitur: *Qui adhaeret Do-*

se hace con El un solo espíritu (1 Cor 6,17); y: *Mi alma se pegó detrás de ti, me recibió tu diestra* (Ps 62,9). Entonces, ojo por ojo; ahora, al que nos pega en una mejilla, le ofrecemos la otra (Mt 5,38s). En aquel tiempo se decía a los guerreadores: *Cíñete de tu espada sobre el muslo, ¡oh poderoso!* (Ps 44,4); ahora oye Pedro: *Mete tu espada en la vaina, pues quien a espada mate, a espada morirá* (Mt 26,52). Al decir esto, no separamos el evangelio de la ley, como calumnia Marción; no, nosotros admitimos un solo Dios que, según la variedad de los tiempos y de las causas, siembra al principio y al fin para segar, planta para tener que cortar, echa el cimiento para poner al edificio acabado la techumbre. Por lo demás, si venimos a los misterios y figuras de lo futuro, Agar y Sara, los montes de Sinaí y Sión, no por arbitrio nuestro, sino por declaración del Apóstol, significan los dos Instrumentos. Lía, con sus ojos legañosos, y Raquel, a la que Jacob quería muchísimo, atestiguan la Iglesia y la sinagoga. Por eso también Ana, estéril antes, es más fecunda que Fenena, si bien la monogamia nos había ya precedido en Isaac y Rebeca. Sólo el parto de ésta fue revelación del Señor, y ella fue la única entre las mujeres que consultó por sí misma al Señor (Gen 25,22). ¿Qué decir de Tamar, que dio a luz a los mellizos Zara y Fares, en cuyo nacimiento la cerca dividida separó a dos pueblos y la mano atada con hilo de púrpura roció ya entonces con la pasión de Cristo la conciencia de los judíos? ¿Qué de la ramera profética (cf. Ez 16), figura que es de la Iglesia, congregada de entre los gentiles, o—lo que se ajusta mejor al lugar mismo—de

mino, unus spiritus est et: *Adhaesit anima mea post te; me suscepit dextera tua.* Tunc oculum pro oculo, nunc uerberanti malam praebemus et alteram. Illo tempore bellatoribus dicebatur: *Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime;* modo audit Petrus: *Conde gladium tuum in uagina sua; qui enim gladio percusserit, gladio morietur.* Haec dicimus nos separantes legem et euangelium, ut Marcion calumniatur, sed unum atque eundem suscipientes Deum, qui pro uarietate temporum atque causarum principio et fini serit, ut metat, plantat, ut habeat, quod succidat, iacit fundamentum, ut aedificio consummato culmen inponat. Alioquin, si ad sacramenta ueniamus et futurorum typos, non nostro arbitrio, sed apostolo disserente Agar et Sarra, montes Sina et Sion duo instrumenta significant. Lia lippientibus oculis et Rachel, quam Iacob amat plurimum, synagogam ecclesiamque testantur. Unde et Anna prius sterilis Fennennae ubertate fecundior est, licet et monogamia nos in Isaac Rebeccaque praecesserit, cuius solius partus Domini reuelatio est. Nec ulla alia feminarum Deum per se ipsam consuluit. Quid loquar de Thamar, quae Zaram et Phares geminos fundit infantes—in quorum natiuitate diuisa maceria duos populos separauit et ligata manus coccino conscientiam Iudaeorum iam tunc Christi passione respersit—, ac de scorto prophetico, cuius similitudo uel ecclesiam significat de gentibus congregatam uel—quod ipsi magis loco conuenit—synagogam primum adsump-

la sinagoga, tomada primero de los idólatras por medio de Abrahán y Moisés, y luego, después del adulterio y negación del Salvador, sentada por mucho tiempo sin altar, sacerdotes ni profetas, y a la espera de que se le junte su anterior marido? Luego, después que hubiere entrado la plenitud de los gentiles, todo Israel se salvará (Rom 11,25s).

13. Como en breve mapa, te he querido mostrar la situación de tierras amplísimas, para pasar ahora a otras cuestioncillas, la primera de las cuales es el consejo de Anna a Dido:

«¿Conque sola en perpetua, en triste soledad ajarte quieres,
sin saber lo que son los dulces hijos
y regalos de Venus? ¿Es que crees que cenizas
y manes sepultados de eso curan?»
(VIRG., *Aen.* 4,32-34.)

A lo que responde brevemente la misma que lo sufrió:

«Tú, vencida que fuiste de mi llanto, la primera;
tú, hermana, en mi furor, con estos males me cargaste
e inerme me entregaste a mi enemigo.
Yo no podía, no, sin tálamo, una vida
sin reproche llevar como una fiera; sin reproche
cuitas tales tocar jamás pudiera.
No, no he guardado a Siqueo la fe jurada un día».
(VIRG., *Aen.* 4,548-552.)

Me pones delante los goces de las nupcias; yo te opondré la pira, la espada, el incendio. No es tan grande el bien que esperamos en las nupcias, cuanto el mal que puede acontecer y es de temer. La pasión satisfecha deja siempre el rastro del arre-

tam de idolatris per Abraham et Moysen dein post adulterium et negationem saluatoris sedentem plurimo tempore sine altari, sacerdotibus ac prophetis et uiri pristini consortium praestolantem, ut, postquam subintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israhel saluus fiat?

13. Quasi in breui tabella latissimos terrarum situs ostendere uolui, ut pergam ad alias quaestiunculas, quarum prima de Annae consilio est:

«solane perpetua maerens carpere iuuenta
nec dulces natos Veneris nec praemia noris?
id cinerem aut manes credis curare sepultos?»

cui breuiter respondeat ipsa, quae passa est:

«tu lacrimis euicta meis, tu prima furentem
his, germana, malis oneras atque obicis hosti.
Non licuit thalami expertem sine crimine uitam
degere more ferae tales nec tangere curas.
Non seruata fides cineri promissa Sychaeo.»

Proponis mihi gaudia nuptiarum; ego tibi opponam pyram, gladium, incendium. Non tantum boni est in nuptiis, quod speramus, quantum mali, quod accidere potest et timendum est. Libido transacta semper sui

pentimiento, nunca se sacia y, apagada, se vuelve a encender. Crece con el uso y con él mengua, y, arrebatada de un ímpetu, no obedece a la razón.

Pero dirás: «Las grandes riquezas y la administración de la hacienda reclaman la autoridad del varón». ¡Perecen, por lo visto, las casas de los célibes, y, si no eres esclava como tus esclavos, no podrás mandar en tu familia! Tu abuela, tu madre y tu tía, ¿han perdido su prístina autoridad y no tienen antes bien mayor honor, ahora que las admira toda la provincia y las reciben los príncipes de la Iglesia? ¿Luego los soldados y peregrinantes sin mujeres no pueden gobernar sus modestas viviendas, y no invitan ni son invitados a banquetes? Como si no pudieras tener esclavos o libertos, de edad probada, en cuyas manos te has criado, que estén al frente de la casa, respondan ante el estado, paguen los tributos, te respeten como ama, te amen como alumna y te veneren como a santa. Busca primeramente el reino de Dios y todo lo demás se te dará de añadidura (Mt 5,33). Si te preocupas por el vestido, se te proponen en el evangelio los lirios del campo; si por la comida, eres remitida a los pájaros del cielo, que no siembran ni siegan, y tu padre celestial los alimenta (Mt 6,28.26). ¿Cuántas vírgenes y viudas no han gobernado su hacienda sin mácula alguna de maledicencia?

14. Ten cuidado de no juntarte con mocitas ni te pegues a aquellas por cuya causa permite el Apóstol las segundas nupcias, y así, en plena bonanza, sufras naufragio. Si a Timoteo se le dice: *Evita el trato de viudas demasiado mozas* (1 Tim 5,11); y otra vez: *Trata a las ancianas como a madres, a las jóvenes*

relinquit paenitudinem numquamque satiatur et extincta redaccenditur. Vsu crescit et deficit nec rationi paret, quae impetu ducitur. Sed dicis: Amplae opes et dispensatio rei familiaris egent auctoritate uiri. Scilicet perierunt domus caelibum et, nisi cum seruulis tuis seruieris, familiae tuae imperare non poteris. Auia tua, mater et amita nonne auctoritatis pristinae honorisque maioris sunt, dum eas et tota prouincia et ecclesiarum principes suscipiunt? ergo milites et peregrinantes sine uxoribus sua hospitiola non regunt et nec inuitant ad conuiuia nec inuitantur? quasi non possis probatae aetatis habere famulos uel libertos, in quorum nutrita es manibus, qui praesint domui, qui ad publicum respondeant, tributa persoluant, qui te suspiciant ut patronam, diligant ut alumnam, uenerentur ut sanctam. Quaere primum regnum Dei et haec omnia adponentur tibi. Si de ueste cogitaueris, lillia tibi de euangelio proponentur; si de cibo, remittere ad aues, quae non serunt nec metunt et pater tuus caelestis pascit illas. Quantae uirgines et uiduae absque ulla sorde rumoris suam substantiolam gubernarunt?

14. Caue, ne iungaris adulescentibus, ne his adhaereas, propter quas apostolus concedit secunda matrimonia, et sustineas in media tranquillitate naufragium. Si Timotheo dicitur: *Adulescentiores uiduas deuita,* et iterum: *Anus ut matres, adulescentulas ut sorores cum omni*

como a hermanas, con toda castidad (1 Tim 5,2), ¿por qué tú no has de escuchar mis avisos? Huye de personas sobre las que cabe sospecha de mala conciencia, y no tengas a mano el dicho callejero: «Me basta con mi conciencia, no me importa lo que digan los hombres». No así, ciertamente, el Apóstol, que miraba lo bueno no sólo delante de Dios, sino también delante de los hombres (Rom 12,17), a fin de que, por su culpa, no fuera blasfemado el nombre de Dios entre los gentiles. Tenía ciertamente potestad de llevar consigo mujeres hermanas, pero no quería ser juzgado por la conciencia infiel. Podía vivir del evangelio y, sin embargo, trabajaba día y noche con sus manos, para no ser gravoso a ningún creyente. *Si la comida,* dice, *escandaliza a un hermano, no comeré carne en toda la eternidad* (1 Cor 8,13). Digamos también nosotros: Si esta o la otra hermana o hermano escandaliza, no a uno que otro, sino a toda la Iglesia, no veré ni a la hermana ni al hermano. Más vale que se menoscabe la hacienda que no la salud del alma; más vale que se pierda lo que un día, queramos o no, ha de perderse, que no aquello por lo que ha de dejarse todo lo demás. ¿Quién de nosotros puede añadir a su estatura, no diré un codo, que es cosa desmedida, sino la décima parte de una oncita? ¿Y estamos preocupados por lo que hemos de comer y beber? No pensemos, pues, en el día de mañana. *Bástale a cada día su malicia* (Mt 6,34). Jacob, huyendo de su hermano, deja en casa grandes riquezas y marcha desnudo a Mesopotamia, y, para darnos ejemplo de su fortaleza, se pone por cabecera una piedra y ve una escala que llegaba hasta el cielo, y al Señor que se apoyaba en la punta de ella. Por ella

castitate, quare tu me non audias commonentem? fuge personas, in quibus potest malae conuersationis esse suspicio, nec paratum habeas illud e triuio: sufficit mihi conscientia mea; non curo, quid loquantur homines. Et certe apostolus prouidebat bona non solum coram Deo sed et coram hominibus, ne per illum nomen Dei blasphemaretur in gentibus. Habebat utique potestatem sorores mulieres circumducendi, sed nolebat se iudicari ab infideli conscientia. Et, cum posset de euangelio uiuere, diebus ac noctibus laborabat manibus suis, ne quem grauaret credentium. *Si scandalizat,* inquit, *esca fratrem, non manducabo carnem in aeternum.* Dicamus et nos: Si scandalizat soror illa uel frater non unum et alterum sed totam ecclesiam, nec sororem uidebo nec fratrem. Melius est rem familiarem minui quam animae salutem, perire quod —uelimus nolimus—aliquando periturum est, quam id amittere, pro quo omnia dimittenda sunt. Quis nostrum, non dicam cubitum, quod enorme est, sed unius unciunculae decimam partem adicere potest ad staturam suam? et solliciti sumus, quid manducemus aut quid bibamus? Ne cogitemus ergo de crastino: *Sufficit diei malitia sua.* Iacob fratrem fugiens, magnis in patris domo diuitiis derelictis, nudus pergit in Mesopotamiam, et, ut nobis fortitudinis suae praeberet exemplum, lapide capiti subposito uidet scalam ad caelum usque subrectam et Dominum innitentem super

subían y bajaban los ángeles, a fin de que ni el pecador desespere de la salud ni el justo se tenga por seguro en su virtud. Y, omitiendo muchas cosas, pues no es momento de declarar punto por punto todos los textos que se citan, vuelve a su patria señor rico y padre más rico: el que pasara un día el Jordán con un cayado, ahora lleva tres manadas de ganados. Los apóstoles, peregrinos por todo el orbe, no llevaban dinero suelto en la faja, ni bastón en la mano, ni sandalias en los pies, y, sin embargo, podían decir: *No tenemos nada y lo poseemos todo* (2 Cor 6,10). Y: *Plata y oro no tenemos;* lo que tenemos es: *En nombre de nuestro Señor Jesucristo, levántate y anda* (Act 3,6). Y es así que no iban cargados con el peso de las riquezas, y por eso, de pie, como Elías en el agujero de la peña, podían pasar por el ojo de la aguja (Mt 19,24) y contemplar las espaldas del Señor (3 Reg 19,11ss). Nosotros, empero, nos abrasamos de avaricia y, despotricando contra el dinero, abrimos el seno al oro, sin que tengamos jamás bastante. Infelices de nosotros, se nos puede aplicar con razón aquello que se decía de los megarenses: «Edifican como si hubieran de vivir siempre y viven como si hubieran de morir mañana». Y así obramos porque no creemos en las palabras del Señor. Y es así que la edad deseada promete a todos no la vecindad de la muerte, que es deuda de los mortales por ley de naturaleza, sino, con vana esperanza, largo trecho de años. Nadie hay, en efecto, tan quebrantado de fuerzas ni de edad tan decrépita que no piense que ha de vivir aún un año más. De ahí que se olvide el hombre de su condición y, animal terreno y a

eam; per quam ascendebant angeli et descendebant, ut nec peccator desperet salutem nec iustus in sua uirtute securus sit. Atque, ut multa praeteram—neque enim tempus est, ut adsumptis testimoniis omnia disseram—post annos uiginti diues dominus et pater ditior, qui dudum Iordanen in baculo transierat cum tribus turmis gregum in patriam reuertitur. Apostoli toto orbe peregrini non aes in zona, non uirgam in manu, non gallicas habuere in pedibus et tamen dicere poterant: *Nihil habentes et omnia possidentes,* et: *argentum et aurum non est nobis,* quod autem habemus: *In nomine Domini nostri Iesu Christi surge et ambula.* Non enim erant diuitiarum sarcina praegrauati et ideo stantes cum Helia in foramine petrae per angustias acus transire poterant et posteriora Domini contemplari. Nos uero ardemus auaritia et contra pecunias disputantes auro sinum expandimus nihilque nobis satit est et illud, quod de Megarensibus dicitur, iure miseris coaptari potest: Aedificant quasi semper uicturi, uiuunt quasi altera die morituri. Et haec facimus, quia Domini uerbis non credimus, quia aetas optata cunctis non uiciniam mortis, quae debetur mortalibus lege naturae, sed cassa spe annorum nobis spatia pollicetur. Nemo enim tam fractis uiribus et sic decrepitae senectutis est, ut non se putet unum adhuc annum esse uicturum. Vnde subrepit

punto de deshacerse, se engríe de soberbia y se imagina asir el cielo.

15. Pero ¿qué estoy haciendo? Roto el navío, estoy discutiendo de mercaderías. El que retenía es quitado de en medio, y no nos damos cuenta que está llegando el anticristo, a quien el Señor Jesús matará con el aliento de su boca (2 Thess 2,7-8). *¡Ay de las preñadas y que críen en aquellos días!* (Mt 24,19). Una y otra cosa son fruto de las nupcias. Recordaré unas pocas de las miserias o calamidades presentes. El que aún quedemos unos pocos, no es merecimiento nuestro, sino obra de la misericordia de Dios. Innúmeras y ferocísimas gentes han ocupado todas las Galias. Todo lo que hay entre los Alpes y el Pirineo, lo que se encierra entre el Rin y el Océano, lo han devastado el cuado, el vándalo, sármatas, alanos, gépidos, hérulos, sajones, borgoñeses, alemanes y—¡oh luctuosa república!—los enemigos panonios. *Sí, Assur ha venido con ellos* (Ps 82,9). Maguncia, ciudad antaño famosa, ha sido tomada y destruida, y muchos miles de hombres han sido pasados a cuchillo en la iglesia. Worms ha sido destruida por largo asedio. Las poderosas ciudades de Reims, de Amiéns y Arrás, y los morinos, últimos de los hombres (VIRG., *Aen.* 8,727), Tournai, Nemetas y Estrasburgo, han pasado a ser Germania; las provincias de Aquitania y de los nueve pueblos, la lugdunense y narbonense, fuera de unas pocas ciudades, han quedado asoladas. Y a las mismas perdonadas las devasta por fuera la espada, por dentro el hambre. No puedo acordarme sin lágrimas de Tolosa, que ha debido el no haber caído hasta ahora a los merecimientos de su santo obispo Exuperio. Las mismas His-

obliuio conditionis suae, ut terrenum animal et iam imaque soluendum erigatur in superbiam et animo caelum teneat.

15. Verum quid ago? Fracta naue de mercibus disputo. Qui tenebat, de medio fit, et non intellegimus adpropinquare antichristum, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. *Vae praegnantibus et nutrientibus in illa die.* Quorum utrumque de fructibus nuptiarum est. Praesentium miseriarum pauca percurram. Quod rari hucusque residemus, non nostri meriti sed Domini misericordiae est. Innumerabiles et ferocissimae nationes uniuersas Gallias occuparunt. Quicquid inter Alpes et Pyrenaeum est, quod oceano Rhenoque concluditur, Quadus, Vandalus, Sarmata, Halani, Gypedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alamanni et—o lugenda res publica!—hostes Pannonii uastauerunt. Etenim *Assur uenit cum illis.* Mogontiacus, nobilis quondam ciuitas, capta atque subuersa est et in ecclesia multa hominum milia trucidata, Vangiones longa obsidione finiti, Remorum urbs praepotens, Ambiani, Atrabatae extremique hominum Morini, Tornacus, Nemetae, Argentoratus translatae in Germaniam, Aquitaniae Nouemque populorum, Lugdunensis et Narbonensis prouinciae praeter paucas urbes cuncta populata sunt, quas et ipsas foris gladius, intus uastat fames. Non possum absque lacrimis Tolosae facere mentionem, quae ut hucusque non rueret, sancti episcopi Exsuperii merita

panias, que están a punto de perecer, se estremecen diariamente al acordarse de la invasión címbrica, y lo que otros han padecido una vez, lo padecen ellas siempre por el temor.

16. Paso por alto lo demás para no dar la impresión que desespero de la clemencia de Dios. Hacía tiempo, desde el mar del Ponto a los Alpes Julianos no era nuestro lo que es nuestro, y por espacio de treinta años, roto el limes del Danubio, se combatía en plenas regiones del Imperio romano. Las lágrimas se habían secado de viejas. Fuera de algunos viejos, engendrados todos en la cautividad o en el sitio, no echaban menos una libertad que no habían conocido. ¿Quién lo había de creer? ¿Qué historias comprenderían con palabra digna que Roma luchaba dentro de su propio seno no por la gloria, sino por la vida? O, por mejor decir, ya ni luchaba siquiera, sino compraba la vida a peso de oro y con todo su ajuar. Lo cual no ha acontecido por culpa de los príncipes, que no pueden ser más religiosos, sino por el crimen del traidor semibárbaro, que armó a los enemigos contra nosotros con nuestras propias riquezas. Sufría en otro tiempo el Imperio romano un eterno oprobio, porque, después que los galos lo devastaron todo y el ejército fue deshecho junto a Alía, Breno logró entrar en Roma. La vieja ignominia no pudo ser borrada hasta que Roma sometió a su imperio a las Galias, suelo de origen de los galos, y a la Galogrecia, adonde se habían asentado los vencedores de Oriente y Occidente. Aníbal, tormenta que se levantó en los confines de España, después de haber devastado a Italia, vió la urbe y no se atrevió a ponerle sitio. A Pirro le sobrecogió tal reverencia del nombre de Roma que,

praestiterunt. Ipsae Hispaniae iam iamque periturae cotidie contremescunt recordantes inruptionis Cymbricae et, quicquid alii semel passi sunt, illa semper timore patiuntur.

16. Cetera taceo, ne uidear de Dei desperare clementia. Olim a mari Pontico usque ad Alpes Iulias non erant nostra, quae nostra sunt, et per annos triginta fracto Danubii limite in mediis Romani imperii regionibus pugnabatur. Aruerant uetustate lacrimae; praeter paucos senes omnes in captiuitate et obsidione generati non desiderabant, quam non nouerant, libertatem. Quis hoc crederet, quae digno sermone historiae conprehenderent Romam in gremio suo non pro gloria sed pro salute pugnare, immo ne pugnare quidem sed auro et cuncta supellectili uitam redimere? Quod non uitio principum, qui uel religiosissimi sunt, sed scelere semibarbari accidit proditoris, qui nostris contra nos opibus armauit inimicos. Aeterno quondam dedecore Romanum laborabat imperium, quod Gallis cuncta austantibus fusoque apud Alliam exercitu Romam Brennus intrasset, nec pristinam abolere poterat ignominiam, donec et Gallias, genitale Gallorum solum, et Gallograeciam, in qua consederant occidentis orientisque uictores, suo imperio subiugasset. Hannibal, de Hispaniae finibus orta tempestas, cum uastasset Italiam, uidit urbem nec ausus est obsidere. Pyrrhum tanta tenuit Romani nominis reuerentia,

después de barrerlo todo, se retiró a lugar muy cercano, y no se atrevió a mirar, vencedor, la ciudad que había oído decir era de reyes. Y, sin embargo, por este agravio—no diré realmente insolencia, pues terminó en bien—, el uno, fugitivo por todo el orbe de la tierra, halló por fin en Bitinia la muerte por el veneno; el otro, vuelto a su patria, murió en su propio reino. Y las provincias de uno y otro rinden tributo al pueblo romano. Ahora, para que todo termine con próspero fin, aparte lo nuestro que hemos perdido, no tenemos qué quitar a los enemigos vencidos. El ardiente poeta describe la potencia de Roma, diciendo: «¿Qué es bastante, cuando Roma es poco?» (LUCANUS, 5,274). Lo que nosotros podemos cambiar en otro giro: ¿Qué se salva, cuando Roma ha perecido?

«No, así lenguas tuviera ciento, y ciento
mis bocas fueran, y mi voz de hierro,
los dolores decir pudiera todos
de los tristes cautivos, ni los nombres
uno a uno contar de los que fueron degollados».
(VIRG., *Aen.* 6,525-627.)

Y aun esto mismo que he dicho, es peligroso tanto para el que habla como para los que lo oyen. Ni el gemir es libre para los que no queremos o, por mejor decir, no nos atrevemos a llorar lo que padecemos.

17. Respóndeme, hija en Cristo carísima: ¿Así las cosas, te vas a casar? ¿Qué marido tomarás? Supongo que un fugitivo o un combatiente. Y ya te das cuenta de lo que sigue a lo uno y a lo otro. En lugar del canto fescenino, te resonará la trompa

ut deletis omnibus e propinquo recederet loco nec auderet uictor aspicere, quam regum didicerat ciuitatem. Et tamen pro hac iniuria—non enim dicam superbiam, quae bonos exitus habuit—alter toto orbe fugitiuus tandem Bithyniae mortem ueneno repperit, alter reuersus in patriam in suo regno occubuit; et utriusque prouinciae Romani populi uectigales sunt. Nunc, ut omnia prospero fine eueniant, praeter nostra, quae amisimus, non habemus, quod uictis hostibus auferamus. Potentiam Romanae urbis ardens poeta describens ait: Quid satis est, si Roma parum est? Quod nos alio mutemus elogio: Quid saluum est, si Roma perit?

«Non, mihi si linguae centum sint oraque centum,
ferrea uox, omnes captorum dicere poenas,
omnia caesorum percurrere nomina possim».

Et haec ipsa, quae dixi periculosa sunt tam loquenti quam audientibus, ut ne gemitus quidem liber sit nolentibus, immo nec audentibus nobis flere, quae patimur.

17. Responde mihi, carissima in Christo filia, inter ista nuptura es? Quem acceptura uirum? Credo fugiturum aut pugnaturum—quid utrumque sequatur, intellegis—et pro fescennino carmine terribilis tibi rauco

horrible con ronco son. Tendrás por madrinas acaso a gentes en llanto. ¿Y de qué placeres gozarás, tú que has perdido los réditos de tus posesiones y ves cómo tu familia, cercada, se consume de enfermedad y hambre? Pero Dios me libre de pensar de ti nada de eso, ni sospechar nada siniestro de aquella que ha consagrado su alma al Señor. No tanto te he hablado a ti cuanto, bajo tu nombre, a otras, dadas al vino, curiosas y parleras, que andan rondando las casas de las matronas, cuyo dios es el vientre y su gloria la vergüenza (Phil 3,19). Son gente que no sabe de las Escrituras, sino los preceptos sobre la digamia, y consuelan en cuerpo ajeno sus deseos, para ver que otras hacen lo que ellas hicieron y se lisonjean con la compañía de las malas. Aplasta su impudencia y proposiciones con la interpretación de las sentencias del Apóstol. Y sobre la manera como hayas de vivir en la viudez, lee el libro a Eustoquia acerca de la guarda de la virginidad, y otros a Furia y Salvina, de las que una fue nuera de Probo ex cónsul, y la otra, hija de Gildón, señor que fue de Africa. Este opúsculo se titulará, bajo tu nombre, «sobre la monogamia».

124 A Avito

1. Hace unos diez años, el santo varón Pammaquio me mandó los papeles de un *quidam,* que contenían traducidos los libros de Orígenes *Peri archôn;* traducidos, digo, pero mejor fuera decir corrompidos. Pedíame encarecidamente Pammaquio que mi ver-

sonitu bucina concrepabit, ut, quas pronubas, habeas forte lugentes, ut quibus deliciis affluas, quae possessionum tuarum reditus perdidisti, quae obsessam familiolam tuam morbo et fame cernis contabescere? Sed absit, ut de te talia sentiam, ut sinistrum quippiam suspicer de ea, quae suam animam domino consecrauit. Non tam tibi quam sub tuo nomine aliis sum locutus, quae uinosae et curiosae atque uerbosae domus circumeunt matronarum, quarum deus uenter est et gloria in confusione earum, quae nihil aliud de scripturis nisi digamiae praecepta nouerunt, quae in alieno corpore sua desideria consolantur, ut, quod ipsae fecerunt, alias facere uideant et malarum societate palpentur. Quarum cum inpudentiam et propositiones apostolicarum sententiarum interpretatione contriueris, legito, quomodo tibi in uiduitate uiuendum sit, librum ad Eustochium de uirginitate seruanda et alios ad Furiam atque Saluinam, quarum altera Probi quondam consulis nurus, altera Gildonis, qui Africam tenuit, filia est. Hic libellus de monogamia sub nomine tuo titulum possidebit.

124 Ad Avitvm

1. Ante annos circiter decem sanctus uir Pammachius ad me cuiusdam scidulas misit, quae Origenis περὶ ἀρχῶν interpretata uolumina continerent, immo uitiata, hoc magnopere postulans, ut Graecam ueritatem

sión latina conservara la fidelidad al texto griego, a fin de que los hablantes de lengua romana conocieran una y otra parte, lo bueno o lo malo que escribió el autor, sin parcialidad por parte del intérprete. Yo hice lo que me pidió, le mandé los libros, los leyó y quedó horrorizado. Cerrólos él en su armario por temor de que, divulgados, hirieran las almas de muchos; pero cierto hermano, de los que tienen celo de Dios, pero no conforme a ciencia (Rom 10,2), se los pidió para leerlos, con promesa de devolvérselos en seguida. Dado lo breve del plazo, no pudo sospechar la trampa. El que los había recibido, llamó taquígrafos y transcribió toda la obra, y, con más prisa aún que prometiera, devolvió el códice. Y con la misma temeridad y—hablando suavemente—con la misma inepcia con que arteramente lo sustrajo, obrando mal, lo confió a otros, obrando peor. Y como es difícil que las notas taquigráficas puedan reproducir los grandes libros, sobre todo si tratan de cosa místicas o recónditas y se dictan por añadidura aprisa y corriendo, aquí, a hurtadillas, de ahí que en ésos todo ande revuelto y en la mayor parte de los pasajes falta orden y sentido. Por eso me pides, carísimo Avito, que te remita el ejemplar mismo que fue por mí trasladado, que a nadie entregué y fue perversamente publicado por el sobredicho hermano.

2. Recibe, pues, lo que me has pedido, pero ten presente que en esos libros hay muchísimas cosas que has de detestar y, según la palabra del Señor, has de andar entre escorpiones y serpientes (Lc 10,19). Así, ya en el primer volumen: Cristo, Hijo de Dios, no nació, sino que fue hecho; Dios Padre, invisible por naturaleza, no puede ser visto ni siquiera por el Hijo; el Hijo,

seruaret Latina translatio et in utramque partem, seu bene seu male dixisset ille, qui scripsit, absque interpretis patrocinio Romana lingua cognosceret. Feci, ut uoluit, misique ei libros, quos cum legisset, exhorruit et recludens scrinio, ne prolati in uulgus multorum animos uulnerarent, a quodam fratre (ex iis), qui habent zelum Dei, sed non secundum scientiam, ad legendum rogatus ut traderet quasi statim reddituro, propter angustiam temporis fraudem non potuit suspicari. Qui acceperat legendos, adhibitis notariis opus omne descripsit et multo celerius, quam promiserat, codicem reddidit. Eademque temeritate et ut leuius dicam—ineptia, quod male subripuerat, peius aliis credidit. Et quia difficile grandes libros et de rebus mysticis disputantes notarum possunt seruare conpendia, praesertim qui furtim celeriterque dictantur, ita in illis confusa sunt omnia, ut et ordine in plerisque et sensu careant. Quam ob rem petis, Auite carissime, ut ipsum ad te exemplar dirigam, quod a me olim translatum et nulli alii traditum a supra dicto fratre peruerse editum est.

2. Accipe igitur, quod petisti, sed ita, ut scias detestanda tibi in eis esse quam plurima et iuxta sermonem Domini inter scorpiones et colubros incedendum, ut est illud—et statim in primo uolumine—: Christum, filium Dei, non natum esse, sed factum; Deum patrem per naturam inuisibilem etiam a filio non uideri; filium, qui sit imago inui-

que es imagen invisible del Padre, comparado con el Padre, no es la verdad; mas a nosotros, que no podemos recibir la verdad del Dios omnipotente, nos parece la verdad ejemplar, de modo que la majestad y grandeza del mayor se siente en cierto modo circunscrita en el Hijo; Dios Padre es la luz incomprensible; Cristo, en parangón con el Padre, es luz muy pequeña, si bien a nosotros, dada nuestra flaqueza, nos parece Cristo ser grande. Pone el ejemplo de dos estatuas, una mayor y otra chiquita, la una que llena el mundo y por su misma grandeza es invisible, la otra que cae bajo los ojos; con la primera compara al Padre, con la segunda al Hijo. A Dios Padre omnipotente lo llama bueno y bondad acabada; el Hijo no sería bueno, sino un airecillo e imagen de bondad, de modo que no se llama absolutamente bueno, sino, con algún aditamento, pastor bueno, etc. Afirma que el Espíritu Santo es el tercero en dignidad y honor después del Padre y del Hijo. Sobre El dice ignorar si es hecho o no hecho; pero, en pasajes ulteriores, expresó su sentir, y afirma que, fuera de Dios Padre, y de El solo, no hay nada no hecho. El Hijo también sería menor que el Padre, por ser el segundo después de El, y el Espíritu Santo, inferior al Hijo, estaría en los santos, y, según esta jerarquía, la fortaleza o virtud del Padre sería mayor que la del Hijo y del Espíritu Santo; la del Hijo, a su vez, mayor que la del Espíritu Santo, y, consiguientemente, la del mismo Espíritu Santo, mayor que todo lo otro que se llama santo.

3. Viniendo a tratar de las criaturas racionales y después de decir que, por su negligencia, cayeron en cuerpos terrenos, añadió

sibilis patris, conparatum patri non esse ueritatem; apud nos autem, qui Dei omnipotentis non possumus recipere ueritatem, imaginariam ueritatem uideri, ut maiestas ac magnitudo maioris quodam modo circumscripta sentiatur in filio; Deum patrem esse lumen inconprehensibile: Christum conlatione patris splendorem esse perparuum, qui apud nos pro inbecillitate nostra magnus esse uideatur. Duarum statuarum, maioris et paruulae, unius, quae mundum inpleat et magnitudine sua quodam modo inuisibilis sit, et alterius, quae sub oculos cadat, ponit exemplum priori patrem, posteriori filium conparans. Deum patrem omnipotentem appellat bonum et perfectae bonitatis, filium non esse bonum, sed auram quamdam et imaginem bonitatis, ut non dicatur absolute bonus, sed cum additamento pastor bonus et cetera; tertium dignitate et honore post patrem et filium adserit spiritum sanctum. De quo cum ignorare se dicat, utrum factus sit an infactus, in posterioribus, quid sentiret, expressit nihil absque solo Deo patre infactum esse confirmans, filium quoque minorem a patre, eo quod secundus ab illo sit, et spiritum sanctum inferiorem a filio in sanctis quibusque uersari atque hoc ordine maiorem patris fortitudinem esse quam filii et spiritus sancti et rursum maiorem filii fortitudinem esse quam spiritus sancti et consequenter ipsius sancti spiritus maiorem esse uirtutem ceteris, quae sancta dicuntur.

3. Cumque uenisset ad rationabiles creaturas et dixisset eas per neglegentiam ad terrena corpora esse delapsas, etiam haec addidit:

también lo que sigue: «Caso es de gran negligencia y desidia que cada uno decaiga y quede hasta punto tal vacuo que, entregado a los vicios, pueda quedar atado al craso cuerpo de bestias sin razón» (p. a. I 3,5 p.55). Y en lo que sigue: «Movidos, dice, por esos argumentos, opinamos que algunos, de propia voluntad, están en el número de santos y en el servicio de Dios; otros, cayendo, por culpa propia, de la santidad, vinieron a parar en tanta negligencia, que hasta se convirtieron en fuerzas o virtudes contrarias» (I 4,1 p.64). Y que de nuevo nace del fin el principio y del principio el fin, y así se transforma todo, de suerte que quien ahora es hombre, puede en otro mundo hacerse demon, y el demon, si se porta con alguna negligencia, puede quedar atado a cuerpos más groseros, es decir, hacerse hombre. Así lo revuelve todo, de manera que de un arcángel puede salir un diablo, y el diablo puede otra vez volver a arcángel. «Mas los que fluctuaren y, aunque sus pies se muevan, no cayeren del todo, serán sometidos para ser administrados, regidos y mejor gobernados, a los principados, potestades, tronos y dominaciones, y acaso de ellos constará el género humano en alguno de los mundos, cuando, según Isaías (65,17), sean hechos cielo y tierra nuevos. Mas los que no hubieren merecido pasar, a través del género humano, a su prístino estado, se convertirán en el diablo y ángeles del diablo y démones pésimos, y, según la variedad, de sus méritos, les tocarán oficios diversos en cada uno de los mundos» (p. a. I 6,2 p.81). Los mismos démones y rectores de las tinieblas, en algún mundo o mundos, si quisieren convertirse a mejor vida, pasarían a ser hombres, y así volverían a su antiguo principio. Eso sí,

«Grandis neglegentiae atque desidiae est in tantum unumquemque defluere atque euacuari, ut ad uitia ueniens inrationabilium iumentorum possit crasso corpore conligari». Et in consequentibus: «Quibus, inquit, moti disputationibus arbitramur sponte sua alios esse in numero sanctorum et ministerio Dei, alios ob culpam propriam de sanctimonia corruentes in tantam neglegentiam corruisse, ut etiam in contrarias fortitudines uerterentur». Rursumque nasci ex fine principium et ex principio finem et ita cuncta uariari, ut et, qui nunc homo est, possit in alio mundo daemon fieri et, qui daemon est, si neglegentius egerit, in crassiora corpora religetur, id est homo fiat. Sicque permiscet omnia, ut de archangelo possit diabolus fieri et rursum diabolus in angelum reuertatur. Qui uero fluctuauerint et motis pedibus nequaquam omnino corruerint, subicientur dispensandi et regendi adque meliora gubernandi principatibus, potestatibus, thronis, dominationibus; et forsitam ex his hominum constabit genus in uno aliquo ex mundis, quando iuxta Esaiam caelum et terra noua fient. Qui uero non fuerint meriti, ut per genus hominum reuertantur ad pristinum statum, fient diabolus et angeli eius et pessimi daemones ac pro uarietate meritorum in singulis mundis diuersa officia sortientur. Ipsosque daemones ac rectores tenebrarum in aliquo mundo uel mundis, si uoluerint ad meliora conuerti, fieri homines et sic ad

tendrían que pasar por suplicios y tormentos, de duración más o menos larga, y así, instruidos en los cuerpos de los hombres, subirían de nuevo a las cumbres angélicas. De ahí lógicamente se sigue que todas las criaturas racionales pueden hacerse de cualesquiera otras, no de una vez y súbitamente, sino muy frecuentemente. Así nosotros podríamos ser ángeles y, de portarnos con alguna mayor negligencia, démones; pero de nuevo los démones, si se deciden a abrazar las virtudes, volverían a la dignidad angélica.

4. También las sustancias corpóreas dice que resbalarán de todo punto, o, por lo menos, al fin de todas las cosas los cuerpos serán lo que ahora es el éter y el cielo o cualquier otro cuerpo más limpio y puro que quepa pensar. Siendo esto así, está bien claro lo que pueda pensar acerca de la resurrección. También el sol y la luna y demás astros estarían animados; más aún, a la manera que nosotros los hombres, por no sabemos qué pecados, estamos vestidos de estos cuerpos, que son crasos y gordos, así también la lumbreras del cielo recibieron tales o tales cuerpos, de modo que luzcan más o menos. Los démones, por sus mayores delitos, estarían vestidos de cuerpo aéreo. Toda la creación, según el Apóstol (Rom 8,19ss), estaría sujeta a la vanidad, y se libera por la revelación de los hijos de Dios. Y por que nadie piense ser mío lo que digo, he aquí sus palabras: «Al fin y consumación del mundo, cuando las almas y criaturas racionales fueren soltadas por Dios como de entre barreras y de cárceles, unas de ellas caminarán más lentamente por su pereza; otras, por su

antiquum redire principium, ita dumtaxat, ut per supplicia atque tormenta, quae uel multo uel breui tempore sustinuerint, in hominum eruditi corporibus rursum ueniant ad angelorum fastigia. Ex quo consequenti ratione monstrari omnes rationabiles creaturas ex omnibus posse fieri, non semel et subito sed frequentius, nosque et angelos futuros et daemones, si egerimus neglegentius, et rursum daemones, si uoluerint capere uirtutes, peruenire ad angelicam dignitatem.

4. Corporales quoque substantias penitus dilapsuras aut certe in fine omnium hoc esse futura corpora, quod nunc est aether et caelum et si quod aliud corpus sincerius et purius intellegi potest. Quod cum ita sit, quid de resurrectione sentiat, perspicuum est. Solem quoque et lunam et astra cetera esse animantia, immo, quomodo nos homines ob quaedam peccata his sumus circundati corporibus, quae crassa sunt et pinguia, sic et caeli luminaria talia uel talia accepisse corpora, ut uel plus uel minus luceant, et daemones ob maiora delicta aërio corpore esse uestitos. Omnem creaturam secundum apostolum uanitati esse subiectam et liberari in reuelationem filiorum Dei. Ac ne quis putet nostrum esse, quod dicimus, ipsius uerba ponamus: «In fine atque in consummatione mundi, quando uelut de quibusdam repagulis atque carceribus missae fuerint a Domino animae et rationabiles creaturae, alias earum tardius incedere ob segnitiem, alias pernici uolare cursu propter industriam. Cumque

fervor, volarán con rápida carrera. Y como quiera que todas tienen libre albedrío, para abrazar, de su grado, las virtudes o los vicios, unas se hallarán en situación mucho peor que la que aquí tuvieron, otras pasarán a mejor estado; pues los movimientos distintos y los quereres varios a una y otra parte recibirán diverso estado. Así, los ángeles pasarán a ser hombres o démones, y, a la inversa, de éstos saldrán hombres o ángeles» (p. a. I 7,5 p.104). Y después de tratarlo todo con discurso vario, afirmando que el diablo no es incapaz de virtud, pero que no quiere todavía practicarla, al fin, con razonamiento larguísimo, discute que el ángel o el alma o, por lo menos, el demon, que afirma ser de la misma naturaleza, aunque de voluntades diferentes, según la magnitud de su negligencia o estulticia, pueden pasar a ser bestias, y, por el dolor de los castigos y el ardor del fuego, prefieren ser animal bruto y habitar en las aguas y entre las olas, y así toman el cuerpo de este o del otro animal. De modo que hemos de tener no sólo cuerpos de cuadrúpedos, sino de peces. Y, a lo último, por que no se le acusara de doctrina de Pitágoras, que afirma la metempsicosis, después de tan abominable discusión, en que hirió el alma del lector, dice: «Esto, según nuestro sentir, no son dogmas, sino cuestiones y problemas, que tocamos por que no pareciera quedaban del todo sin tratar» (p. a. I 8,4 p.105).

5. En el segundo libro afirma mundos innumerables, no, a la manera de Epicuro, muchos a un tiempo y semejantes entre sí, sino que al terminar un mundo empieza otro, y antes de este nuestro hubo otro, y después de él habrá otro, y después otro, y así sucesivamente. Y duda si un mundo será tan semejante de

omnes liberum habeant arbitrium et sponte sua uel uirtutes possit capere uel uitia, illae multo in peiori conditione erunt, quam nunc sunt. Hae ad meliorem statum peruenient, quia diuersi motus et uariae uoluntates in utramque partem diuersum accipient statum, id est, ut et angeli homines uel daemones et rursum ex his homines uel angeli fiant». Cumque omnia uario sermone tractasset adserens diabolum non incapacem esse uirtutis et tamen necdum uelle capere uirtutem, ad extremum sermone latissimo disputauit angelum siue animam aut certe daemonem, quos unius adserit esse naturae, sed diuersarum uoluntatum, pro magnitudine neglegentiae et stultitiae iumentum posse fieri et pro dolore poenarum et ignis ardore magis eligere, ut brutum animal sit et in aquis habitet ac fluctibus, et corpus adsumere huius uel illius pecoris, ut nobis non solum quadrupedum sed et piscium corpora sint timenda. Et ad extremum, ne teneretur Pythagorici dogmatis reus, qui adserit μετεμψύχωσιν, post tam nefandam disputationem, qua lectoris animum uulnerauit: «Haec, inquit, iuxta nostram sententiam non sint dogmata, sed quaesita tantum atque proiecta, ne penitus intractata uiderentur».

5. In secundo autem libro mundos adserit innumerabiles, non iuxta Epicurum uno tempore plurimos et sui similes, sed post alterius mundi finem alterius esse principium et ante hunc nostrum mundum alium fuis-

todo en todo a otro que no parezcan diferenciarse en nada, o por lo menos nunca un mundo será del todo indistinto y semejante a otro. Y poco después: «Si todas las cosas, dice, como la lógica de nuestro razonamiento lo impone, han de vivir sin cuerpo, se consumirá toda la naturaleza corporal, y la que un día fue hecha de la nada, será reducida a nada, y habrá tiempo en que su uso será de nuevo necesario» (p. a. II 3,2 p.114). Y en lo que sigue: «Ahora bien, si, como se ha demostrado por la razón y por la autoridad de las Escrituras, esto corruptible se vistiere de incorrupción y esto mortal se vistiere de inmortalidad, la muerte quedará absorbida en la victoria (1 Cor 15,53), y acaso toda naturaleza corporal será quitada de en medio, pues en ella sólo puede obrar la muerte» (p. a. II 3,3 p.117). Y poco después: «Si esto no es contrario a la fe, acaso algún día viviremos sin cuerpos. Pero si el que está perfectamente sometido a Cristo se entiende que lo está sin cuerpo, como quiera que todos han de someterse a Cristo, síguese que también nosotros, cuando le estuviéremos perfectamente sometidos, estaremos sin cuerpo» (II 3,3 p.117). Cuando todos estuvieren sometidos a Dios, todos depondrán sus cuerpos, y entonces toda la naturaleza de las cosas corporales se deshará en nada. Mas si de nuevo lo pidiere la necesidad, por razón de la caída de criaturas racionales, de nuevo existirán. Y es así que Dios dejó a las almas en combate y lucha, para que entiendan que la plena y consumada victoria no la consiguen por su propia fuerza, sino por la gracia de Dios. Y, por

se mundum et post hunc alium rursum futurum et post illum alium rursumque ceteros post ceteros. Et addubitat, utrum futurus sit mundus alteri mundo ita ex omni parte consimilis, ut nullo inter se distare uideantur, an certe numquam mundus alteri mundo ex toto indiscretus et similis sit futurus. Rursumque post modicum: «Si omnia, inquit, ut ipse disputationis ordo conpellit, sine corpore uixerint, consumetur corporalis uniuersa natura et redigetur in nihilum, quae aliquando est facta de nihilo, eritque tempus, quo usus eius iterum necessarius sit». Et in consequentibus: «Sin autem, ut ratione et scripturarum auctoritate monstratum est, corruptiuum hoc induerit incorruptionem et mortale hoc induerit incorruptionem et mortale hoc induerit inmortalitatem, absorbetur mors in uictoriam et forsitan omnis natura corporea tolletur e medio, in qua sola potest mors operari». Et post paulul um: «Si haec non sunt contraria fidei, forsitan sine corporibus aliquando uiuemus. Sin autem, qui perfecte subiectus est Christo, absque corpore intellegitur, omnes autem subiciendi sunt Christo, et nos erimus sine corporibus, quando ei ad perfectum subiecti fuerimus». Et in eodem loco: «Cum subiecti fuerint omnes Deo, omnes deposituri sunt corpora et tunc corporalium rerum uniuersa natura soluetur in nihilum, quae, si secundo necessitas postularit, ob lapsum rationabilium creaturarum rursus existent. Deus enim in certamen et luctamen animas dereliquit, ut intellegant plenam consumatamque uictoriam non ex propria se fortitudine, sed ex Dei gratia

ello, opino que, según la variedad de las culpas, se hacen mundos diversos, y se refuta el error de los que pretenden que los mundos son semejantes entre sí (p. a. II 3,3 p.118). Y otra vez: «Así, pues, triple hipótesis se nos sugiere acerca del fin. El lector inquirirá cuál sea la mejor. Porque o viviremos sin cuerpo cuando, sometidos a Cristo, nos someteremos a Dios, *y Dios lo será todo en todas las cosas* (1 Cor 15,28); o, como lo sometido a Cristo con Cristo se someterá a Dios y se unirán en una sola alianza, así toda sustancia se reducirá a la mejor cualidad y se disolverá en éter, que es de naturaleza más pura y simple; o, por lo menos, la esfera que arriba llamamos *aplanés* («no errante») y todo lo que se contiene en su círculo, se disolverá en nada; mas aquella por la que se sostiene y ciñe la antizona misma, será llamada tierra buena, lo mismo que la otra esfera, que circuye con su vértigo a esta tierra y se llama cielo, se reservará para morada de los santos» (II 3,7 p.125).

6. Al hablar así, ¿no es evidente de toda evidencia que sigue los errores de los gentiles y mezcla con la sencillez de Cristo los delirios de los filósofos? Y en el mismo libro: «Resta que Dios es invisible. Ahora bien, si es invisible por naturaleza, síguese que tampoco para el Salvador es visible» (II 4,3 p.130). Y más abajo: «Ningún alma humana que baja al cuerpo humano expresó la pura y genuina semejanza del anterior signo en sí, fuera de aquella de la que dice el Salvador: *Nadie quita mi alma, sino que yo la pondré de mí mismo* (Io 10,18)» (p. a. II 6,3 p.142). Y en otro lugar: «Por lo que hay que tratar con infinita cautela, no sea que las almas, una vez que hayan conseguido la

consecutas. Et idcirco arbitror pro uarietate causarum diuersos mundos fieri et elidi errores eorum, qui similes sui mundos esse contendunt». Et iterum: «Triplex ergo suspicio nobis de fine suggeritur, e quibus quae uera et melior sit, lector inquirat. Aut enim sine corpore uiuemus, cum subiecti Christo subiciemur Deo et Deus fuerit omnia in omnibus; aut, quomodo Christo subiecta cum ipso Christo subicientur Deo et in unum foedus artabuntur, ita omnis substantia redigetur in optimam qualitatem et dissoluetur in aetherem, quod purioris simpliciorisque naturae est; aut certe sphaera illa, quam supra appellauimus ἀπλανῆ, et quidquid illius circulo continetur, dissoluetur in nihilum, illa, uero, qua ἀντιζώνη ipsa tenetur et cingitur, uocabitur terra bona nec non et altera sphaera, quae hanc ipsam terram circumambit uertigine et dicitur caelum, in sanctorum habitaculum seruabitur.

6. Cum haec dicat, nonne manifestissime gentium sequitur errores et philosophorum deliramenta simplicitati ingerit Christianae? Et in eodem libro: «Restat, ut inuisibilis sit Deus. Si autem inuisibilis per naturam est, neque saluatori uisibilis erit». Et in inferioribus: «Nulla alia anima, quae ad corpus descendit humanum, puram et germanam similitudinem signi in se prioris expressit, nisi illa, de qua saluator loquitur: *Nemo tollit animam meam a me, sed ego ponam eam a me ipso.* Et in alio loco: «Unde cum infinita cautione tractandum est, ne forte,

salud y llegaren a la vida bienaventurada, dejen de ser almas. Porque a la manera que el Señor y Salvador vino a buscar y salvar lo que había perecido, y dejó de estar perdido, así el alma, que había perecido y por cuya salud vino el Señor, una vez que se salvare, dejará de ser alma. Es menester averiguar también si, como lo perdido alguna vez no fue perdido, y habrá tiempo cuando no será perdido, así el alma no habría sido alguna vez alma, y vendrá tiempo cuando no persevere ya en manera alguna como alma» (II 8,3 p.155). Y después de tratar largamente del alma, añade: «El *nous,* es decir, la mente o inteligencia, al caer, fue hecha alma y otra vez el alma, adornada de virtudes, se convertirá en mente. Lo cual podemos hallar investigando sobre el alma de Esaú, cómo por antiguos pecados fue condenado en vida peor (Mal 1,2-3). También sobre los cuerpos celestes hay que averiguar que el alma del sol—o como se la quiera llamar—no empezó a ser en el tiempo en que fué hecho el mundo, sino antes de que entrara en ese cuerpo que brilla y arde. Lo mismo hemos de sentir de la luna y las estrellas: por culpas precedentes, mal de su grado, fueron forzadas a someterse a la vanidad y, por los premios venideros, no hacen su propia voluntad, sino la del Creador, por quien fueron repartidos en esos oficios».

7. El fuego del infierno y los tormentos con que la Escritura amenaza a los pecadores, no los pone en los suplicios, sino en la conciencia de los pecadores, cuando, por virtud y poder de Dios, se pondrá ante nuestros ojos toda la memoria de nuestras culpas y, como de semillas dejadas en el alma, brotará toda la mies de

cum animae salutem fuerint consecutae et ad beatam uitam peruenerint, animae esse desistant. Sicut enim uenit Dominus atque saluator quaerere et saluum facere, quod perierat, et perditum esse desistet, sic anima quae perierat et ob cuius salutem uenit Dominus, cum salua facta fuerit, anima esse cessabit. Illud quoque pariter requirendum, utrum, sicut perditum aliquando non fuit perditum et erit tempus, quando perditum non erit, sic et anima fuerit aliquando non anima, et fore tempus, quando nequaquam anima perseueret». Et post multum de anima tractatum hoc intulit: «*Nous,* id est mens, corruens facta est anima et rursum anima instructa uirtutibus mens fiet. Quod et de anima Esau scrutantes possumus inuenire, propter antiqua peccata eum in deteriori uita esse damnatum. Et de caelestibus requirendum est, quod non eo tempore, quo factus est mundus, solis anima—uel quodcumque eam appellari oportet—esse coeperit, sed antequam lucens illud et ardens corpus intraret. De luna et stellis similiter sentiamus, quod ex causis praecedentibus licet inuitae conpulsae sint subici uanitati, ob praemia futurorum non suam facere, sed creatoris uoluntatem, a quo in haec officia distributae sunt».

7. Ignem quoque gehennae et tormenta, quae scriptura sancta peccatoribus comminatur, non ponit in suppliciis, sed in conscientia peccatorum, quando Dei uirtute et potentia omnis memoria delictorum ante oculos nostros ponitur et ueluti ex quibusdam seminibus in anima

los vicios, y todo lo que hubiéremos hecho en la vida de torpe o impío, se dibujará como en un cuadro ante nuestra vista, y el alma, al contemplar los pasados placeres, será castigada por el ardor de la conciencia y atravesada por los aguijones del arrepentimiento. Y otra vez: «A no ser que haya de llamarse oscuridad y tinieblas este cuerpo craso y terreno, por el que, consumado este mundo, el que tenga necesidad de pasar a otro, volverá a nacer de nuevo» (II 10,8 p.182). Al decir esto, claramente defiende la metempsicosis de Pitágoras y Platón. Y, al fin del segundo volumen, en que disputa largamente sobre nuestra perfección, añade: «Y, cuando hubiéremos tanto adelantado, que ya no seamos en manera alguna carnes y cuerpos y acaso ni almas siquiera, sino mente y conciencia que llega a lo perfecto y no está nublada por nube alguna de perturbaciones, contemplará cara a cara las sustancias racionales e inteligibles» (II 11,7 p.191).

8. También en el libro tercero se hallan estos puntos viciosos: «Ahora bien, una vez que admitimos que, por culpas precedentes, un vaso es creado para honor, otro para ignominia, ¿por qué no recurrir al misterio del alma y comprender que hubo de obrar en lo pasado algo por lo que en uno es amada y en otro aborrecida, antes de que en el cuerpo de Jacob suplantara, y en el de Esaú la planta del pie quedara asida por el hermano?» (Gen 25,25; p. a. III 1,22[20] p.238). Y otra vez: «Para que unas almas fueran hechas para honor y otras para ignominia, hubieron de preceder merecimientos de culpas anteriores» (p. a. III 22[21] p.239). Y en el mismo lugar: «Mas, a nuestro parecer,

derelictis uniuersa uitiorum seges exoritur et, quidquid feceramus in uita uel turpe uel inpium, omnis eorum in conspectu nostro pictura describitur ac praeteritas uoluptates mens intuens conscientiae punitur ardore et paenitudinis stimulis confoditur. Et iterum: «Nisi forte corpus hoc pingue atque terrenum caligo et tenebrae nominandae sunt, per quod consummato hoc mundo, cui neccesse fuerit in alium transire mundum, rursum nascendi sumet exordia». Haec dicens perspicue μετεμψύχωσιν Pythagorae Platonisques defendit: Et in fine secundi uoluminis de perfectione nostra disputans intulit: «Cumque in tantum profecerimus, ut nequaquam carnes et corpora, forsitan ne animae quidem fuerimus, sed mens et sensus ad perfectum ueniens nulloque perturbationum nubilo caligatus, intuebitur rationabiles intellegibilesque substantias facie ad faciem».

8. In libro quoque tertio haec uitia continentur: «Sin autem semel recipimus, quod ex praecedentibus causis aliud uas in honorem aliud in contumeliam sit creatum, cur non recurramus ad animae arcanum et intellegamus eam egisse antiquitus, propter quod in altero dilecta, in altero odio habita sit, antequam in Iacob corpore subplantaret et in Esau planta teneretur a fratre?» Et iterum: «Ut autem aliae animae fierent in honorem, aliae in contumeliam, anteriorum causarum merita praecesserunt». Et in eodem loco: «Iuxta nos autem ex praecedentibus meritis uas, quod in honorem fuerit fabricatum, si non dignum uocabulo

el vaso que, por méritos anteriores, fue hecho para honor, si no hiciere obra digna del nombre que lleva, en el otro mundo se convertirá en vaso de ignominia; y, a la inversa, otro vaso que, por culpa anterior, recibió nombre de contumelia, si en la presente vida quisiere corregirse, en la nueva creación vendrá a ser vaso santificado y útil para el Señor, preparado para toda obra buena (2 Tim 2,21; p. a. III 1,23[21] p.240). Y seguidamente añade: «Personalmente pienso que algunos hombres, empezando por vicios pequeños, pueden llegar a tanta maldad, caso que no quieran convertirse a mejor vida y enmendar por la penitencia sus pecados, que se hacen fuerzas contrarias; y, al revés, de enemigos y fuerzas contrarias, pueden algunos aplicar a sus heridas durante muchos tiempos tan excelente medicina y de tal forma contener la anterior corriente de sus delitos, que pasen al lugar de los mejores. Muchas veces hemos dicho que, en los infinitos y eternos siglos en que el alma subsiste y vive, de tal manera caen algunas hacia lo peor, que ocupan el último puesto de la maldad; y de tal manera adelantan otras, que, del último grado de la maldad, vienen a la virtud perfecta y consumada» (III 1,23[21] p.242). Con tales palabras intenta hacer ver que los hombres, es decir, las almas, pueden hacerse démones y, a la inversa, los démones volver a la dignidad angélica. Y en el mismo volumen: «Hay que averiguar por qué el alma humana sea movida diversamente, ora por éstas, ora por las otras virtudes» (p. a. III 3,5 p.261). Y piensa que en algunas precedieron merecimientos antes de entrar en los cuerpos, como es aquello de Juan que salta en el seno de su madre cuando, a la voz del saludo de María,

suo opus fecerit, in alio saeculo fiet uas contumeliae et rursum uas aliud, quod ex anteriori culpa contumeliae nomen acceperat, si in praesenti uita corrigi uoluerit, in noua creatione fiet uas sanctificatum et utile Domino, in omne opus bonum paratum». Statimque subiungit: «Ego arbitror posse quosdam homines a paruis uitiis incipientes ad tantam nequitiam peruenire, si tamen noluerint ad meliora conuerti et per paenitentiam emendare peccata, ut et contrariae fortitudines fiant, et rursum ex inimicis contrariisque uirtutibus in tantum quosdam per multa tempora uulneribus suis adhibere medicinam et fluentia prius delicta constringere, ut ad locum transeant optimorum. Saepius diximus in infinitis perpetuisque saeculis, in quibus anima subsistit et uiuit, sic nonnullas earum ad peiora corruere, ut ultimum malitiae locum teneant, et sic quasdam proficere, ut de ultimo malitiae gradu ad perfectam ueniant consummatamque uirtutem». Quibus dictis conatur ostendere et homines, id est animas, fieri posse daemones et rursum daemones in angelicam redigi dignitatem. Atque in eodem uolumine: «Sed et hoc requirendum, quare humana anima nunc ab hoc, nunc ab aliis uirtutibus ad diuersa moueatur». Et putat quarundam, antequam uenirent in corpora, merita praecessisse, ut est illud Iohannis exultantis in utero matris suae, quando ad uocem salutationis Mariae indignam se confabulatione eius Eli-

se confiesa Isabel indigna de que aquélla le hable (Lc 1,41ss). Y seguidamente añade: «Y, por lo contrario, párvulos, aun apenas lactantes, quedan llenos de malos espíritus, y son inspirados como adivinos y arúspides hasta tal punto, que a algunos, desde su tierna edad, los posee el demon pitónico. Decir que están abandonados por la providencia de Dios, cuando nada han hecho que mereciera pareja insania, no es cosa de quien no admite que nada se haga sin permisión de Dios y que todo es gobernado por su justicia» (III 3,5 p.261).

9. Y nuevamente sobre el mundo: «Mas a nosotros nos place—dice—que antes de este mundo hubo otro y que después de éste habrá otro. ¿Quieres saber cómo después de la corrupción de este mundo habrá otro? Oye lo que dice Isaías: *Habrá cielo nuevo y tierra nueva, que yo hago permanecer en mi presencia* (Is 66,22). ¿Quieres saber cómo, antes de la fábrica de este mundo, hubo otros mundos en lo pasado? Escucha al Eclesiastés: *¿Qué es lo que ha sido? Lo mismo que será. ¿Y qué lo que se ha hecho? Lo mismo que se hará. No hay nada nuevo bajo el sol, para que hables y digas: Mirad, esto es nuevo. No; ya fue en los siglos anteriores, que fueron antes que nosotros* (Eccl 1,9-10). Este testimonio prueba no sólo que hubo, sino que habrá otros mundos, no que hayan de crearse juntos y a par, sino uno tras otro» (p. a. II 5,3 p.273). Y seguidamente añade: «La habitación divina y el verdadero descanso en los cielos estimo ha de entenderse aquel en que moraban las criaturas racionales antes de descender a las regiones inferiores y emigraran de lo invisible

sabeth confitetur. Statimque subiungit: «Et e contrario paruuli, licet paene lactantes, malis replentur spiritibus et in diuinos atque ariolos inspirantur in tantum, ut etiam daemon Pythonicus quosdam a tenera aetate possideat; quos derelictos esse apud prouidentiam Dei, cum nihil tale fecerint, ut istius modi insaniam sustinerent, non est eius, qui nihil uult absque Deo fieri et omnia illius iustitia gubernari».

9. Rursumque de mundo: «Nobis autem, inquit, placet et ante hunc mundum alium fuisse mundum et post istum alium futurum. Vis discere, quod post corruptionem huius mundi alius sit futurus? Audi Esaiam loquentem: *Erit caelum nouum et terra noua, quae ego facio permanere in conspectu meo.* Uis nosse, quod ante fabricam istius mundi alii mundi in praeterito fuerint? Ausculta Ecclesiasten: *Quid est, quod fuit? Ipsum, quod erit. Et quid est, quod factum est? Ipsum, quod futurum est. Et non est omne nouum sub sole quod loquatur et dicat: Ecce hoc nouum est; iam enim fuit in saeculis pristinis, quae fuerunt, ante nos.* Quod testimonium non solum fuisse, sed futuros mundos esse testatur, non quo simul et pariter omnes fiant, sed alius post alium. Statimque subiungit: «Diuinitus habitaculum et ueram requiem apud superos aestimo intellegi, in qua creaturae rationabiles commorantes, antequam ad inferiora descenderent et de inuisibilibus ad uisibilia conmigrarent ruentesque ad terram crassis corporibus indigerent, antiqua beatitudine frue-

a lo visible, cuando, cayendo a la tierra, necesitaron de estos crasos cuerpos—aquel descanso, digo, en que gozaban de la antigua bienaventuranza—. Por lo que el Dios creador les hizo cuerpos convenientes a los bajos lugares y fabricó este mundo visible y mandó a él ministros para la salud y corrección de los que cayeron; de ellos, unos ocuparían lugares fijos y atenderían a las necesidades del mundo; otros cumplirían diligentemente los oficios que se les han encomendado en los tiempos y momentos que sabe el Dios artífice. Así, los lugares más altos del mundo los recibieron el sol, la luna y las estrellas, que el Apóstol llama criatura. Y esta criatura está sometida a la vanidad (Rom 8,20), por estar vestida de crasos cuerpos y patente a la mirada. Y, sin embargo, no está sometida de su grado a la vanidad, sino por la voluntad del que la sometió en esperanza» (p. a. III 5,4 p.274). Y otra vez: «Y otros, en cada lugar y tiempo, que sólo sabe el artífice del mundo, sirven al gobierno del universo, y ésos creemos ser sus ángeles» (III 5,4 p.275). Y poco después: «Este orden de cosas y al mundo entero lo rige la providencia de Dios, mientras unas potencias caen de las regiones sublimes, otras poco a poco resbalan hacia la tierra, otras son precipitadas mal su grado, éstas aceptan de buena gana los ministerios para dar la mano a las que caen, aquéllas son forzadas a ello de mala gana, y permanecen tanto o tanto tiempo en el oficio recibido» (III 5,5 p.276). Y otra vez: «De donde se sigue que, por razón de los varios movimientos, se crean mundos varios y que, después de este que habitamos, habrá otro muy diferente. Y ningún otro puede administrar los merecimientos en las diversas caídas o ade-

bantur. Unde conditor Deus fecit eis congrua humilibus locis corpora et mundum istum uisibilem fabricatus est ministrosque ob salutem et correptionem eorum, qui ceciderunt, misit in mundum, e quibus alii certa obtinerent loca et mundi necessitatibus oboedirent. Alii iniuncta sibi officia singulis quibusque temporibus, quae nouit artifex Deus, sedula mente tractarent. Et ex his sublimiora mundi loca sol et luna et stellae, quae ab apostolo creatura dicitur, acceperunt. Quae creatura uanitati subiecta est, eo quod crassis circumdata corporibus et aspectui pateat. Et tamen non sponte subiecta est uanitati, sed propter uoluntatem eius, qui eam subiecit in spe». Et iterum: «Alii uero in singulis locis atque temporibus, quae solus artifex nouit mundi, gubernaculis seruiunt, quos angelos eius credimus». Et post paululum: «Quem rerum ordinem et totum mundi <regit Dei> prouidentia, dum aliae uirtutes de sublimioribus corruunt, aliae paulatim labuntur in terras, istae uoluntate descendunt, aliae praecipitantur inuitae, hae sponte suscipiunt ministeria, ut ruentibus manum porrigant, illae coguntur ingratae et tanto uel tanto tempore in suscepto officio perseuerant». Et iterum: «Ex quo sequitur, ut ob uarios motus uarii creentur et mundi et post hunc, quem incolimus, alius multo dissimilis mundus fiat. Nullusque alius diuersis casibus et

lantamientos, con premios para las virtudes y suplicios para los vicios, lo mismo en el tiempo presente que en el por venir y en todos; nadie puede tampoco reducirlo todo a un solo fin, sino solo Dios, creador de todo, que sabe las causas por que deja a unos que gocen de su voluntad y vayan poco a poco resbalando de lo mayor a lo infinito, y a otros los empiece a visitar y gradualmente, como si les diera la mano, los devuelve al prístino estado y los coloca en lo más alto» (III 5,5 p.276).

(9). Y habiendo empezado a tratar acerca del fin, añadió esto: «Como quiera que, según muchas veces hemos dicho, el principio se engendra de nuevo del fin, cabe preguntar si también entonces habrá cuerpos o habrá que vivir algún día sin cuerpos, cuando éstos hubieren sido reducidos a la nada, y es de creer que la vida de lo incorporal sea sin cuerpo, cual sabemos ser la de Dios. Y no cabe duda que, si todos los cuerpos pertenecen a este mundo sensible, los que el Apóstol llama visibles (Col 1,16), la vida de los seres incorpóreos habrá de ser incorpórea (III 6,1 p.281). Y poco después: «También aquello que dice el Apóstol: *Toda la creación será librada de la servidumbre de la corrupción para la libertad gloriosa de los hijos de Dios* (Rom 8,21), lo entendemos así: La primera creación de seres racionales e incorporales decimos ser la que ahora sirve a la corrupción, por estar vestida de cuerpos, y, dondequiera hubiere cuerpos, se sigue la corrupción; pero luego será librada de la corrupción, cuando recibiere la gloria del Hijo de Dios *y Dios lo fuere todo en to-*

profectibus uel uirtutum praemiis uel uitiorum suppliciis et in praesenti et in futuro atque in omnibus et retro et in priore temporibus potest merita dispensare et ad unum rursus finem cuncta pertrahere, nisi solus conditor omnium Deus, qui scit causas, propter quas alios dimittat sua perfrui uoluntate et de maioribus ad ultima paulatim delabi, alios incipiat uisitare et gradatim quasi manu data ad pristinum retrahere statum et in sublimibus collocare».

(9.) Cumque de fine disputare coepisset, haec intulit: «Quia ut crebro iam diximus—principium rursum ex fine generatur, quaeritur, utrum et tunc futura sint corpora an sine corporibus aliquando uiuendum sit, cum redacta in nihilum fuerint, et incorporalium uita incorporalis esse credenda sit, qualem et Dei nouimus. Nec dubium est, quin, si omnia corpora ad mundum istum sensibilem pertineant, quae appellantur ab apostolo uisibilia, futura sit uita incorporalium incorporalis». Et post paululum: «Illud quoque, quod ab eodem apostolo dicitur: *Omnis creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei,* sic intellegimus, ut primam creaturam rationabilium et incorporalium esse dicamus, quae nunc seruiat corruptioni, eo quod sit uestita corporibus et, ubicumque corpora fuerint, statim corruptio subsequatur; postea autem liberabitur de seruitute corruptionis, quando receperit gloriam filii Dei et Deus fuerit omnia in omnibus». Et in eodem loco: «Ut autem incorporeum finem omnium rerum esse credamus, illa nos saluatoris oratio prouocat, in qua ait: *Ut, quomodo ego et tu unum sumus,*

dos (1 Cor 15,28; p. a. III 6,1 p.281). Y en el mismo lugar: «Ahora bien, que el fin de todas las cosas haya de ser incorpóreo, provócanos a creerlo aquella oración del Salvador en que dice: *Para que como tú y yo seamos una cosa, así también éstos sean una cosa en nosotros* (Io 17,21). A la verdad, hemos de saber qué cosa es Dios y qué haya de ser al fin el Salvador y cómo haya sido prometida a los santos la semejanza con el Padre y el Hijo, de modo que, como ellos son una cosa, así los santos sean en ellos una cosa. Porque, o hay que admitir que el Dios del universo se haya de vestir de cuerpo, y, como nosotros de carnes, así ha de rodearse a El de cualquier materia, a fin de que la semejanza de la vida de Dios pueda ajustarse al fin a los santos, o, si esto es indecoroso, señaladamente para quienes, siquiera en parte mínima, desean sentir la majestad de Dios y sospechar la gloria de su naturaleza ingénita, que todo lo transciende, no tenemos más remedio que escoger uno de los términos del dilema: o hemos de desesperar de la semejanza con Dios, puesto caso que hayamos de tener siempre los mismos cuerpos, o, si se nos promete la bienaventuranza de la misma vida de Dios, tendremos que vivir en la misma condición con que vive Dios» (II 6,1 p.282).

10. Por todo eso se demuestra lo que siente acerca de la resurrección y cómo afirma que todos los cuerpos han de perecer. De modo que estaremos algún día sin cuerpos, como lo estuvimos de primero, antes de vestirnos de los crasos que ahora llevamos. Luego habla otra vez de las variedades de mundos, afirmando que de los ángeles pueden hacerse demonios y de los demonios ángeles u hombres, y, por lo contrario, de los hombres démones y todo de todo. Al final confirma así su sentencia: «Y no cabe

sic et isti in nobis unum sint. Etenim scire debemus, quid sit Deus et quid sit futurus in fine saluator et quomodo sanctis similitudo patris et filii repromissa sit, ut, quomodo illi in se unum sunt, sic et isti in eis unum sint. Aut enim suscipiendum est uniuersitatis Deum uestiri corpore et, quomodo nos carnibus, sic illum qualibet materia circumdari, ut similitudo uitae Dei in fine sanctis possit aequari, aut, si hoc indecens est—maxime apud eos, qui saltim ex minima parte Dei sentire cupiunt maiestatem et ingenitae atque omnia excedentis naturae gloriam suspicari—, e duobus alterum suscipere cogimur, ut aut desperemus similitudinem Dei, si eadem sumus corpora semper habituri, aut, si beatitudo nobis eiusdem cum Deo uitae promittitur, eadem, qua uiuit Deus, nobis condicione uiuendum est».

10. Ex quibus omnibus adprobatur, quid de resurrectione sentiat et quod omnia corpora interitura confirmet, ut simus absque corporibus, quomodo et prius fuimus, antequam crassis corporibus uestiremur. Rursumque de mundorum uarietatibus disputans et uel ex angelis daemones uel ex daemonibus angelos siue homines futuros esse contestans et e contrario ex hominibus daemones et omnia ex omnibus sententiam suam

duda que, después de ciertos intervalos de tiempo, volverá a subsistir la materia y hacerse cuerpos y a construirse variedad de mundos, a causa de las varias voluntades de las criaturas racionales, las cuales, después de la perfecta bienaventuranza, hasta el fin de todas las cosas, resbalando poco a poco hacia lo inferior, recibieron tanta maldad que se convirtieron en lo contrario, por no querer mantener su principio y poseer la bienaventuranza incorrupta. Y no hay que ignorar que muchas criaturas racionales conservan su principio hasta el segundo, tercero y cuarto mundo y no dan lugar en sí a la mutación; otras han de perder tan poco de su prístino estado, que apenas parece hayan perdido nada, y algunas, con gran caída, han de ser precipitadas al último abismo. Y Dios, dispensador de todas las cosas, sabe en la creación de los mundos usar de cada uno según el merecimiento, las oportunidades y las causas que se sostienen e inician los gobernalles del mundo, de suerte que quien por su maldad sobrepujó a todos y de todo en todo se asemejó a la tierra, en el otro mundo que ha de fabricarse se convierta en diablo, principio de la plasmación del Señor, para que sea objeto de burla por parte de los ángeles que perdieron la virtud de su comienzo» (III 6,3 p.284). Con estas palabras no otra cosa se esfuerza en demostrar sino que los hombres pecadores en este mundo pueden en otro convertirse en diablos y démones; y, a su vez, los aquí démones pueden en otro mundo nacer como ángeles y hombres. Y, tras larguísima disertación, en que dice que toda la creación corpórea

tali fine confirmat: «Nec dubium est, quin post quaedam interualla temporum rursum materia subsistat et corpora fiant et mundi diuersitas construatur propter uarias uoluntates rationabilium creaturarum, quae post perfectam beatitudinem usque ad finem omnium rerum paulatim ad inferiora delapsae tantum malitiam receperunt, ut in contrarium uerterentur, dum nolunt seruare principium et incorruptam beatitudinem possidere. Nec hoc ignorandum, quod multae rationabiles creaturae usque ad secundum et tertium et quartum mundum seruent principium nec mutationi in se locum tribuant, aliae uero tam parum de pristino statu amissurae sint, ut paene nihil perdidisse uideantur, et nonnullae grandi ruina in ultimum praecipitandae sint baratrum. Nouitque dispensator omnium Deus in condicione mundorum singulis abuti iuxta meritum et oportunitates et causas, quibus mundi gubernacula sustentantur, et initiantur, ut qui omnes uicerit nequitia, et penitus se terrae coaequauerit, in alio mundo, qui postea fabricandus est, fiat diabolus, principium plasmationis domini, ut inludatur ei ab angelis, qui exordii amisere uirtutem». Quibus dictis quid aliud conatur ostendere, nisi huius mundi homines peccatores in alio mundo posse diabolos et daemones fieri et rursum nunc daemones in alio mundo posse uel angelos uel homines procreari? Et post disputationem longissimam, qua omnem naturam corpoream in spiritalia corpora et tenua dicit esse mutandum cunctamque substantiam in unum corpus mundissimum et omni splendore purius conuertendam et

ha de cambiarse en cuerpos espirituales y tenues, y toda substancia en un solo cuerpo limpísimo y más puro que todo esplendor, tal como no es capaz de pensarlo ahora la mente humana, finalmente añade: «*Y Dios lo será todo en todos* (1 Cor 15,28), para que toda la naturaleza corpórea se reduzca a aquella sustancia que es mejor que todas, es decir, a la sustancia divina, mejor que la cual no hay ninguna» (III 6,9 p.29 o s).

11. También en el cuarto libro, que es el último de esta obra, inserta cosas como lo que sigue, digno de ser condenado por las iglesias de Cristo: «Y acaso, a la manera como los que mueren en este mundo por separación del alma y del cuerpo, según la diferencia de sus obras, obtienen y ocupan lugares distintos en los infiernos, así los que mueren, digámoslo así, por dispensación de la Jerusalén celeste, bajan a los infiernos de nuestro mundo para ocupar, según la calidad de sus merecimientos, lugares diversos en la tierra» (IV 3,10 p.337). Y otra vez: «Y ya que hemos comparado las almas que de este mundo van a los infiernos con las almas que del cielo superior vienen a nuestras moradas y están en cierto modo muertas, hay que averiguar con discreta investigación si podemos decir esto mismo también en el nacimiento de cada una de ellas. Es decir, que, como las almas que nacen en esta tierra nuestra vienen o del infierno a lo superior por desear cosas mejores, y toman cuerpo humano, o bajan hasta nosotros de lugares mejores, así también aquellos lugares que están arriba en el firmamento los poseen otras almas que de nuestras moradas pasan a otras mejores; y habría otras que de las regiones celestes resbalaron hasta el firmamento; pero no cometie-

talem, qualem nunc humana mens non potest cogitare, ad extremum intulit: «*Et erit Deus omnia in omnibus*, ut uniuersa natura corporea redigatur in eam substantiam, quae omnibus melior est, in diuinam uidelicet, qua nulla est melior».

11. In quarto quoque libro, qui operis huius extremus est, haec ab ecclesiis Christi damnanda interserit: «Et forsitan, quomodo in isto mundo, qui moriuntur separatione carnis et animae, iuxta operum differentiam diuersa apud inferos obtinent loca; sic, qui de caelestis Hierusalem—ut ita dicam—administratione moriuntur, ad nostri mundi inferna descendunt, ut qualitate meritorum diuersa in terris possideant loca». Et iterum: «Et quia conparauimus de isto mundo ad inferna pergentes animas his animabus, quae de superiori caelo ad nostra habitacula uenientes quodam modo mortuae sunt, prudenti inuestigatione rimandum est, an hoc ipsum possimus etiam in natiuitate dicere singularum, ut, quomodo, quae in ista terra nostra nascuntur animae, uel de inferno rursum meliora cupientes ad superiora ueniunt et humanum corpus adsumunt uel de melioribus locis ad nos usque descendunt, sic et ea loca, quae supra sunt in firmamento, aliae animae possideant, quae de nostris sedibus ad meliora proficiant, aliae, quae de caelestibus ad firmamentum usque delapsae sunt nec tantum fecere peccati, ut ad loca inferiora, quae

ron tan gran pecado que hubieran de ser arrojadas a los lugares inferiores que nosotros habitamos» (IV 3,11 p.339). Con estas palabras se esfuerza en demostrar que el firmamento, esto es, el cielo, en comparación del cielo superior, es infierno; y esta tierra que habitamos, en comparación con el firmamento, se llama infierno y, a su vez, en comparación con los infiernos, que están bajo nosotros, se llama cielo. De modo que lo que para unos es cielo, para otros es infierno. Y, no contento con esta disquisición, añade: «Al fin de todas las cosas, cuando hemos de volver a la Jerusalén celeste, surgirán guerras de las potencias contrarias contra el pueblo de Dios, a fin de que su virtud no esté ociosa, sino que se ejercite en las batallas y tenga ocasión de robustecerse. Lo que no podrían conseguir si primero no resistían vigorosos a los contrarios, que, en el libro de los Números, leemos haber sido vencidos por razón, orden y habilidad en el contraataque».

12. Y habiendo dicho, según el Apocalipsis de Juan, que el evangelio sempiterno, es decir, el venidero en los cielos, se aventaja tanto a este nuestro cuanto la predicación de Cristo a los ritos de la antigua ley, al final añadió—cosa que sólo pensarla es sacrilegio—que, por la salud de los démones, Cristo ha de padecer también en el aire y en los lugares de arriba. Y, aunque él no lo dijo, se entiende, sin embargo, lógicamente, que, como por los hombres se hizo hombre, así también por la salud de los démones se hará lo que son los démones, que ha de venir a liberar. Y porque nadie piense que afirmamos esto de nuestra cosecha, he aquí sus palabras: «Y a la manera como por la sombra del evangelio llenó la sombra de la ley, así, puesto que toda

rados de Jerusalén setenta y cinco millas, y de los árabes y agarenos, los que llaman ahora sarracenos, vecinos a la ciudad de Jerusalén. Da vergüenza decir la anchura de la tierra de promisión, pues pudiéramos dar a los gentiles ocasión de blasfemar. Desde Jope a nuestro pueblecillo de Belén hay cuarenta y seis millas, y de aquí se tiende el desierto vastísimo, lleno de bárbaros feroces, de los que se dice: *Habitarás en frente de todos tus hermanos* (Gen 16,12), y de los que hace también mención el elocuentísimo poeta: «Los barceos que vagan por ancha comarca» (VIRG., *Aen.* 4,42), del pueblo de Barca, que está situado en el desierto. Los africanos, con nombre corrompido, los llaman ahora baricianos. Estos son los que, según las cualidades de los lugares, se llaman con diversos nombres y desde la Mauritania, pasando por Africa y Egipto, por Palestina y Fenicia, Celesiria y Osrohena, Mesopotamia y Persia, se dirigen hacia la India. Esta es, ¡oh judío!, la longitud y anchura de tus tierras. En éstas pones tu gloria, de ellas blasonas ante ignorantes por las varias provincias: «Ante el pueblo alardeas, pero yo te conozco por la piel y por dentro» (PERSIO, III 30).

5. Me podrás objetar que se llama tierra de promisión la que se contiene en el libro de los Números: al sur del mar de las Salinas, por el Sinaí y Cades-Barne hasta el torrente de Egipto, que desemboca en el mar grande junto a Rinocorura, y por occidente ese mismo mar, que baña las costas de Palestina, Fenicia, Celesiria y Cilicia; por el norte, el monte Tauro y Cefirio hasta Emath, que se llama Epifanía de Siria, y por oriente, Antioquía y el lago Cenereth, que ahora se llama Tiberiades, y el Jordán,

paratos, Arabas et Agarenos, quos nunc Sarracenos uocant, in uicinia urbis Hierosolymae. Pudet dicere latitudinem terrae repromissionis, ne ethnicis occasionem blasphemandi dedisse uideamur. Ab Ioppe usque ad uiculum nostrum Bethleem quadraginta sex milia sunt, cui succedit uastissima solitudo plena ferocium barbarorum, de quibus dicitur: *Contra faciem omnium fratrum tuorum habitabis* et quorum facit poeta eloquentissimus mentionem: «lateque uagantes Barcaei», a Barca oppido, quod in solitudine situm est, quos nunc corrupto sermone Afri Baricianos uocant. Hi sunt, qui pro locorum qualitatibus diuersis nominibus appellantur et a Mauritania per Africam et Aegyptum Palaestinamque et Phoenicem, Coelen Syriam et Osrohenen, Mesopotamiam atque Persidem tendunt ad Indiam. Haec, Iudaee, tuarum longitudo et latitudo terrarum, in his gloriaris, super his te per diuersas prouincias ignorantibus iactitas: «ad populum phaleras, ego te intus et in cute noui».

5. Quodsi obieceris terram repromissionis dici, quae in Numerorum uolumine continetur, a meridie maris salinarum per Sina et Cades-Barne usque ad torrentem Aegypti, qui iuxta Rinocoruram mari magno influit, et ab occidente ipsum mare, quod Palaestinae, Phoenici, Syriae Coelae Ciliciaeque praetenditur, ab aquilone Taurum montem et Zephyrium usque Emath, quae appellatur Epiphania Syriae, ad orientem uero per Antiochiam

que desemboca en el mar de las Salinas, que ahora se llama Muerto—al otro lado del Jordán se halla la posesión de dos medias tribus, Rubén y Gad, y media tribu de Manasés—. Muy bien. Yo te confieso que toda esa tierra te fue prometida, pero no dada, a condición de que observases los mandamientos de Dios y caminaras en sus preceptos, si en lugar del Dios omnipotente no adorabas a los Beelphegor y Baales, Beelzebub y Camos. Mas, por haberlos preferido a Dios, perdiste todo lo que te fue prometido. También a mí, en el evangelio, se me promete el reino de los cielos; pero, si no hiciere lo que está mandado, la culpa no es del que promete, sino mía, que no he merecido recibir lo prometido. (Y es así que, cuando hay alternativa, si se omiten las obras, en balde se desea lo prometido.) Lee el libro de Josué y de los Jueces y te darás cuenta de las estrecheces de tierra en que te viste. No hay por qué mentar los extranjeros de diversas ciudades que el pueblo judío no logró expulsar de sus ciudades y moradas. Tu misma metrópoli—primero Jebús, luego Salem, tercero Jerusalén y ahora Elía—no pudo expulsar a los jebuseos, sino que se quedó con ellos para escándalo y ejemplo de los vicios. Hasta tal punto, que donde estuvo tu templo estaba la era de Orna el jebuseo; y el templo mismo, si se exceptúan los prefectos de las obras, dada la muchedumbre de incircuncisos que habitaban contigo, fue construido por gentiles con sus ochenta mil leñadores y setenta mil transportadores, es decir, ciento cincuenta mil hombres.

et lacum Cenereth, quae nunc Tiberias appellatur, et Iordanem, qui mari influit salinarum, quod nunc mortuum dicitur—trans Iordanem autem duarum semis tribuum possessio est, Ruben et Gad et dimidiae tribus Manasse—, et ego fatebor haec tibi repromissa, non tradita, si obseruasses mandata Dei et in praeceptis illius ambulasses, si non pro omnipotente Deo coluisses Beelphegor et Baalim, Beelzebub et Chamos, quos quia praetulisti Deo, omnia, quae tibi promissa fuerant, perdidisti. Et mihi in euangelio promittuntur regna caelorum, quae instrumentum uetus omnino non nominat. Sed si non fecero, quae praecepta sunt, nequaquam erit culpa in promittente, sed in me, qui promissum accipere non merui. [Vbi enim optio proponitur, si opera praetermittuntur, frusta cupias, quod promissum est.] Lege librum Iosue et Iudicum et, quantis possessionis angustiis sis coartatus, intelleges. Quid diuersarum urbium alienigenas commemorem, quos populus Iudaeorum non quiuit expellere de urbibus et sedibus suis, cum ipsa metropolis tua—prius Iebus, postea Salem, tertio Hierosolyma et nunc Aelia—Iebusaeos expellere non ualuerit, sed manserit cum eis in scandalum exemplumque uitiorum in tantum, ut, ubi templum tuum conditum, area Ornae fuerit Iebussaei et ipsum templum LXXX milium latomorum et LXX milium uectorum, hoc est CL milium exceptis praepositis operum pro multitudine habitantium tecum incircuncisorum ab ethnicis extructum sit?

6. Y no digo esto en vituperio de la tierra de Judea, como miente el hereje sicofanta, ni con intento de suprimir la verdad de la historia, fundamento que es del sentido espiritual. Lo que quiero es abatir ese sobrecejo de los judíos, que prefieren la estrechez de la sinagoga a la anchura de la Iglesia. Porque si sólo siguen la letra, que mata, y no el espíritu, que vivifica, muéstrennos la tierra prometida que mana leche y miel; mas si opinan que se dijo figuradamente por la abundancia de todas las cosas, también nosotros preferimos la tierra de la confesión y la tierra de los vivientes a la tierra de las espinas. El Señor mismo le dice a Moisés sobre la reprobación de Israel y la adopción de los gentiles: *Déjame que borre ese pueblo y te haga a ti nación grande* (Ex 32,10). Y el Padre a su Hijo: *Pídeme, y darte he las naciones en herencia, y en posesión los lindes de la tierra* (Ps 2,8). Y más abiertamente por Isaías: *Poco es para ti que seas hijo mío para levantar las tribunas de Jacob y reunir las heces*—o residuos— *de Israel. Te he puesto para luz de todas las naciones, para salvador de toda la tierra* (Is 49,6). Por ahí se demuestra claramente que todo lo que precedió en aquel pueblo fue imagen, sombra y figura, y se escribió para nosotros, *en quienes han venido a parar los términos de los tiempos* (1 Cor 10,11).

7. Muchos crímenes, ¡oh judío!, has cometido. A todas las naciones del contorno estuviste sometido. ¿Por qué causa? Por causa, indudablemente, de la idolatría. Y siendo a menudo esclavo de ellas, Dios se compadeció de ti y te envió jueces que te salvaran, librándote de la servidumbre de moabitas y amonitas,

6. Nec hoc dico in sugillationem terrae Iudaeae, ut hereticus sycophanta mentitur, aut quo auferam historiae ueritatem, quae fundamentum est intellegentiae spiritalis, sed ut decutiam supercilium Iudaeorum, qui synagogae angustias ecclesiae latitudini praeferunt. Si enim occidentem tantum sequuntur litteram et non spiritum uiuificantem, ostendant terram repromissionis lacte et melle manantem; sin autem per tropologiam dictum putant pro rerum omnium abundantia, et nos confessionis terram terramque uiuentium terrae ueprium praeferimus dicente Domino ad Moysen de abiectione Israhelis et adsumptione gentium: *Dimitte me, ut deleam populum istum et faciam te in gentem magnam,* et eodem patre ad filium: *Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae* et apertius per Esaiam: *Parum tibi est, ut sis puer meus ad suscitandas tribus Iacob et faeces*—uel reliquias—*Israhel congregandas. Dedi te in lucem cunctis gentibus, ut sis saluator uniuersae terrae.* Ex quo perspicue demonstratur omnia illius populi in imagine et umbra et typo praecessisse, scripta autem esse pro nobis, *in quos fines saeculorum decucurrerunt.*

7. Multa, Iudaee, scelera commisisti, cunctis circa seruisti nationibus. Ob quod factum? Vtique propter idolatriam. Cumque seruires crebro, misertus tui est Deus et misit iudices et saluatores, qui te de famulatu Moabitarum et Ammonitarum, Philistiim quoque et diuersarum gentium

de los filisteos y de naciones varias. Ultimamente, bajo los reyes, ofendiste a Dios; Babilonia devastó toda tu provincia, que quedó barrida, y por espacio de setenta años sólo hubo soledad. Ciro, rey de los persas, salvó a los cautivos—Esdras y Nehemías lo cuentan con todo por menor—; bajo Darío, rey de persas y medos, fue reconstruido el templo por Zorobabel, hijo de Selatiel, y por Jesús, hijo de Josedec, sumo sacerdote. No cuento lo que sufristeis por parte de medos, egipcios y macedonios, ni te traeré a la memoria a Antíoco Epífanes, el más cruel de todos los tiranos, ni a Gneo Pompeyo, Gabinio, Escauro, Vario, Casio y Sosio, que asaltaron tus ciudades y, sobre todo, a Jerusalén. Finalmente, la ciudad fue tomada y derribado el templo por Vespasiano y Tito. Luego, hasta el emperador Adriano, por espacio de cuarenta años, permanecieron los restos de la ciudad y del templo. ¿Por qué enorme crimen? No adoras ciertamente los ídolos. Aun esclavo de persas y romanos y oprimido bajo el yugo del cautiverio, no conoces a los dioses ajenos. ¿Cómo es que el Dios clementísimo, que jamás se olvidó de ti, no se conmueve ahora durante tanto tiempo con tus calamidades, para poner fin a tu cautividad o, por mejor decir, para enviarte el esperado anticristo? ¿Por qué crimen, digo, por qué tan execrable delito aparta de ti los ojos? ¿Lo ignoras? Acuérdate del grito de tus padres: *Que su sangre caiga sobre nosotros y sobre nuestros hijos* (Mt 27,25). Y: *Venid, matémoslo y la heredad será nuestra* (Mc 12,7). Y: *Nosotros no tenemos más rey que el César* (Io 19,15). Tienes lo que escogiste: hasta el fin del mundo has de servir al César, *hasta que entre la*

liberarunt. Nouissime sub regibus offendisti Deum et omnis prouincia Babylonia uastante deleta est et per septuaginta annos mansit solitudo. A Cyro, rege Persarum, est laxata captiuitas—Hesdra hoc et Neemia plenissime referunt—, extructum est templum sub Dario, rege Persarum atque Medorum, a Zorababel, filio Salathiel, et Iesu, filio Iosedech, sacerdote magno. Quae passi sitis a Medis, Aegyptiis Macedonibusque, non numero nec tibi adducam in memoriam Antiochum Epiphanen, crudelissimum omnium tyrannorum, nec Gnaeum Pompeium, Gabinium, Scaurum, Uarum, Cassium Sossiumque replicabo, qui tuis urbibus et praecipue insultauere Hierosolymae. Ad extremum sub Vuespasiano et Tito urbs capta templumque subuersum est. Deinde ciuitatis usque ad Adrianum principem per quinquaginta annos mansere reliquiae. Post euersionem templi paulo minus per quadringentos annos et urbis et templi ruinae permanent. Ob quod tantum facinus? Certe non colis idola, sed etiam seruiens Persis atque Romanis et captiuitatis pressus iugo ignoras alienos deos. Quomodo clementissimus Deus, qui numquam tui oblitus est, nunc per tanta spatia temporum miseriis tuis non adducitur, ut soluat captiuitatem et, ut uerius dicam, expectatum tibi mittat antichristum? Ob quod, inquam, facinus et tam execrabile scelus auertit oculos suos? Ignoras? memento uocis parentum tuorum: *Sanguis eius super nos et super filios nostros* et: *Venite, occidamus eum et nostra erit hereditas* et: *Non habemus regem nisi Caesarem.* Habes, quod elegisti: Vsque ad finem mundi serui-

plenitud de los gentiles y entonces se salve todo Israel (Rom 11, 25-26). Y el que antaño fue cabeza, ahora pasará a la cola.

8. He aquí, varón eruditísimo, que has pasado por el honor de doble prefectura y ahora eres más honrado en Cristo, lo que en apresurada y breve trasnochada he dictado para ti, pues no me resignaba a callar del todo. Y es así que al mismo tiempo, más concretamente, el mismo día que me fueron entregadas tus letras, fueron expedidas las mías. No cabía sino callar o responder con estilo desaliñado. Lo primero lo pidiera el pudor; lo segundo, la caridad.

130 A Demetríada

1. De entre todas las materias sobre que he escrito desde mi mocedad hasta la hora presente, ora por mi propia mano, ora dictando a mis secretarios, ninguna más difícil que la obra presente. Y es así que me propongo escribir a Demetríada, virgen de Cristo, que, por su alcurnia y riquezas, es la primera en el orbe romano. Ahora bien, si digo todo lo que es razón se diga de sus virtudes, pareceré un adulador, y si algo quito, por que no parezca que raya en lo increíble, mi empeño cederá en mengua de sus alabanzas. ¿Qué partido, pues, tomar? Lo que no puedo cumplir, no puedo tampoco negarlo. ¡Tan grande es en su abuela y madre, mujeres insignes, la autoridad para mandar, la fidelidad en el pedir y la constancia hasta alcanzar lo que piden! Y la verdad es que no me piden nada nuevo ni cosa del otro mundo, cuando en materias por el estilo se ha gastado a menudo mi ingenio. Lo que

turus es Caesari, *donec gentium introeat plenitudo et sic omnis Israhel saluus fiat,* ut qui quondam erat in caput, uertatur in caudam.

8. Haec tibi, uir eruditissime, in duplicis praefecturae honore transacto nunc in Christo honoratior, tumultuaria et breui lucubratione dictaui, ne uiderer omnino reticere. Eodem enim tempore, immo eodem die mihi et litterae tuae redditae sunt et meae expeditae, ut aut tacendum fuerit aut incompto eloquio respondendum, quorum alterum pudoris, alterum caritatis est.

130 Ad Demetriadem

1. Inter omnes materias, quas ab adulescentia usque ad hanc aetatem uel mea uel notariorum scripsi manu, nihil praesenti opere difficilius. Scripturus enim ad Demetriadem, uirginem Christi, quae et nobilitate et diuitiis prima est in orbe Romano, si cuncta uirtutibus eius congrua dixero, adulari putabor; si quaedam subtraxero, ne incredibilia uideantur, damnum laudibus eius mea faciet uerecundia. Quid igitur faciam? Quod inplere non possum, negare non audeo: Tanta est auiae eius et matris, insignium feminarum, in iubendo auctoritas, in petendo fides, in extorquendo perseuerantia. Neque enim ut nouum quiddam et praecipuum a me flagitant, cuius ingenium in huiusce modi materiis

quieren es que no falte, de parte varonil, el testimonio de mi voz en la celebración de las virtudes de esa niña, en quien—para valerme del dicho del ínclito orador—«más es de alabar la esperanza que la realidad» (CIC., *De republ., incertae sedis fragm.* 5). Si bien es verdad que, por el ardor de su fe, ha sobrepujado los años de niña y ha empezado por donde sería en otras perfecta y consumada virtud terminar.

2. Vaya lejos toda murmuración, apártese la envidia, nadie nos tache de ambición. Escribimos, desconocidos, a una desconocida. Por lo menos, en cuanto a la faz corporal; pues el hombre interior nos es bien conocido con aquel conocimiento con que también el apóstol Pablo, antes de verlos, conocía a los colosenses (Col 2,1) y a muchos otros fieles. Cuánto sea el valimiento que conmigo tiene o, por mejor decir, hasta qué punto admiro yo a esta virgen, puédese colegir por el hecho de que, ocupado en el comentario del templo de Ezequiel—obra, sin duda, la más difícil de todas las Escrituras santas—, y concretamente en aquella parte del santuario en que se describe el *sancta sanctorum* y el altar del incienso, he preferido esta corta diversión, para pasar de altar a altar y consagrar a la perpetua castidad una víctima viva, agradable a Dios y sin mácula. Sé muy bien que, a la invocación del obispo, el velo virginal ha cubierto la santa cabeza, y se ha celebrado aquel lema de la voz apostólica: *Quiero presentaros a todos, como vírgenes castas, a Cristo* (2 Cor 11,2), *cuando asistió la reina a tu derecha, vestida de brocado de oro con variedad de colores* (Ps 44,10). Es la veste multicolor y tejida de variedad de virtudes de que se vistió también José (Gen 37,3) y que llevaban en otros

saepe detritum est, sed ne uocis meae pro uirili parte desit testimonium in eius uirtutibus explicandis, cuius—ut incliti oratoris utar sententia—spes magis laudanda quam res est, quamquam puellares annos fidei ardore superarit et inde coeperit, unde alias desisse perfectae consummataeque uirtutis est.

2. Procul obtrectatio, facessat inuidia, nullum in ambitione sit crimen. Ignoti ad ignotam scribimus: Dumtaxat iuxta faciem corporalem; alioquin interior homo pulchre sibi cognitus est illa notitia, qua et apostolus Paulus Colosenses multosque credentium nouerat, quos ante non uiderat. Quantum sit apud me meritum, immo miraculum uirginis nostrae, hinc potest aestimari, quod occupatus in explanatione templi Hiezechielis—quod opus in omnibus scripturis sanctis uel difficillimum est—et in ea parte delubri, in qua sancta sanctorum et thymiamatis altare describitur, malui parumper hoc uti deuerticulo, ut de altari transirem ad altare et hostiam uiuam, placentem Deo ac sine ulla macula aeternae pudicitiae consecrarem. Scio, quod ad inprecationem pontificis flammeum uirginale sanctum operuerit caput et illud apostolicae uocis insigne celebratum sit: *Uolo autem uos omnes uirginem castam exhibere Christo,* quando *adstitit regina a dextris eius in uestitu deaurato circumdata uarietate.* Qua ueste polymita et multarum uirtutum diuersitate contexta indutus fuit et

tiempos las hijas de los reyes. De ahí que la esposa misma se alegra y dice: *Introdújome el rey en su alcoba* (Cant 1,3); y el coro de sus compañeras responde: *Toda la gloria de la hija del rey está dentro* (Ps 44,14). Sin embargo, también nuestro discurso puede ser de algún provecho. Los caballos corren más velozmente con los aplausos, la fuerza de los púgiles se incita por los clamores del público, y la palabra del emperador enciende a las huestes preparadas para la batalla y las ya desenvainadas espadas. También, pues, en la obra presente, la abuela y la madre plantaron, nosotros regaremos y el Señor dará el crecimiento (1 Cor 3,6).

3. Quieren las reglas de los rétores que se exorne con sus abuelos y tatarabuelos a quienes se exalta en el panegírico. De este modo, la raíz fecunda compensa la esterilidad de las ramas, y lo que no tenemos en el fruto, lo admiramos en el tronco. Según eso, tendría yo ahora que repetir los claros nombres de los Probos y Olibrios y el linaje ilustre de la sangre anicia, en que nadie o muy raro fue quien no mereciera el consulado. O tendría que sacar a plaza a Olibrio, padre de nuestra virgen, al que arrebató muerte prematura y por quien lloró Roma. Temo decir más, para no enconar la herida de tu santa madre y que el recuerdo de sus virtudes sea comienzo de nuevo dolor. Hijo piadoso, esposo amable, señor magnánimo, ciudadano afable, cónsul ya en su niñez, pero más ilustre senador por la bondad de su carácter. Dichoso por su muerte, pues no vio derrumbarse a su patria; pero más dichoso por su descendencia; pues, por la perpetua castidad de su hija Demetríada, ha hecho más ilustre la nobleza de su bisabuela del mismo nombre.

Ioseph et regum quondam utebantur filiae. Unde et ipsa sponsa laetatur ac dicit: *Introduxit me rex in cubiculum suum* sodaliumque respondit chorus: *Omnis gloria filiae regis intrinsecus*. Sed et nostra oratio dabit aliquid emolumenti. Equorum cursus fauore pernicior fit, pugilum fortitudo clamoribus incitatur, paratas ad proelium acies strictosque mucrones sermo imperatoris accendit: Igitur et in opere praesenti auia quidem materque plantauerint, sed et nos rigabimus et Dominus incrementum dabit.

3. Rhetorum disciplina est abauis et atauis et omni retro nobilitate ornare, quem laudes, ut ramorum sterilitatem radix fecunda conpenset et, quod in fructu non teneas, mireris in trunco. Scilicet nunc mihi Proborum et Olybriorum clara repetenda sunt nomina et inlustre Anicii sanguinis genus, in quo aut nullus aut rarus est, qui non meruerit consulatum, aut proferendus Olybrius, uirginis nostrae pater, quem inmatura morte subtractum Roma congemuit. Vereor plura dicere, ne sanctae matris uulnus exasperem et uirtutum eius recordatio fiat doloris instauratio. Pius filius, uir amabilis, clemens dominus, ciuis affabilis, consul quidem in pueritia, sed morum bonitate senator inlustrior. Felix morte sua, qui non uidit patriam corruentem, immo felicior sobole, qui Demetriadis proauiae nobilitatem insigniorem reddidit Demetriadis filiae perpetua castitate.

4. Pero ¿qué estoy haciendo? Olvidado de mi propósito, mientras admiro a la joven, he venido a exaltar algo de los bienes del mundo, cuando tengo más bien que alabar a nuestra virgen por haber puesto todo eso bajo sus pies, por no haber pensado que era de noble linaje ni potentísima por sus riquezas, sino en su condición humana. Increíble fortaleza de alma hubo menester para apetecer, entre las perlas y seda, entre las catervas de eunucos y criadas que la adulaban, entre la barahúnda de la servidumbre y los platos exquisitos que la abundancia de una noble casa le presentaba, para apetecer, digo, el trabajo de los ayunos, los ásperos vestidos, la frugalidad en el comer. Y es que había leído las palabras del Señor que dice: *Los que se visten de blandas ropas, en los palacios de los reyes moran* (Mt 11,8). Quedábase atónita de la vida que llevaron Elías y Juan Bautista. Los dos apretaron y mortificaron sus lomos con cinturón de piel, y de Juan especialmente se cuenta haber venido, como precursor del Señor, con espíritu y virtud de Elías; profetizó en el seno mismo de su madre y fue, antes del día del juicio, alabado por el Juez. Admirábase nuestra virgen del fervor de Ana, hija de Fanuel, que, hasta su extrema senectud, sirvió al Señor en el templo con sus oraciones y ayunos. Echaba menos el coro de las cuatro vírgenes, hijas de Felipe, y deseaba ser una de aquellas que, por su pureza virginal, alcanzaron gracia de profecía. Con estos y semejantes pensamientos apacentaba su espíritu, y nada temía tanto como ofender a su abuela y a su madre. Cierto que el ejemplo de ellas la aguijoneaba; pero la espantaban su voluntad e intentos. Y no es que a ellas desplaciera la profesión santa, sino que, por la grandeza

4. Verum quid ago? Oblitus propositi, dum admiror iuuenem, laudaui aliquid bonorum saecularium, cum in eo mihi uirgo magis nostra laudanda sit, quod haec uniuersa contempserit, quod non se nobilem, non diuitiis praepotentem, sed hominem cogitarit. Incredibilis animi fortitudo inter gemmas et sericum, inter eunuchorum et puellarum cateruas et adulationem ac ministeria familiae perstrepentis et exquisitas epulas, quas amplae domus prebebat abundantia, appetisse eam ieiuniorum laborem, asperitatem uestium, uictus continentiam. Legerat enim Domini uerba dicentis: *Qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt.* Stupebat ad conuersationem Heliae et Iohannis Baptistae, quorum uterque zona pellicia adstrinxit et mortificauit lumbos suos, alter uenisse narratur in spiritu et uirtute Heliae praecursor Domini, in utero prophetans parentis et ante diem iudicii iudicis uoce laudatus. Annae, filiae Fanuelis, mirabatur ardorem, quae orationibus atque ieiuniis usque ad ultimam senectutem in templo Domino seruiebat. Quattuor uirginum filiarum Philippi desiderabat chorum et unam se illarum esse cupiebat, quae pudicitia uirginali prophetiae gratiam consecutae sunt. His et huiusce modi cogitationibus pascebat animum nihil ita metuens quam auiam matremque offendere. Quarum cum incitaretur exemplo, uoluntate et studiis terrebatur, non quo displiceret eis sanctum propositum, sed quod pro rei

misma de la cosa, no osaban desearla ni apetecerla. Ardía de fervor la bisoñuela en las armas de Cristo, despreciaba su propio ornato y decía, como Ester, al Señor: *Tú sabes que aborrezco la insignia de mi cabeza* (es decir, la diadema que llevaba como reina) *y la tengo por cosa tan sucia como harapo de mujer menstruada* (Esth 14,16). Cuentan santas y nobles mujeres que la vieron y conocieron, a quienes la cruel tormenta de los enemigos ha arrojado, a través del Africa, del litoral de las Galias a morar en los santos lugares, cómo por las noches, secretamente, sin saberlo nadie más que las vírgenes que iban en el séquito de abuela y madre, jamás usó sábanas de lino ni blandas plumas. Su lecho era una piel pequeña de pelos sobre la desnuda tierra; regaba con lágrimas continuas su faz y, derrocada en espíritu a los pies del Salvador, rogábale aceptara su determinación, cumpliera su deseo y ablandara el corazón de su abuela y madre.

5. ¿A qué alargarme más? Cuando estaba ya próximo el día de la boda y preparado ya el tálamo para el futuro matrimonio, secretamente y sin testigos, teniendo por todo consuelo la noche, dícese que se armó a sí misma con semejantes razones: «¿Qué haces, Demetríada? ¿Por qué tan tímidamente defiendes tu castidad? ¡Es menester libertad y audacia! Tú que así temes en la paz, ¿qué harías si tuvieses que sufrir el martirio? Tú que no puedes soportar una mirada de los tuyos, ¿cómo aguantarías los tribunales de los perseguidores? Si no te animan los ejemplos de los varones, ahí tienes, para que te exhorte y fortalezca, a la bienaventurada mártir Inés, que venció a par a su edad y al tirano y coronó

magnitudine optare id et appetere non auderent. Aestuabat Christi tiruncula, oderat ornatum suum et cum Hester loquebatur ad Dominum: *Tu nosti, quod oderim insigne capitis mei*—hoc est diadema, quo utebatur quasi regina—*et tantae ducam inmunditiae uelut pannum mulieris menstruatae.* Aiunt sanctae et nobiles feminae, quae eam uidere, quae norunt, quas de litore Galliarum ad habitationem sanctorum locorum hostium per Africam conpulit saeua tempestas, noctibus et secreto consciis tantum uirginibus Dei, quae in matris et auia comitatu erant, numquam eam linteamine, numquam plumarum usam mollitie, sed ciliciolum in nuda humo habuisse pro stratu, iugibus faciem rigasse lacrimis saluatoris mente genibus aduolutam, ut suum reciperet propositum, ut inpleret desiderium, ut auiae animum matrisque molliret.

5. Quid ultra differo? Cum iam nuptiarum adpropinquaret dies et futuro matrimonio thalamus pararetur, secrete et absque arbitris noctemque habens pro solacio talibus fertur se armasse consiliis: Quid agis, Demetrias? Cur pudicitiam tanto pauore defendis? Libertate opus est et audacia. Quae sic in pace metuis, quid faceres in martyrio perpetrando? Quae tuorum uultum ferre non potes, quomodo sustineres tribunalia persecutorum? Si te uirorum exempla non prouocant, hortetur faciatque securam beata martyr Agnes, quae et aetatem uicit et tyrannum et titulum castitatis martyrio coronauit. Nescis, misera, nescis, cui de-

la gloria de su castidad con el martirio. No sabes, infortunada, no sabes a quién le debes tu virginidad. Poco ha temblaste entre las manos de los bárbaros, te cubrías en el regazo y con los mantos de tu abuela y madre, te viste prisionera y que tu castidad no estaba ya en tu mano, te horrorizaste de los feroces rostros de los enemigos y contemplaste con callado gemido cómo eran raptadas las vírgenes de Dios. Tu ciudad, un día cabeza del orbe, es ahora sepultura del pueblo romano. ¿Y tú, en la costa líbica, vas a tomar, desterrada tú misma, un marido desterrado? ¿Quién será tu madrina? ¿Qué cortejo te acompañará? La estridente lengua púnica te cantará procaces poemas fesceninos. Rompe todas las dilaciones. *El amor perfecto echa fuera al temor* (1 Io 4,18). Toma el escudo de la fe, la loriga de la justicia, el casco de la salud, y marcha al combate. También la guarda de la castidad tiene su martirio. ¿Por qué temes a tu abuela? ¿Por qué te espantas de tu madre? Acaso ellas mismas quieran lo que no creen que tú quieras». Inflamada por estos aguijones, arrojó de sí todo atavío de su cuerpo y el vestido seglar como obstáculo de su propósito. Las joyas preciosas, los collares que valían fortuna, las gemas que echaban fuego vuelven a sus cofres, se viste de pobre túnica, se cubre de mantilla aún más pobre e, inesperadamente, se arroja de golpe a los pies de su abuela, dando a entender con solo el llanto y los sollozos la que era. Estupefacta quedó la santa y grave señora al contemplar en su nieta un hábito que no era el suyo; atónita de gozo quedó la madre. Una y otra no creían ser verdad lo que deseaban fuera verdad. La voz se pegó a la garganta, y entre el rubor y la palidez, entre el miedo y la alegría, iban y venían los más varios pensamientos.

beas uirginitatem tuam. Dudum inter barbaras tremuisti manus, auiae matrisque sinu et palliis tegebaris, uidisti te captiuam et pudicitiam tuam non tuae potestatis, horruisti truces hostium uultus, raptas uirgines Dei gemitu tacito conspexisti. Urbs tua, quondam orbis caput, Romani populi sepulchrum est, et tu in Libyco litore exulem uirum ipsa exul accipies? Quam habitura pronubam? Quo deducenda comitatu? Stridor linguae Punicae procacia tibi fescennina cantabit. Rumpe moras omnes. *Perfecta dilectio foras mittit timorem.* Adsume scutum fidei, loricam iustitiae, galeam salutis, procede ad proelium. Habet et seruata pudicitia martyrium suum. Quid metuis auiam? Quid formidas parentem? Forsitan et ipsae uelint, quod te uelle non credunt. His inflammata stimulis omnem corporis cultum et habitum saecularem quasi propositi sui inpedimenta proiecit. Pretiosa monilia et graues censibus uniones ardentesque gemmae redduntur scriniis, uili tunica induitur, uiliori tegitur pallio et insperata auiae genibus repente prouoluitur fletu tantum et planctibus, quae esset, ostendens. Obstipuit sancta et grauis femina alienum habitum in nepte conspiciens, mater gaudio stabat adtonita. Utraque uerum non credere, quod uerum esse cupiebant. Haesit uox faucibus et inter ruborem atque pallorem metumque ac laetitiam cogitationes uariae mutabantur.

6. Hay que rendirse en este lugar, y no voy a intentar relatar lo que sólo puedo deslustrar con mis palabras. Secaríase el río del ingenio de Tulio, lánguida y perezosamente correrían los torcidos y vibrantes pensamientos de Demóstenes, si tratara de explicar la grandeza de aquella alegría no creíble. Cuanto puede el alma pensar, cuanto la palabra no puede expresar, oímos haberse cumplido en aquel momento. Se arrojan a besar a porfía a su nieta e hija. Lloran copiosamente de alegría, levantan con su mano a la virgen que yace en tierra, abrazan a la que tiembla, reconocen en la determinación de ella su propio pensamiento y se felicitan de que una virgen hará subir de quilates con su virginidad la nobleza de una noble familia. Había hallado, decían, lo que aventaja al linaje, lo que podía suavizar las cenizas de la ciudad de Roma. ¡Buen Jesús! ¡Y cuál no fue el júbilo en toda aquella familia! Como de raíz fecunda, brotaron entonces de golpe muchas vírgenes, y la turba de paniaguados y criadas siguió el ejemplo de su protectora y ama. Hervía por todas las casas la profesión de la virginidad, y si la condición carnal era diversa, uno mismo era el premio de la castidad. Pero aún me quedo corto: todas las iglesias de Africa saltaron de gozo como en una danza sacra. La fama del célebre caso penetró no sólo en las ciudades, pueblos y aldehuelas, sino hasta las míseras chozas. Todas las islas que hay entre Africa e Italia se llenaron de esta noticia, y la alegría corrió aún más lejos sin tropiezo. Mudó entonces Italia sus ropas de luto y las murallas medio derruidas de la urbe de Roma recobraron en parte su antiguo esplendor al pensar que Dios se les había vuelto propicio en la total conversión de su antigua ciudadana. Cualquie-

6. Succumbendum est huic loco neque narrare adgrediar, quod dicendo minus faciam. Ad explicandam incredibilis gaudii magnitudinem et Tulliani fluuius siccaretur ingenii et contortae Demosthenis uibrataeque sententiae tardius languidiusque ferrentur. Quicquid potest cogitare animus, quicquid sermo non potest explicare, illo in tempore factum audiuimus. Certatim in oscula neptis et filiae ruunt. Ubertim flere gaudio, iacentem manu attollere amplexarique trepidantem, agnoscere in illius proposito mentem suam et gratulari, quod nobilem familiam uirgo uirginitate sua nobiliorem faceret. Inuenisse eam, quod praestaret generi, quod Romanae urbis cineres mitigaret. Iesu bone, quid illud in tota domo exultationis fuit? Quasi ex radice fecunda multae simul uirgines pullularunt exemplumque patronae et dominae secuta est clientium turba atque famularum. Per omnes domos feruebat uirginitatis professio, quarum cum inpar esset in carne condicio, unum erat praemium castitatis. Parum loquor: Cunctae per Africam ecclesiae quodam exultauere tripudio. Non solum ad urbes, oppida uiculosque, sed ad ipsa quoque mappalia celebris fama penetrauit. Omnes inter Africam Italiamque insulae hoc rumore repletae sunt et inoffenso pede longius gaudia cucurrere. Tunc lugubres uestes Italia mutauit et semiruta urbis Romae moenia pristinum ex parte recepere fulgorem propitium sibi aestimantes Deum in alumnae conuer-

ra creyera que las huestes de los godos y el aluvión de esclavos fugitivos había caído fulminado por un rayo del Señor desde lo alto. No así por vez primera se levantó el pueblo romano al saber la victoria de Marcelo junto a Nola, después de las derrotas de Trebia, Trasimeno y Cannas, lugares en que fueron pasados a cuchillo miles y miles de soldados romanos. Con menor gozo supo en el Capitolio la nobleza rescatada a peso de oro y la juventud, semillero del linaje romano, que los escuadrones de los galos habían sido desbaratados. Penetró esta noticia las costas de Oriente y hasta en las ciudades del interior fue oído el triunfo de la gloria de Cristo. ¿Qué virgen de Cristo no se glorió de ser compañera de esta virgen? ¿Qué madre, ¡oh Juliana!, no proclamó bienaventurado tu seno? Pase que entre los infieles sean inciertos los premios de la vida por venir. Tú, de presente, ¡oh virgen!, ya has recibido más de lo que ofreciste. La que de haber sido esposa de un hombre sólo una provincia la hubiera conocido, todo el orbe ha oído que es virgen de Cristo. Suelen padres mezquinos y cristianos de fe a medias consagrar a la virginidad a sus hijas feas y estropeadas de algún miembro, por no hallar yernos a su gusto—allá se van, como se dice, el vidrio y la piedra preciosa—. Los que se tienen por más piadosos dan a las vírgenes una menguada dote, que apenas basta para el diario sustento, y todo el resto de la hacienda lo reparten generosamente entre los hijos seglares de ambos sexos. Así lo hizo poco ha en esta ciudad cierto presbítero rico, que dejó en la miseria a los hijos que profesaban virginidad y proveyó abundantemente a los otros hijos para que se entrega-

sione perfecta. Putares extinctam Gothorum manum et conluuiem perfugarum atque seruorum Domini desuper intonantis fulmine concidisse. Non sic post Trebiam, Trasumennum et Cannas, in quibus locis Romanorum exercituum caesa sunt milia, Marcelli primum apud Nolam proelio se populus Romanus erexit. Minori prius gaudio strata Gallorum agmina auro redempta nobilitas et seminarium Romani generis in arce cognouit. Penetrauit hic rumor orientis litora et in mediterraneis quoque urbibus Christianae gloriae triumphus auditus est. Quae uirginum Christi non huius se societate iactauit? Quae mater non tuum, Iuliana, beatum clamauit uterum? Incerta apud infideles sint praemia futurorum: Plus interim recepisti, uirgo, quam obtulisti. Quam sponsam hominis una tantum prouincia nouerat, uirginem Christi totus orbis audiuit. Solent miseri parentes et non plenae fidei Christiani deformes et aliquo membro debiles filias, quia dignos generos non inueniunt, uirginitati tradere —tanti, ut dicitur, uitrum, quanti margaritum—; certe, qui religiosiores sibi uidentur, paruo sumptu et qui uix ad alimenta sufficiat uirginibus dato, omnem censum in utrosque sexus saecularibus liberis largiuntur. Quod nuper in hac urbe diues quidam fecit presbyter, ut duas filias in proposito uirginali inopes relinqueret et aliorum ad omnem copiam filio-

ran al lujo y los placeres. Lo mismo, ¡ay dolor!, han hecho otras muchas mujeres de nuestra profesión. ¡Y ojalá se tratara de ejemplo raro! Pero cuanto es más frecuente, tanto son más dichosas estas que no han seguido ni aun el ejemplo de las más.

7. Cuéntase—y es cosa que anda con loa en boca de todos los cristianos—que todo el aderezo preparado para la boda fue entregado por aquel par de santas mujeres a la virgen, para no hacer agravio a su esposo o, por mejor decir, para que se presentara a El dotada con sus antiguas riquezas, y lo que había de perecer en las cosas del mundo, sustentara la pobreza de los domésticos de Dios. ¡Quién lo había de creer! Aquella Proba, que lleva nombre más ilustre que todas las dignidades y que toda la nobleza del orbe romano; aquella cuya santidad y bondad para con todo el mundo generosa fue venerada aun entre los bárbaros; aquella a quien no agotaron los consulados sucesivos de sus tres hijos: Probino, Olibrio y Probo, ni la cautividad en la Urbe con el incendio y saqueo de sus palacios, dícese que anda ahora vendiendo a todo vender las heredades de sus abuelos y haciéndose, con la riqueza de iniquidad, amigos que la reciban en las tiendas eternas (Lc 16,9). ¡Buen ejemplo para que se avergüence toda la jerarquía del ministerio de la Iglesia y los monjes de puro nombre, que andan comprando fincas, cuando persona de tan alta nobleza las vende! Apenas había escapado de manos de los bárbaros y llorado a las vírgenes que habían sido arrancadas de sus brazos, cuando súbitamente es herida por insufrible orfandad de su hijo —desastre que nunca temiera—; mas, como futura abuela de una virgen de Cristo, recibió serenamente la mortal herida, demos-

rum luxuriae atque deliciis prouideret, fecerunt hoc multae, pro dolor, nostri propositi feminae; atque utinam rarum esset exemplum, quod quanto crebrius est, tanto istae feliciores, quae ne plurimarum quidem exempla sectatae sunt!

7. Fertur et omnium Christianorum laude celebratur, quicquid fuerat nuptiis praeparatum, a sancta Christi synoride uirgini traditum, ne sponso fieret iniuria, immo ut dotata pristinis opibus ueniret ad sponsum et, quod in rebus mundi periturum erat, domesticorum Dei inopiam sustentaret. Quis hoc credat? Proba illa, omnium dignitatum et cunctae nobilitatis in orbe Romano nomen inlustrius, cuius sanctitas et in uniuersos effusa bonitas etiam apud barbaros uenerabilis fuit, quam trium liberorum, Probini, Olybrii et Probi, non fatigarunt ordinarii consulatus et cum incensis direptisque domibus in urbe captiuitas, nunc auitas uenundare dicitur possessiones et facere sibi amicos de iniquo mammona, qui se recipiant in aeterna tabernacula, ut erubescat omnis ecclesiastici ministerii gradus et cassa nomina monachorum emere praedia tanta nobilitate uendente. Uix barbarorum effugerat manus et auulsas de conplexu suo uirgines fleuerat, cum subito intolerabili et quod numquam timuerat amantissimi filii orbitate percutitur et quasi futura uirginis Christi auia

trando en sí misma ser verdad lo que en el poema lírico se canta como loa del varón justo:

«Si el orbe, hecho pedazos, se desploma,
impávido, sobre él caerán sus ruinas».

(HORAT., *Carm.* III 3,7-8.)

Leemos en el libro de Job: *Estando aún hablando éste, vino otro mensajero* (Iob 1,18). Y allí mismo: *Tentación* o, como dice mejor el texto hebreo, *milicia es la vida del hombre sobre la tierra* (Iob 7,1). Y es así que trabajamos y corremos riesgos en la milicia de este mundo para ser coronados en el porvenir. Y no es maravilla creer eso de los hombres, cuando el Señor mismo fue tentado. De Abrahán dice la Escritura que Dios lo tentó (Gen 22,23). Por lo que dice también el Apóstol: *Alegrándoos en las tribulaciones* (Rom 12,12). Y: *Sabiendo que la tribulación opera la paciencia, la paciencia la prueba, la prueba la esperanza, y la esperanza no sale fallida* (Rom 5,3ss). Y en otro lugar: *¿Quién nos separará de la caridad de Cristo? ¿La tribulación, la estrechez, la persecución, el hambre, la desnudez, el peligro o la espada? Como está escrito: Por ti somos matados todo el día, se nos estima como ovejas para el matadero* (Rom 8,35-36). Y a los que así sufren los exhorta así Isaías: *Los que habéis sido destetados, los apartados de los pechos, esperad tribulación sobre tribulación, esperanza sobre esperanza* (Is 28,9-10). *No pueden parangonarse las tribulaciones de este mundo con la gloria venidera que se revelará en nosotros* (Rom 8,18). La razón por que repito estos textos de la

spe futurorum mortiferum uulnus excepit probans in se uerum esse, quod in lyrico carmine super iusti praeconio dicitur:

«si fractus inlabatur orbis,
inpauidum ferient ruinae».

Legimus in uolumine Iob: *Adhuc isto loquente uenit alius nuntius* et in eodem: *Temptatio*—siue, ut melius habetur in Hebraeo—, *militia est uita hominis super terram.* Ad hoc enim laboramus et in saeculi huius periclitamur militia, ut in futuro saeculo coronemur. Nec mirum hoc de hominibus credere, cum Dominus ipse temptatus sit. Et de Abraham scriptura testatur, quod Deus temptauerit eum. Quam ob causam et apostolus loquitur: *Gaudentes in tribulationes*, et: *Scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, spes autem non confundit*, et in alio loco: *Quis nos separabit a caritate Christi? Tribulatio an angustia an persecutio an fames an nuditas an periculum an gladius? Sicut scriptum est: Quia propter te mortificamur tota die, aestimati sumus ut oues occisionis.* Et Esaias huiusce modi homines cohortatur dicens: *Qui ablactati estis a lacte, qui aulsi ab ubere, tribulationem super tribulationem expectate, spem super spem. Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis.* Cur ista replicauerim, sequens sermo monstrabit. Quae de me-

Escritura, la pondrá en claro lo que sigue de mi discurso. La que desde el medio del mar había contemplado humeante a su patria y encomendado a frágil barquichuela la salud de los suyos y la propia, halló en Africa playas más crueles. Allí, efectivamente, paró en manos de un personaje de quien no podría decirse si era más avaro que cruel. Nada era para él dulce sino el vino y el dinero, y, so capa de defender el partido del clementísimo emperador, fue el más atroz de todos los tiranos. Fue—para aludir un poco a las fábulas de los poetas—como el Orco en el Tártaro con su Cancerbero, no de tres, sino de múltiples cabezas, que todo lo atraía a sí, todo lo desgarraba y extinguía. Este tenía por ocupación arrancar del regazo de sus madres las doncellas ya prometidas (VIRG., *Aen.* 10,78), vender a mercaderes sirios, los más avaros entre mortales, las bodas de nobles; no tener miramiento a la miseria de pupilos, viudas ni vírgenes de Cristo, y examinar más despacio las manos que los rostros de quienes venían a suplicarle. La noble matrona, que venía huyendo de los bárbaros, hubo de sufrir a esta fiera, a esta Escila y Caribdis, ceñida de muchos perros, que no se conmovía por naufragios ni se doblegaba por cautiverios. ¡Imita por lo menos, oh cruel, al enemigo del Imperio romano! El Breno de nuestro tiempo sólo se llevó lo que encontró; tú buscas lo que no encuentras. ¿Y aún se admiran sus émulos—pues la virtud tiene siempre la puerta abierta a la envidia—porque compró con tácita proscripción la castidad de tantas vírgenes como llevaba consigo? No saben que aquel que podía habérselo llevado todo se dignó aceptar sólo una parte, y ella no se atrevió a negársela como a conde, pues se daba cuenta que, como

dio mari fumantem uiderat patriam et fragili cumbae salutem suam suorumque commiserat, crudeliora inuenit Africae litora. Excipitur enim ab eo, quem nescias utrum auarior an crudelior fuerit, cui nihil dulce praeter uinum et pretium et qui sub occasione partium clementissimi principis saeuissimus omnium extitit tyrannorum et—ut aliquid loquar de fabulis poetarum—quasi Orcus in tartaro non tricipitem sed multorum capitum habuit Cerberum, qui cuncta traheret, laceraret, extingueret. Hic matrum gremiis abducere pactas, negotiatoribus et auidissimis mortalium Syris nobilium puellarum nuptias uendere, non pupillorum, non uiduarum, non uirginum Christi inopiae parcere manusque magis rogantium spectare quam uultus. Hanc feram et Charybdim Scyllamque succinctam multis canibus fugiens barbaros matrona sustinuit, quae nec naufragiis parceret, nec captiuitatibus flecteretur. Imitare, crudelis, saltim hostem Romani imperii. Brennus nostri temporis tantum, quod inuenerat, tulit; tu quaeris, quod non inuenis. Et mirantur aemuli—uirtus enim semper inuidiae patet—, cur tantarum secum pudicitiam tacita proscriptione mercata sit, cum et ille partem sit dignatus accipere, qui totum potuit auferre, et haec quasi comiti negare non ausa sit, quae se intellegebat sub nomine priuatae dignitatis tyranno seruientem? Sentio me inimicorum patere morsibus, quod adulari uidear nobilissimae et clarissimae feminae.

persona privada, tenía que servir al tirano. Me percato de que me estoy exponiendo a las dentelladas de mis enemigos, pues parecerá que estoy adulando a una nobilísima y clarísima mujer. Pero no me podrán acusar si saben que hasta este momento he callado. Jamás he alabado en ella lo antiguo de su alcurnia ni sus grandes riquezas y el poder de vida o muerte de su marido, cosas que acaso, con mercenario discurso, hayan puesto otros por las nubes. Mi propósito es alabar con estilo eclesiástico a la abuela de mi virgen y darle las gracias porque con su voluntad ayudó la voluntad de ella. Por lo demás, la celdilla de mi monasterio, la parca comida y el vestido raído, y la edad que linda ya con la muerte y el viático de tan corto viaje me ponen a cubierto de toda mala fama de adulador. Y, finalmente, en todo lo que aún me queda por decir, dirigiré mi palabra a la virgen misma, y a una virgen noble, no menos por su prosapia que por su santidad, en la que cuanto es la subida más alta, tanto más peligrosa fuera la caída.

«Sólo una cosa, ¡oh nacida de Dios!, una cosa antes que otra ninguna quiero decirte y te la repetiré, y una y otra vez quiero avisártela» (VIRG., *Aen.* 3,435s): Llena tu alma del amor de la lección sacra y no recibas en la tierra buena de tu pecho la semilla de la cizaña y avena loca. No dejes que, mientras duerme el padre de familias—que es el *nous,* es decir, el espíritu que ha de estar siempre unido con Dios—, venga el hombre enemigo a sembrar encima la mala hierba. Repite antes bien a la continua: *En las noches busqué al que ama mi alma. ¿Por dónde pastoreas, dónde pasas la siesta al mediodía?* (Cant 3,1; 1,6). Y: *Contigo*

Qui accusare non poterunt, si me scierint hucusque tacuisse; neque enim laudaui in ea umquam antiquitatem generis, diuitiarum et potentiae magnitudinem uiro uiuente uel mortuo, quae alii forsitan mercennaria oratione laudauerint. Mihi propositum est stilo ecclesiastico laudare auiam uirginis meae et gratias agere, quod uoluntatem eius sua adiuuerit uoluntate. Alioquin cellula monasterii, uilis cibus uestisque contempta et aetas uicina iam morti breuisque temporis uiaticum carent omni adsentationis infamia. Denique in reliquis partibus omnis mihi sermo ad uirginem dirigetur et uirginem nobilem et nobilem non minus sanctitate quam genere, cuius quanto sublimis ascensus est, tanto lapsus periculosior.

«<unum> illud tibi, nata Deo, proque omnibus unum
praedicam et repetens iterumque iterumque monebo,»

ut animum tuum sacrae lectionis amore occupes nec in bona terra pectoris tui sementem lolii auenarumque suscipias, ne dormiente patre familias—qui est νοῦς id est animus, Deo semper adhaerens—inimicus homo zizania superseminet, sed semper loquaris: *In noctibus quaesiui, quem dilexit anima mea. Vbi pascis, ubi cubas in meridie?* Et: *Adhaesit post te anima mea, me suscepit dextera tua* illudque Hieremiae: *Non laboraui sequens te. Neque enim est dolor in Iacob nec labor in Israhel.*

se ha unido mi alma y tu diestra me ha acogido (Ps 62,9). Y aquello de Jeremías: *No me he fatigado siguiéndote, porque no hay dolor en Jacob ni trabajo en Israel* (Ier 17,16). Cuando estabas en el siglo amabas las cosas del siglo: te hermoseabas la cara con carmín y te pintabas de colorete los labios, te componías muy bien el cabello y, con pelo ajeno, levantabas un moño en forma de torre. Y nada digo de los preciosos pendientes, del brillo de las perlas que hablan de las profundidades del mar Rojo, del verde color de las esmeraldas, del flamear de los rubíes, del azul marino de los jacintos, cosas todas por que se perecen y enloquecen de deseo las nobles matronas. Mas ahora que has dado el segundo paso después del bautismo y has hecho pacto con tu adversario, diciéndole: «Renuncio a ti, diablo, y a tu mundo, y a tu pompa, y a tus obras», has de estar de acuerdo y has de guardar el pacto con tu adversario mientras estás en el camino de este mundo, no sea que te entregue al juez y quedes convicta de haber usurpado algo suyo, y seas entregada al sayón, que es enemigo y verdugo, y seas arrojada a la cárcel y a las tinieblas exteriores—unas tinieblas que nos envuelven tanto más horrorosamente cuanto más nos apartamos de Cristo, luz verdadera—, y de allí no salgas hasta pagar el último maravedí, es decir, la más leve culpa, como quiera que hemos de dar cuenta, el día del juicio, aun de una palabra ociosa (cf. Mt 5,25ss; 12,36 etc.).

8. Todo esto vaya dicho no como mal agüero contra ti, sino por deber de mentor temeroso y cauto que teme en ti aun lo que está seguro (cf. VIRG., *Aen.* 4,298). *Si el espíritu*, dice, *del poderoso subiere sobre ti, no abandones tu puesto* (Eccle 10,4). Es-

Quando eras in saeculo, ea, quae erant saeculi, diligebas: Polire faciem purpurisso et cerussa ora depingere, ornare crinem et alienis capillis turritum uerticem struere, ut taceam de inaurium pretiis, candore margaritarum Rubri Maris profunda testantium, zmaragdorum uirore, cerauniorum flammis, hyacinthorum pelago, ad quae ardent et insaniunt studia matronarum. Nunc autem, quia saeculum reliquisti et secundo post baptismum gradu inisti pactum cum aduersario tuo dicens ei: «Renuntio tibi, diabole, et saeculo tuo et pompae tuae et operibus tuis», serua foedus, quod pepigisti, et esto consentiens pactumque custodiens cum aduersario tuo, dum es in uia huius saeculi, ne forte tradat te iudici et de suo aliquid usurpasse conuincat tradarisque ministro, qui ipse est inimicus et uindex, et mittaris in carcerem et in tenebras exteriores, quae, quanto a Christo, uero lumine, separamur, tanto nos maiori horrore circumdant, et non inde exeas, nisi soluas nouissimum quadrantem, id est minimum quodque delictum, quia et pro otioso uerbo reddituri sumus rationem in die iudicii.

8. Haec dicta sint non infausto contra te uaticinio, sed pauidi cautique monitoris officio ea quoque in te, quae tuta sunt, formidantis. *Si spiritus*, inquit, *potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.* Quasi in procinctu et in acie stamus semper ad pugnam.

temos siempre firmes, haldas en cinta y en línea para entrar en combate. El enemigo quiere movernos de nuestro puesto y que cedamos terreno, pero nosotros hemos de afirmar bien las plantas y decir: *Puso mis pies sobre una peña* (Ps 39,3), y: *La peña es el refugio de las liebres* (Ps 103,8)—muchos, en lugar de liebres, leen «erizos», animal pequeño y huidizo, bien armado de sus púas o espinas—. Pero Jesús fue precisamente coronado de espinas, y cargó con nuestros pecados, y sufrió dolor por nosotros, a fin de que las rosas de la virginidad y las azucenas de la castidad nacieran de las espinas y dolores de las mujeres, a las que se dijo: *Con angustias y dolores parirás, mujer; a tu marido te volverás y él te dominará* (Gen 3,16). De ahí que el esposo mismo se apacienta entre azucenas (Cant 2,16) y entre aquellos que no mancharon sus vestiduras (Apoc 3,4)—pues permanecieron vírgenes y oyeron el mandato: *Sean siempre blancos tus vestidos* (Eccle 9,8)—y, como autor y príncipe de la virginidad, dice confiadamente: *Yo soy la flor del campo y el lirio de los valles* (Cant 6,2). Así, pues, la peña es escondrijo de las liebres, que en las persecuciones huyen de ciudad en ciudad y no temen lo del profeta: *No hallo modo de huir* (Ps 141,5). Mas los altos montes son para los ciervos (Ps 103,18), que se comen a las culebras—aquellas culebras que un niño pequeño saca de su agujero—, cuando el leopardo y el cabrito se acuestan juntos, y el buey y el león comen paja, no para que el buey aprenda la fiereza, sino el león la mansedumbre. Volvamos al texto propuesto: *Si el espíritu del poderoso se levantare contra ti, no abandones tu puesto.* Tras lo cual prosigue: *Porque la diligencia pone fin a pecados máximos* (Eccle 10,4). El

Uult nos loco mouere hostis et de gradu excedere, sed solidanda uestigia sunt et dicendum: *Statui supra petram pedes meos* et: *Petra refugium leporibus,* pro quo multi erinacios legunt, animal paruum et fugax et <peccatorum> sentibus praegrauatum. Sed ideo Iesus spinis coronatus est et nostra delicta portauit et pro nobis doluit, ut de sentibus et tribulationibus feminarum, ad quas dicitur: *In anxietatibus et doloribus paries, mulier, et ad uirum conuersio tua et ipse tui dominabitur,* rosae uirginitatis et lilia castitatis nascerentur. Unde et sponsus pascitur inter lilia et inter eos, qui uestimenta sua non coinquinauerunt—uirgines enim permanserunt audieruntque praeceptum: *Candida sint semper uestimenta tua*—, et quasi auctor uirginitatis et princeps loquitur confidenter: *Ego flos campi et lilium conuallium.* Petra igitur leporum est, qui in persecutionibus de ciuitate fugiunt in ciuitatem nec timent illud propheticum: *Periit fuga a me. Montes autem excelsi ceruis,* quorum colubri cibus sunt, quos educit puer paruulus de foramine, quando pardus et haedus requiescunt simul et bos et leo comedunt paleas, ut nequaquam bos discat feritatem, sed leo doceatur mansuetudinem. Reuertamur ad propositum testimonium: *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.* Post quod sequitur: *Quia curatio quiescere facit peccata maxima.* Qui uersiculus hunc habet sensum: Si in cogitationes tuas

versículo tiene el siguiente sentido: Si la serpiente se levantare en tus pensamientos, *guarda con toda vigilancia tu corazón* (Prov 4,23) y canta con David: *Límpiame, Señor, de mis pecados ocultos y guarda de los ajenos a tu siervo* (Ps 18,13-14). Y jamás llegarás al pecado máximo, que es el que se consuma de hecho. Más bien apagarás al punto en tu espíritu los incentivos de los vicios y estrellarás a los pequeñuelos de Babilonia contra la peña, en que no se hallan huellas de las serpientes. Y entonces prometerás cautamente al Señor: *Si no me dominaren, entonces estaré sin mácula y quedaré limpio del pecado máximo* (Ps 18,14). Es lo mismo que en otro lugar atestigua la Escritura: *Castigaré los pecados de los padres hasta la tercera y cuarta generación* (Ex 20,5, etc.). De modo que no castiga instantáneamente nuestros pensamientos y el propósito de la mente, sino que lo deja para la posteridad, es decir, para las malas obras y la obstinación en el pecado. Como dice por Amós: *Por tres o cuatro pecados de esta o la otra ciudad, ¿es que la voy a rechazar?* (Am 1,3; 2,4).

9. Basten esas florecillas que, como de pasada, he ido cogiendo del prado hermosísimo de las sagradas Escrituras con intento de avisarte que cierres el aposento de tu pecho y defiendas a menudo tu frente con la señal de la cruz, para que el exterminador de Egipto no halle lugar en ti. Sálvense antes bien en tu mente los primogénitos que perecieron en Egipto y di con el profeta: *Preparado, Dios mío, está mi corazón, preparado está mi corazón: cantaré y entonaré himnos. Levántate, gloria mía; levántate, salterio y arpa* (Ps 107,2-3). Esta arpa se manda tomar también a

coluber ascenderit, omni custodia serua cor tuum et cum Dauid canito: *Ab occultis meis munda me, Domine, et ab alienis parce seruo tuo*, et ad peccatum maximum quod opere perpetratur, nequaquam peruenies, sed incentiua uitiorum statim in mente iugulabis et paruulos Babylonios allides ad petram, in qua serpentis uestigia non repperiuntur, cauteque Domino promittis: *Si mei non fuerint dominati, tunc inmaculatus ero et emundabor a delicto maximo.* Hoc est, quod et alibi scriptura testatur: *Peccata patrum reddam in tertiam et quartam generationem*, ut cogitationes nostras mentisque decretum non statim puniat, sed reddat in posteris, id est in malis operibus et in delictorum perseuerantia, quando loquitur per Amos: *Super tribus et quattuor inpietatibus* illius et illius ciuitatis, *nonne auersabor eam?*

9. Haec cursim quasi de prato pulcherrimo sanctarum scripturarum paruos flores carpsisse sufficiat pro commonitione tui, ut claudas cubiculum pectoris et crebro signaculo munias frontem tuam, ne exterminator Aegypti in te locum repperiat, sed primogenita, quae apud Aegyptios pereunt, in tua mente saluentur et dicas cum propheta: *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum; cantabo et psallam. Exsurge, gloria mea, exsurge, psalterium et cithara.* Quam adsumere iubetur et Tyrus multis peccatorum confossa uulneribus, ut agat paenitentiam et maculas pristinae foeditatis cum Petro amaris abluat lacrimis. Verum nos ignoremus

Tiro, acribillada que estaba de heridas de pecados, para que hiciera penitencia y lavara con lágrimas amargas, como las de Pedro, las pasadas manchas de su fealdad (Is 23,16). Mas nosotros no sepamos que hay penitencia en el mundo, y así no pecaremos fácilmente. Aquélla es como la segunda tabla después del naufragio para los infortunados que pecan. Pero, en la virgen, ha de salvarse intacta la nave. Una cosa es buscar lo que se ha perdido; otra, poseer lo que jamás se ha dejado de la mano. De ahí que el Apóstol mismo castigaba su cuerpo y lo reducía a servidumbre, pues temía que, proclamando a los demás, fuera él reprobado (1 Cor 9,27). Y, abrasado por los ardores del cuerpo, decía en nombre del género humano: *¡Miserable de mí! ¿Quién me librará de este cuerpo mortal?* Y otra vez: *Sé que el bien no habita en mí—es decir, en mi carne—; pues el querer está en mi mano, pero en manera alguna hacer el bien. Y es así que no hago el bien que quiero, sino el mal que no quiero.* E insiste: *Los que están en la carne no pueden agradar a Dios; mas vosotros no estáis en la carne, sino en el espíritu, a condición, desde luego, que el espíritu de Dios more en vosotros* (Rom 7,24; 7,18s; 8,8s).

10. Después de la diligentísima cautela sobre tus pensamientos, has de tomar las armas del ayuno y cantar con David: *He humillado mi alma con el ayuno* (Ps 34,13); y: *He comido mi pan como ceniza* (Ps 101,10); y: *Cuando a mí me molestaban, me vestía de cilicio* (Ps 34,3). Eva, por comer, fue arrojada del paraíso. Elías, después de ejercitarse durante cuarenta días en el ayuno, fue arrebatado en carro de fuego al cielo. Moisés se alimenta durante cuarenta días y cuarenta noches de la familiaridad y habla con Dios, y prueba en sí mismo ser verdaderísimo que

paenitentiam, ne facile peccemus. Illa quasi secunda post naufragium miseris tabula sit: In uirgine integra seruetur nauis. Aliud est quaerere, quod perdideris, aliud possidere, quod numquam amiseris. Vnde et apostolus castigabat corpus suum et in seruitutem redigebat, ne aliis praedicans ipse reprobus inueniretur, corporisque ex persona generis humani inflammatus ardoribus loquebatur: *Miser ego homo, quis me liberabi de corpore mortis huius?* Et iterum: *Scio, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum; uelle enim adiacet mihi, ut faciam autem bonum, nequaquam. Neque enim, quod uolo, bonum, sed, quod nolo, malum, hoc facio* et denuo: *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in uobis.*

10. Post cogitationum diligentissimam cautionem ieiuniorum tibi arma sumenda sunt et canendum cum Dauid: *Humiliaui in ieiunio animam meam* et: *Cinerem quasi panem manducaui* et: *Cum molesti essent mihi, induebar cilicio.* Eua per cibum eiecta est de paradiso. Helias quadraginta dierum exercitatus ieiunio igneo curru rapitur ad caelum. Moyses quadraginta diebus ac noctibus familiaritate et sermone Dei pascitur et in se uerissimum probat: *Non in solo pane uiuit homo, sed in*

no de solo pan vive el hombre, sino de toda palabra que saliere de la boca de Dios (Mt 4,4). El Salvador del género humano, que nos legó el ejemplo de sus virtudes y de su vida, después del bautismo, es inmediatamente tomado por el Espíritu, para que luche contra el diablo y, aplastado y deshecho, lo entregue a sus discípulos, que lo pisoteen. De ahí que diga el Apóstol: *Y que Dios aplaste prontamente a Satanás bajo vuestros pies* (Rom 16,20). Y, sin embargo, después del ayuno de cuarenta días, el enemigo antiguo le arma sus trampas y le dice: *Si eres hijo de Dios, manda que estas piedras se conviertan en panes* (Mt 4,3). En la ley, el mes séptimo, después del toque de las trompetas, el día diez del mes, se proclama el ayuno de toda la nación hebrea, y se extermina del pueblo el alma que prefiera el hartazgo a la abstinencia. En Job se escribe del dragón: *Su fuerza está en sus lomos, y su fortaleza encima del ombligo de su vientre* (Iob 40,11). Válese contra los jóvenes y muchachas de los ardores de la edad e inflama la rueda de nuestro nacimiento, con lo que se cumple lo que se dice en Oseas: *Los que adulteran tienen sus corazones como horno de fuego* (Os 7,4), que sólo se extingue por la misericordia de Dios y el frío de los ayunos. Estos son los dardos del diablo, que hieren a par que inflaman. Son los que el rey de Babilonia preparó para los tres jóvenes, encendiendo el horno cuarenta y nueve codos y reservándose él mismo siete semanas para la perdición, las mismas que el Señor había mandado observar para la salud. Mas, así como en el horno apareció un cuarto personaje con aspecto como de hijo del hombre y mitigó aquellos ardores inmensos e hizo ver que entre las llamaradas del horno ardiendo las llamas perdían

omni uerbo, quod egredietur ex ore Dei. Saluator generis humani, qui uirtutum et conuersationis suae nobis reliquit exemplum, post baptismum statim adsumitur ab spiritu, ut pugnet contra diabolum et oppressum eum atque contritum tradat discipulis conculcandum. Unde et apostolus loquitur: *Deus autem conterat satanan sub pedibus uestris uelociter.* Et tamen hostis antiquus post quadraginta dierum ieiunium per cibum molitur insidias et dicit: *Si filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiant.* In lege mense septimo post clangorem tubarum, decima die mensis totius gentis Hebraeae ieiunium est et exterminatur anima illa de populo suo, quae saturitatem praetulerit continentiae. In Iob scriptum est de dracone: *Virtus eius in lumbis et fortitudo illius super umbilicum uentris.* Aduersum iuuenes et puellas aetatis ardore abutitur et inflammat rotam natiuitatis nostrae et implet illud in Osee: *Omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorum,* quae Dei misericordia et ieiuniorum frigore restringuntur. Haec sunt ignita diaboli iacula, quae simul et uulnerant et inflammant et a rege Babylonio tribus pueris praeparantur, qui succendit fornacem quadraginta nouem cubitorum habens et ipse septem hebdomadas ad perditionem, quas Dominus obseruari iusserat ad salutem. Sed, quomodo ibi quartus speciem habens quasi filii hominis inmensos mitigauit ardores et inter camini aestuantis incendia docuit flammas calorem amit-

su calor y una cosa amenazaban a los ojos y otra eran al tacto; por semejante manera, con el alma de la virgen, el ardor juvenil se extingue por el rocío celeste y frío de los ayunos y, en cuerpo humano, se impetra llevar vida de ángeles. Por eso, el mismo Pablo, vaso de elección, dice no tener precepto de parte del Señor acerca de las vírgenes (1 Cor 7,25), pues es contra naturaleza, o, por decir, sobre naturaleza, no cumplir lo que pide naturaleza, matar en ti tu propia raíz y sólo coger los frutos de la virginidad, no saber de lecho matrimonial, sentir horror de todo contacto masculino y, en el cuerpo, vivir sin cuerpo.

11. Sin embargo, no te mando ayunos exagerados y una abstinencia de comida fuera de toda norma. Con ello se quebrantan muy pronto los cuerpos delicados y empiezan a enfermar antes de haber echado los fundamentos de una vida santa. Sentencia es también de los filósofos *mesótetas aretás, hyperbolás kakias einai,* que en romance pudiera decirse así: «Las virtudes son moderadas; las que rompen término y medida han de contarse entre los vicios». De ahí que también uno de los siete sabios dijera: *Ne quid nimis* («nada demasiado»). Dicho tan célebre, que se expresó hasta en un verso de la comedia (TERENT., *Andria* 61). Debes ayunar de manera que no vengas luego a temblar y apenas puedas respirar y tengas que ser traída y llevada en manos de tus compañeras. Basta que, quebrantado el apetito del cuerpo, no omitas nada de lo que debes en la lección, en los salmos y en las vigilias. El ayuno no es virtud acabada, sino fundamento de las demás virtudes; es santificación y pureza, sin la que nadie verá a Dios (Hebr 12,14). Es un escalón para subir a lo más alto; mas, por

tere et aliud comminari, aliud praebere tactui, sic et in animo uirginali rore caelesti et ieiuniorum frigore calor puellaris extinguitur et humano corpori angelorum impetratur conuersatio. Quam ob rem et uas electionis de uirginibus se dicit Domini non habere praeceptum, quia contra naturam, immo ultra naturam est non exercere, quod nata sis, interficere in te radicem tuam et sola uirginitatis poma decerpere, nescire torum, omnem uirorum horrere contactum et in corpore uiuere sine corpore.

11. Neque uero inmoderata tibi imperamus ieiunia et inormem ciborum abstinentiam, quibus statim corpora delicata franguntur et ante aegrotare incipiunt quam sanctae conuersationis iacere fundamenta. Philosophorum quoque sententia est μεσότητας ἀρετάς, ὑπερβολὰς κακίας εἶναι quod Latinus ita potest sermo resonare: Moderatas esse uirtutes, excedentes modum atque mensuram inter uitia reputari. Vnde et unus de septem sapientibus: «Ne quid, ait, nimis». Quod tam celebre factum est, ut comico quoque uersu expressum sit. Sic debes ieiunare, ut non palpites et respirare uix possis et comitum tuarum uel porteris uel traharis manibus, sed, ut fracto corporis appetitu nec in lectione nec in psalmis nec in uigiliis solito quid minus facias. Ieiunium non perfecta uirtus, sed ceterarum uirtutum fundamentum est et sanctificatio atque pudicitia, sine qua nemo uidebit Deum, gradus praebet ad summa scandentibus

sí solo, no podrá coronar a la virgen. Leamos el evangelio de las vírgenes prudentes y locas. De ellas, unas entraron en el aposento del esposo; otras, que no tenían el aceite de las buenas obras, quedaron fuera con sus lámparas apagadas (Mt 25,1-2). Es ancho campo ese de los ayunos y por él hemos corrido nosotros mismos a menudo. Muchos han escrito expresamente del tema, y a sus libros te remito para que aprendas el bien que tiene en sí la abstinencia y cuán mala cosa sea, por lo contrario, la hartura.

12. Imita a tu esposo: Está sumisa a tu abuela y madre. No veas a hombre alguno—señaladamente jóvenes—sin estar ellas delante. A nadie conozcas que no conozcan ellas. Aun por el mundo corre la sentencia: «Tener un mismo querer y un mismo no querer ésa es, a la postre, la firme amistad» (SALLUST., *Catilina* 20,4). Que apetecieras la virginidad, que conocieras los mandamientos de Cristo, que supieras lo que te convenía y debías escoger, ellas te lo enseñaron; su santa vida en la familia fue tu escuela. No tengas, pues, por únicamente tuyo lo que realmente es tuyo. También es de aquellas que en ti imprimieron su pureza y te hicieron brotar como flor preciosísima de las nupcias honrosas y del lecho sin mácula (Hebr 13,4). Una flor, digo, que dará frutos acabados, si te humillares bajo la poderosa mano de Dios y trajeres siempre en tu memoria lo que está escrito: *Dios resiste a los soberbios y da su gracia a los humildes* (Iac 4,6). Ahora bien, donde hay gracia, no se trata de paga de obras, sino de largueza del donante. Con lo que se cumple el dicho del Apóstol: *No es cosa del que quiere ni del que corre, sino de Dios, que se compadece* (Rom 9,16). Y, sin embargo, nuestro es el querer y el no

nec tamen, si sola fuerit, uirginem poterit coronare. Legamus euangelium sapientium et stultarum uirginum, quarum aliae cubiculum ingrediuntur sponsi, aliae bonorum operum oleum non habentes extinctis lampadibus excluduntur. Latus est super ieiuniis campus, in quo et nos saepe cucurrimus et multorum proprii habentur libri, ad quorum te mittimus lectionem ut discas, quid boni habeat continentia et quid e contrario mali saturitas.

12. Imitare sponsum tuum: Esto auiae matrique subiecta. Nullum scias, quem illae nesciant. Saecularis quoque sententia est: «Eadem uelle et eadem nolle, ea demum firma amicitia est». Vt adpeteres uirginitatem, ut Christi praecepta cognosceres, ut scires, quid tibi expediret, quid eligere deberes, illarum te exempla docuerunt, sancta domi instruxit conuersatio. Non igitur solum tuum putes esse, quod tuum est, sed et earum, quae suam in te expressere pudicitiam et honorabilium nuptiarum cubilisque inmaculati pretiosissimum germinauere te florem, qui perfectus afferet fructus, si humiliaueris te sub potenti manu Dei et scriptum semper memineris: *Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam.* Ubi autem gratia, non operum retributio sed donantis est largitas, ut inpleatur dictum apostoli: *Non est uolentis neque currentis sed mise-*

querer; pero eso mismo que es nuestro, sin la misericordia de Dios no sería nuestro.

13. Escoge también en tus eunucos, azafatas y criados antes las costumbres que la elegancia del rostro, pues en toda edad y sexo, y hasta en la forzada castidad de los cuerpos mutilados, hay que considerar las almas, que no pueden amputarse sino por el temor de Cristo. La chocarrería y lascivia no tengan lugar en tu presencia. Nunca oigas palabra deshonesta o, si la oyeres, dejes de irritarte. Las almas perdidas de los hombres dan a menudo un tiento, con una palabrita ligera, a los cerrojos de la castidad. El reír o que se te rían, déjalo para las gentes del siglo. La gravedad dice bien con tu persona. A Catón mismo—al censor me refiero, persona de viso que fue antaño en vuestra ciudad—, el que en su extrema vejez, con ser censor, no se avergonzó de ponerse a estudiar griego ni, por viejo, desesperó de salirse con su intento... *(laguna en el texto)*; y de M. Craso escribe Lucilio no haberse reído más que una vez en la vida (CIC., *De fin.* V 92; *Tusc.* III 31). Acaso se tratara en ellos de severidad afectada y con miras al aura popular; nosotros, mientras habitamos en la tienda de este cuerpo y estamos vestidos de frágil carne, podemos moderar y regir nuestros afectos y alteraciones, pero no podemos cortarlas o suprimirlas. De ahí que diga el salmista: *Airaos, pero no pequéis* (Ps 4,5). Texto que comenta así el Apóstol: *Que el sol no se ponga sobre vuestra iracundia* (Eph 4,26). Porque de hombre es airarse, y de cristiano poner término a la ira.

14. Superfluo me parece precaverte contra la avaricia, como

rentis Dei. Et tamen uelle et nolle nostrum est; ipsum quoque, quod nostrum est, sine Dei miseratione non nostrum est.

13. Eunuchorum quoque tibi et puellarum ac seruulorum mores magis eligantur quam uultuum elegantia, quia in omni sexu et aetate et truncatorum corporum uiolenta pudicitia animi considerandi sunt, qui amputari nisi Christi timore non possunt. Scurrilitas atque lasciuia te praesente non habeat locum. Numquam uerbum inhonestum audias aut, si audieris, non irascaris. Perditae mentes hominum uno frequenter leuique sermone temptant claustra pudicitiae. Ridere et rideri saecularibus derelinque; grauitas tuam personam decet. Catonem quoque—illum dico censorium et uestrae quondam urbis principem—, qui in extrema aetate Graecas litteras non erubuit censor nec desperauit senex discere * * * * * * et M. Crassum semel in uita scribit risisse Lucilius. Fuerit illa affectata seueritas et gloriam quaerens auramque popularem; nos affectus et perturbationes, quamdiu in tabernaculo corporis huius habitamus et fragili carne circumdamur, moderari et regere possumus, amputare non possumus. Vnde et psalmista dicit: *Irascimini et nolite peccare,* quod apostolus disserens: *Sol,* inquit, *non occidat super iracundiam uestram,* quia et irasci hominis est et finem irae ponere Christiani.

14. Superfluum reor te monere contra auaritiam, cum generis tui

sea blasón de tu familia tener y pisotear las riquezas, y el Apóstol enseñe que la avaricia es culto de ídolos (Eph 5,5). Y el Señor, al que le preguntó: *Maestro bueno, ¿qué tengo que hacer de bueno para poseer la vida eterna?*; le respondió: *Si quieres ser perfecto, anda, vende todo lo que tienes y dalo a los pobres, y tendrás un tesoro en el cielo, y ven y sígueme* (Mt 19,16ss). La cumbre apostólica, la virtud acabada, es vender todo lo que se tiene, darlo a los pobres y, así, ligero y expedito, volar con Cristo a lo celeste. A nosotros, mejor dicho, a ti se te ha confiado una diligente administración; si bien, en este punto, a toda edad y a toda persona se le ha dejado la libertad de escoger: *Si quieres*, dice, *ser perfecto*. No obligo, no mando; sólo pongo delante la palma, muestro el galardón. A ti toca escoger, si quieres ser coronado en el combate. Y es de considerar lo sabiamente que habló la sabiduría: *Vende lo que tienes*. ¿A quién se manda esto? Pues al mismo a quien se dijo: *Si quieres ser perfecto. Vende*, no parte de tus bienes, sino todos. Ya están vendidos, ¿y ahora? *Y dalos a los pobres*. No a los ricos, no a tus deudos. No para el lujo, sino para la necesidad. Aun cuando se trate de un obispo, de un pariente o de un afín tuyo, no mires en él otra cosa que su pobreza. Lóente las entrañas de los hambrientos, no los eructos de los que devoran opíparos convites. En los Hechos de los Apóstoles, cuando estaba aún caliente la sangre de nuestro Señor y era férvida la fe, tierna aún, de los creyentes, vendían todas sus posesiones y ponían el precio a los pies de los apóstoles (Act 4,34s), para hacernos ver cómo hay que poner las riquezas debajo de los pies. Y a cada uno se le daba lo que necesitaba. Ananías y Safira fue-

sit et habere et calcare diuitias et apostolus doceat auaritiam esse idolorum cultum Dominusque respondeat sciscitanti: *Magister bone, quid boni faciens uitam aeternam possidebo? Si uis esse perfectus, uade, uende omnia, quae habes, et da pauperibus et habebis thesaurum in caelis et ueni, sequere me*. Apostolici fastigii est perfectaeque uirtutis uendere omnia et pauperibus distribuere et sic leuem atque expeditum cum Christo ad caelestia subuolare. Nobis, immo tibi diligens credita est dispensatio, quamquam in hoc omni aetati omnique personae libertas arbitrii derelicta sit. *Si uis*, inquit, *esse perfectus*: Non cogo, non impero, sed propono palmam, ostendo praemia; tuum est eligere, si uolueris in agone atque certamine coronari. Et consideremus, quam sapienter sapientia sit locuta: *Uende, quae habes*. Cui ista praecipiuntur? Nempe illi, cui dictum est: *Si uis esse perfectus*. Non partem bonorum tuorum uende, sed omnia. Cumque uendideris, quid sequitur? *Et da pauperibus*. Non diuitibus, non propinquis, non ad luxuriam sed ad necessitatem. Siue ille sacerdos siue cognatus sit et adfinis, nihil in illo aliud consideres nisi paupertatem. Laudent te esurientium uiscera, non ructantium opulenta conuiuia. In Actibus apostolorum, quando Domini nostri adhuc calebat cruor et feruebat recens in credentibus fides, uendebant omnes possessiones suas et pretia earum ad apostolorum deferebant pedes, ut ostende-

ron administradores tímidos o, por mejor decir, de corazón doble, y por eso condenados. Y es así que, después del voto, ofrecieron sus bienes como suyos y no de Aquel a quien los habían ofrecido, y se guardaron parte de una hacienda que era ya ajena, por miedo al hambre, que jamás teme la verdadera fe. De ahí que merecieran súbito castigo, no por crueldad de sentencia, sino por ejemplo de corrección. En fin, ni siquiera el apóstol Pedro pide a Dios para ellos la muerte, como le calumnia un necio filósofo, sino que, con espíritu profético, anuncia el juicio de Dios para que el castigo de dos hombres sea escarmiento de muchos.

Desde el momento que te has consagrado a la perpetua virginidad, lo tuyo ya no es tuyo, o por mejor, verdaderamente tuyo, por haber empezado a ser de Cristo; cosas, por lo demás, que, mientras viva tu abuela o tu madre, han de ser administradas a su talante. Cuando ellas mueran y se duerman en el sueño de los santos—no me cabe duda que ellas mismas desean que tú las sobrevivas—, cuando tu edad sea un poco más madura, tu voluntad de más peso y tu parecer más firme, harás lo que mejor te pareciere o, mejor dicho, lo que mande el Señor, sabiendo, desde luego, que no has de tener sino lo que gastes en buenas obras. Construyan otros iglesias, vistan sus paredes con incrustaciones de mármoles, transporten columnas macizas y recubran de oro sus capiteles, insensibles a tan precioso ornamento; realcen las puertas con marfil y plata, y con piedras preciosas los altares de oro puro o dorados. No lo censuro ni me disgusto. *Que cada uno*

rent pecunias esse calcandas; dabaturque singulis, prout opus erat. Ananias et Saphira, dispensatores timidi, immo corde duplici et ideo condemnati, quia post uotum obtulerunt quasi sua et non eius, cui semel ea uouerant, partemque sibi iam alienae substantiae reseruarunt metuentes famem, quam uera fides non timet, praesentem meruere uindictam non crudelitate sententiae, sed correptionis exemplo. Denique et apostolus Petrus nequaquam inprecatur eis mortem, ut stultus philosophus calumniatur, sed Dei iudicium prophetico spiritu adnuntiat, ut poena duorum hominum sit doctrina multorum.

Ex eo tempore, quo uirginitati perpetuae consecrata es, tua non tua sunt, immo uere tua, quia Christi esse coeperunt, quae auia uiuente uel matre ipsarum arbitrio dispensanda sunt. Sin autem obierint et somno sanctorum requieuerint—scio enim et illas hoc optare, ut te habeant superstitem—, cum aetas maturior fuerit et uoluntas grauior firmiorque sententia, facies, quod tibi uisum fuerit, immo quod Dominus imperarit, scitura nihil te habituram, nisi quod in bonis operibus erogaueris. Alii aedificent ecclesias, uestiant parietes marmorum crustis, columnarum moles aduehant earumque deaurent capita pretiosum ornatum non sentientia, ebore argentoque ualuas et gemmis aurea uel aurata distinguant altaria—non reprehendo, non abnuo; unusquisque in sensu suo abundet meliusque est hoc facere quam repositis opibus incubare—, sed tibi aliud propositum est: Christum uestire in pauperibus, uisitare in languentibus, pascere in esurientibus, suscipere in his, qui tecto indigent—et

abunde en su sentir (Rom 14,5), y más vale hacer eso que dormir sobre las bien repuestas riquezas. Pero otra es la cosa que a ti se te propone: vestir a Cristo en los pobres, visitarlo en los enfermos, alimentarlo en los hambrientos, acogerlo en los que carecen de techo—y señaladamente en los familiares de nuestra fe—, alimentar los monasterios de las vírgenes, cuidar de los siervos de Dios y de los pobres de espíritu, de los que día y noche sirven a tu Señor, que, puestos en la tierra, imitan la vida de los ángeles, y de ninguna otra cosa hablan sino de lo que atañe a las alabanzas de Dios, y que, en teniendo con qué vestir y comer, con esas riquezas se alegran y no quieren tener más. Esto, sin embargo, si guardan su profesión. En otro caso, si desean más, demostrarían ser indignos aun de lo necesario. Sea esto dicho a una virgen rica y a una virgen noble.

15. Ahora voy a hablar sólo a la virgen, es decir, sólo voy a considerar lo que está en ti, no lo que está fuera de ti. Aparte el orden de los salmos y la oración, ejercicio que has de practicar siempre a las horas de tercia, sexta y nona, por la tarde, a media noche y por la mañanita, has de fijar cuántas horas has de emplear en aprenderte la sagrada Escritura, cuánto tiempo hayas de leer, no para trabajar, sino para recreación e instrucción de tu alma. Terminados estos espacios, si el fervor de tu espíritu te incita frecuentemente a postrarte de rodillas, ten siempre lana entre tus manos, pasa con el pulgar los hilos del estambre o rueden los husos para torcer en alvéolos lo ya hilado. Lo por otras hilado, o recógelo en ovillos o prepáralo para tejerlo. Examina bien lo tejido, corrige lo mal hecho y determina lo que se ha de hacer. Si en tanta variedad de trabajos te ocupares, nunca

maxime in domesticis fidei—, uirginum alere monasteria, seruorum Dei et pauperum spiritu habere curam, qui diebus et noctibus seruiunt Domino tuo, qui in terra positi imitantur angelorum conuersationem et nihil aliud loquuntur, nisi quod ad laudes Dei pertinet, habentesque uictum atque uestitum his gaudent diuitiis, qui plus habere nolunt, si tamen seruant propositum. Alioquin, si amplius desiderant, his quoque, quae necessaria sunt, probantur indigni. Haec ad uirginem diuitem et uirginem nobilem sim locutus.

15. Nunc tantum ad uirginem loquar, id est non ea, quae extra te, sed in te sunt, tantum considerans. Praeter psalmorum et orationis ordinem, quod tibi hora tertia, sexta, nona, ad uesperum, medio noctis et mane semper est exercendum, statue, quot horis sanctam scripturam ediscere debeas, quanto tempore legere non ad laborem, sed ad delectationem et instructionem animae. Cumque haec finieris spatia et frequenter te ad figenda genua sollicitudo animi suscitauerit, habeto lanam semper in manibus uel staminis pollice fila deducito uel ad torquenda subtemina in alueolis fusa uertantur aliarumque neta aut in globum collige aut texenda conpone. Quae texta sunt, perspice; quae errata, reprehende; quae facienda, constitue. Si tantis operum uarietatibus fueris occupata, num-

se te harán los días largos. Aun los que se alargan con los soles del estío te parecerán breves, pues aun en ellos tendrás que dejar algo por hacer. Si esto guardares, te salvarás a ti misma y a las otras, serás maestra de santa vida y harás de la castidad de muchas granjería tuya, como dice la Escritura: *Toda alma de ocioso se consume en puros deseos* (Prov 13,4). Y no has de alegar como razón para no trabajar que, por la misericordia de Dios, de nada necesitas. No, la razón por que has de trabajar con todas es que, con ocasión del trabajo, sólo pienses en lo que toca al servicio del Señor. Una cosa te diré con sencillez: Aun cuando distribuyas entre los pobres todo tu haber, nada será tan precioso ante Cristo como lo que tú misma hayas confeccionado con tus manos, ora para uso propio, ora para ejemplo de las otras vírgenes o para presentarlo a tu abuela y madre, que por ello te darán mayores pagas para alivio de los pobres.

16. Por poco he pasado por alto lo que es, sin duda, más importante. Cuando tú eras una chiquilla y regía la iglesia de Roma el obispo Anastasio, de santa y bienaventurada memoria, se levantó de estas partes de Oriente una dura tormenta de herejes, que intentó manchar y minar la sencillez de una fe que fue alabada por boca del Apóstol (Rom 1,8). Pero el hombre de riquísima pobreza y de apostólica solicitud hirió bien pronto la cabeza culpable y tapó la boca de la hidra sibilante. Y porque me temo, y hasta tengo noticias de que aún viven y pululan en algunos retoños ponzoñosos, creo un deber precaverte, con paterno sentimiento de caridad, que mantengas firmemente la fe del santo Inocencio, sucesor que es en la cátedra apostólica e hijo del

quam tibi dies longi erunt, sed, quamuis aestiuis tendantur solibus, breues uidebuntur, in quibus aliquid operis praetermissum est. Haec obseruans et te ipsam saluabis et alias et eris magistra sanctae conuersationis multarumque castitatem lucrum tuum facies scriptura dicente: *In desideriis est omnis anima otiosi.* Nec idcirco tibi ab opere cessandum est, quia Deo propitio nulla re indiges, sed ideo cum omnibus laborandum est, ut per occasionem operis nihil aliud cogites, nisi quod ad Domini pertinet seruitutem. Simpliciter loquar: Quamuis omnem censum tuum in pauperes distribuas, nihil apud Christum erit pretiosius, nisi quod manibus tuis ipsa confeceris uel in usos proprios uel in exemplum uirginum ceterarum uel, quod auiae matrique offeras maiora ab eis in refectionem pauperum pretia receptura.

16. Paene praeterii, quod uel praecipuum est. Dum esses paruula et sanctae ac beatae memoriae Anastasius episcopus Romanam regeret ecclesiam, de orientis partibus hereticorum saeua tempestas simplicitatem fidei, quae apostoli uoce laudata est, polluere et labefactare conata est. Sed uir ditissimae paupertatis et apostolicae sollicitudinis statim noxium perculit caput et sibilantia hydrae ora conpescuit. Et quia uereor, immo rumore cognoui in quibusdam adhuc uiuere et pullulare uenenata plantaria, illud te pio caritatis affectu praemonendam puto, ut sancti Innocentii, qui apostolicae cathedrae et supra dicti uiri successor et filius est,

antedicho varón, y no admitas la doctrina peregrina, por muy sabia y astuta que te parezca. Y es así que esa gente acostumbra andar musitando por los rincones, como quien trata de averiguar la justicia de Dios: «¿Por qué tal alma ha nacido en tal provincia? ¿Qué razón ha habido para que unos nazcan de padres cristianos y otros entre naciones salvajes y cruelísimas, en que no hay la menor noticia de Dios?» Y ya que de este modo, como con picadura de escorpión, han herido a los simples y se abren lugar con herida fistular, vierten su veneno: «¿Acaso no hay algún motivo para que un niño de pecho que apenas reconoce a su madre por la risa (VIRG., *Buc.* IV 60) y por lo risueño de su cara, que no ha hecho aún ni bien ni mal, sea presa del demonio, atacado del morbo regio y sufra lo que vemos no sufren hombres impíos y sí los que sirven a Dios? Ahora bien, dicen, *si los juicios de Dios son justos en sí mismo* (Ps 18,10) y no hay en Dios injusticia alguna, la razón misma nos compele a creer que las almas preexistieron en las regiones celestes y, por no sabemos qué pecados antiguos, están condenadas y, por decirlo así, sepultadas en los cuerpos humanos. Nosotros, en este valle de lágrimas (Ps 83, 7), pagamos la pena de aquellos pecados. De ahí que aun el profeta diga: *Antes de ser humillado pequé* (Ps 118,67). Y: *Saca a mi alma de la cárcel* (Ps 141,8). Y: *¿Pecó éste o sus padres, para que naciera ciego?* (Io 9,2). Y otras cosas por el estilo. Esta impía y criminal doctrina corrió antaño por Egipto y las partes de Oriente, y ahora se agazapa, como en madrigueras de víboras, en las almas de muchos y mancha las regiones donde ellos viven. Es como dolencia hereditaria que se infiltra en unos pocos a fin

teneas fidem nec peregrinam, quamuis tibi prudens callidaque uideatur, doctrinam recipias. Solent enim huiusce modi per angulos musitare et quasi iustitiam Dei quaerere: «Cur illa anima in illa est nata prouincia? Quid causae extitit, ut alii de Christianis nascantur parentibus, alii inter feras et saeuissimas nationes, ubi nulla Dei notitia est?» Cumque hoc quasi scorpionis ictu simplices quosque percusserint et fistulato uulnere locum sibi fecerint, uenena diffundunt: Putasne, frustra infans paruulus et qui uix matrem risu et uultus hilaritate cognoscat, qui nec boni aliquid fecit nec mali, daemone corripitur, morbo opprimitur regio et ea sustinet, quae uidemus inpios homines non sustinere et sustinere Deo seruientes? Sin autem *iudicia*, inquiunt, *Domini uera, iustificata in semet ipsis* et nihil apud Deum iniustum est, ipsa ratione conpellimur ut credamus animas fuisse in caelestibus et propter quaedam antiqua peccata damnatas in corporibus humanis et, ut ita loquamur, sepultas nosque in ualle lacrimarum poenas luere peccatorum. Vnde et propheta dicit: *Priusquam humiliarer, ego peccaui* et: *Educ de carcere animam meam* et: *Iste peccauit, ut caecus ex utero nasceretur, an parentes eius?* Et cetera his similia. Haec inpia et scelerata doctrina olim in Aegipto et in orientis partibus uersabatur et nunc abscondite quasi in foueis uiperarum apud plerosque uersatur illarumque partium polluit puritatem et quasi hereditario malo

de llegar a muchos. De llegar a tus oídos, cierto estoy que no la admitirás, pues tienes ante Dios maestras cuya fe es norma de doctrina. Entiendes lo que te digo—pues *Dios te dará en todo inteligencia* (Tim 2,7)—, y no me pidas de pronto una respuesta contra esta ferocísima herejía y contra errores mucho peores que los dichos, pues no tanto parecería que estoy prohibiendo cuanto avisando. Pero el fin de la presente obra es instruir a una virgen, no responder a los herejes. Por lo demás, en otra obra, con la ayuda de Dios, echamos por tierra todos los embustes y lazos con que ellos se esfuerzan por derrocar la verdad. Si la tal obra te apetece, te la mandaremos pronto y de buena gana. Dícese que la mercancía ofrecida espontáneamente huele mal; los precios bajan con la facilidad de adquirir y suben por la carestía.

17. Suele disputarse mucho qué genero de vida sea mejor: la solitaria o la vida en comunidad. La primera es ciertamente preferida a la segunda. Pero ya en los mismos varones es peligrosa: retraídos del trato con los hombres, dejan la puerta abierta a sucios e impíos pensamientos; desprecian, hinchados de arrogancia y sobrecejo, a todo el mundo; arman sus lenguas para murmurar de clérigos y monjes—de ellos puede muy bien decirse: *Los dientes de los hijos de los hombres son sus armas y saetas, y su lengua es espada de dos filos* (Ps 56,5)—. Pues ¿qué diremos en las mujeres, cuyo sentir, mudable y fluctuante, si se abandona a su capricho, resbala muy pronto a lo peor? Yo he conocido a gentes de uno y otro sexo que, por la excesiva abstinencia, sobre todo si por añadidura vivían en celdas húmedas y frías, perdieron la

serpit in paucis, ut perueniat ad plurimos, quam certus sum quod, si audieris, non recipias. Habes enim apud Deum magistras, quarum fides norma doctrinae est. Intellegis quid loquar—*dabit enim tibi Deus in omnibus intellectum*—nec statim aduersum saeuissimam heresim et multo his nequiora, quam dixi, responsionem flagitabis, ne non tam prohibuisse uidear quam commonuisse, cum praesentis operis sit instruere uirginem, non hereticis respondere. Ceterum omnes fraudulentias eorum et cuniculos, quibus nituntur subuertere ueritatem, in alio opere Deo adiuuante subuertimus, quod, si uolueris, prompte libenterque mittemus. Ultroneas enim aiunt putere merces et pretia facilitate decrescere, quae semper in raritate maiora sunt.

17. Solet inter plerosque esse certamen, utrum solitaria an cum multis uita sit melior. Quarum prior praefertur quidem secundae, sed in uiris si quidem periculosa est, ne abstracti ab hominum frequentia sordidis et inpiis cogitationibus pateant et pleni adrogantiae ac supercilii cunctos despiciant armentque linguas suas uel clericis uel aliis monachis detrahendi [causa]—de quibus rectissime dicitur: *Filii hominum, dentes eorum arma et sagittae et lingua eorum gladius acutus*—, quanto magis in feminis, quarum mutabilis fluctuansque sententia, si suo arbitrio relinquatur, cito ad deteriora delabitur! Noui ego in utroque sexu per nimiam abstinentiam cerebri sanitatem in quibusdam fuisse uexatam prae-

buena salud del cerebro, hasta el punto de no saber lo que hacían ni a dónde iban a parar, ni lo que debían decir o hacer. Otros, en cuatro cosillas que se lean, pobres rudos en letras profanas, de tratados de hombres elocuentes, sólo aprenden la verbosidad sin noticia de las Escrituras, y, según el dicho antiguo, no sabiendo hablar, tampoco son capaces de callar (QUINT., *Inst. or.* VIII 5, 18). Así se ponen a enseñar las Escrituras, que no entienden, y como persuaden a ignorantes, fruncen como unos sabios el sobrecejo, cuando son antes maestros de tontos que discípulos de doctos. Bueno es, por ende, estar sujeto a superiores, obedecer a los perfectos y, después de las reglas de las Escrituras, aprender de otros la senda de la propia vida. No hay peor maestro que la propia presunción. De tales mujeres dice también el Apóstol que *son traídas y llevadas por todo viento de doctrina, aprendiendo siempre y sin llegar nunca al conocimiento de la verdad* (2 Tim 3,7).

18. Declina el trato de matronas que sirven a sus maridos y al mundo, pues corres riesgo de que tu alma se inquiete y oigas lo que ha dicho el marido a la mujer o la mujer al marido. Ponzoñosas son tales conversaciones. Para condenarlas, tomó el Apóstol un verso profano y lo hizo de la Iglesia: *Las malas conversaciones corrompen las buenas costumbres* (1 Cor 15,33=*Menandri* fragm. 2,8 Kock)—la versión latina, hecha palabra por palabra, no reproduce el metro yámbico original—. Elige por compañeras a mujeres graves—y, sobre todo, vírgenes y viudas—, de vida probada, hablar moderado y pudor santo. Huye la lascivia de las muchachas que se engalanan la cabeza, dejan caer el cabello desde

cipueque in his, qui in humectis et in frigidis habitauere cellulis, ita ut nescirent, quid agerent quoue se uerterent, quid loqui, quid facere deberent. Certe, si rudes saecularium litterarum de tractatibus hominum disertorum quippiam legerint, uerbositatem solam discunt absque notitia scripturarum et, iuxta uetus elogium, cum loqui nesciant, tacere non possunt docentque scripturas, quas non intellegunt, et, cum aliis persuaserint, eruditorum sibi adsumunt supercilium prius inperitorum magistri quam doctorum discipuli. Bonum est igitur oboedire maioribus, parere perfectis et post regulas scripturarum uitae suae tramitem ab aliis discere nec praeceptore uti pessimo, scilicet praesumptione sua. De talibus feminis et apostolus loquitur, *quae circumferuntur omni uento doctrinae semper discentes et numquam ad scientiam ueritatis peruenientes*.

18. Matronarum maritis ac saeculo seruientium tibi consortia declinentur, ne sollicitetur animus et audias, quid uel maritus uxori uel uxor locuta sit uiro. Venenatae sunt huiusce modi confabulationes, super quarum damnatione saecularem uersum adsumens apostolus fecit ecclesiasticum: *Corrumpunt mores bonos confabulationes malae,* cuius iambici metrum, dum uerbum seruat ex uerbo, nequaquam expressit Latina translatio. Graues feminae—et maxime uiduae ac uirgines—tibi comites eligantur, quarum probata est conuersatio, sermo moderatus, sancta uerecundia.

la frente, se pulen el cutis, usan de jabones, llevan las mangas apretadas, los vestidos sin una arruga y zapatos rizados, y así, bajo nombre de vírgenes, se venden y pierden más lamentablemente. El carácter y gusto de las señoras se juzga, de ordinario, por el carácter de sus criadas y compañeras. Aquella sea para ti hermosa, aquella amable, aquella se cuente entre tus compañeras, que ignora ser hermosa, que descuida los adornos, y, cuando sale al público, no desnuda pecho y cuello, ni, alzando la mantilla, descubre las espaldas, sino que oculta la cara y apenas si, con solo un ojo abierto, ve lo necesario para caminar.

19. No sé si decirlo; pero, como la cosa es tan frecuente, no tengo otro remedio que decirlo. No porque lo tema de ti, que acaso ignoras estas cosas de que jamás has oído hablar, sino porque, con ocasión tuya, hay que precaver a las demás. Evite la virgen, como pestes y venenos de la pureza, a unos mocillos de pelo rizado con tenacillas y unas pielecitas bienolientes de peregrino musco, de las que puede decirse aquello del Arbitro: «No huele bien el que siempre huele bien» (MARTIALIS, II 12,4). Nada digo de los demás, cuyas importunas visitas infaman a sí mismos y a las otras. Y aun cuando ningún mal se haga, ya es mal muy grande exponerse a las mordeduras de la maledicendia de los paganos. Tampoco decimos esto de todos, sino de aquellos a quienes reprende la Iglesia misma, a quienes tiene a veces que arrojar de su seno y sobre quienes de cuando en cuando muestra su rigor la censura de obispos y presbíteros, de suerte que, para niñas casquivanas, resulta casi más peligroso frecuentar los lugares de religión

Fuge lasciuiam puellarum, quae ornant capita, crines a fronte demittunt, cutem poliunt, utuntur lomentis, adstrictas habent manicas, uestimenta sine ruga soccosque crispantes, ut sub nomine uirginali uendibilius pereant. Mores enim et studia dominarum plerumque ex ancillarum et comitum moribus iudicantur. Illa sit tibi pulchra, illa amabilis, illa habenda inter socias, quae nescit esse se pulchram, quae neglegit formae bonum et procedens ad publicum non pectus et colla denudat nec pallio reuelato ceruices aperit, sed quae celat faciem et uix uno oculo, qui uiae necessarius est, patente ingreditur.

19. Dubito an loquar, sed—uelim, nolim—, quia crebro fit, dicendum est, non quo haec in te timere debeam, quae ista forsitan nescias nec umquam audieris, sed quo per occasionem tui ceterae praemonendae sint. Cincinnatulos pueros et calamistratos et peregrini muris olentes pelliculas, de quibus illud Arbitri est: «Non bene olet, qui bene semper olet», quasi quasdam pestes et uenena pudicitiae uirgo deuitet, ut taceam de ceteris, quorum inportuna uisitatio et se infamat et alias, ut, etiamsi nihil mali operis perpetretur, tamen hoc sit uel maximum malum frustra patere maledictis et morsibus ethnicorum. Nec hoc de omnibus dicimus, sed de his, quos ecclesia ipsa reprehendit, quos interdum abicit, in quos nonnumquam episcoporum et presbyterorum censura desaeuit, ut prope periculosius sit lasciuis puellis ad loca religionis quam ad publicum pro-

que la pública plaza. Las que viven en monasterio, y son muchas en número, no han de salir nunca solas, nunca sin su madre. De una bandada de palomas, el gavilán separa a menudo a una, sobre la que cae al punto, la desgarra y con su carne y sangre se da un banquete. Las ovejas enfermizas abandonan el rebaño y vienen a parar a las fauces de los lobos. Conozco yo a santas vírgenes que, los días de fiesta, por la gran concurrencia de gente, no mueven el pie de casa, ni salen cuando tendrían que emplear mayor vigilancia y evitar de todo punto el público.

Hace unos treinta años publiqué un libro sobre la guarda de la virginidad. En él, para instruir a la virgen, a quien trataba de avisar, no tuve otro remedio que acometer contra los vicios y poner al descubierto las añagazas del diablo. Mis palabras ofendieron a muchísimos, pues viéndose cada uno retratado en lo que allí se dice, no me oía nadie con gusto como a monitor, sino que se me aborrecía como acusador de lo que hacían. Sin embargo, ¿de qué sirvió que tomara las armas el ejército de los recalcitrantes y mostrara con su dolor la herida de su conciencia? El libro permanece, los hombres pasaron. También he escrito a muchas vírgenes y viudas *spoudasmática* («tratados breves»), y cuanto pudiera decirse, en aquellos opúsculos quedó desflorado, de modo que o sería redundante que repitiéramos lo mismo u, omitido ahora de todo punto, podría hacer mucho daño. Por lo demás, también el bienaventurado Cipriano dio a luz un volumen excelente sobre la virginidad, amén de lo escrito por otros, tanto en griego como en latín. No hay nación, no hay letras, no hay len-

cedere. Quae uiuunt in momasterio et quarum simul magnus est numerus, numquam solae, numquam sine matre procedant. De agmine columbarum crebro accipiter unam separat, quam statim inuadat et laceret et cuius carnibus et cruore saturetur. Morbidae oues suum relinquunt gregem et luporum faucibus deuorantur. Scio ego sanctas uirgines, quae diebus festis propter populorum frecuentiam pedem domi cohibent nec tunc egrediuntur, quando maior est adhibenda custodia et publicum penitus deuitandum.

Ante annos circiter triginta de uirginitate seruanda edidi librum, in quo necesse mihi fuit ire contra uitia et propter instructionem uirginis, quam monebam, diaboli insidias patefacere. Qui sermo offendit plurimos, dum unusquisque in se intellegens, quod dicebatur, non quasi monitorem libenter audiuit, sed quasi criminatorem sui operis auersatus est. Verumtamen quid profuit armasse exercitum reclamantium et uulnus conscientiae dolore mostrasse? Liber manet, homines praeterierunt. Scripsi et ad plerasque uirgines ac uiduas σπουδασματια et, quidquid dici poterat, in illis opusculis defloratum est, ut aut ex superfluo eadem a nobis repetantur aut nunc praetermissa plurimum noceant. Certe et beatus Cyprianus egregium de uirginitate uolumen edidit et multi alii tam Latino sermone quam Graeco omniumque gentium litteris atque linguis, praecipue in ecclesiis, ἁγνή uita laudata est. Sed hoc ad eas pertineat, quae necdum ele-

gua, señaladamente en las iglesias en que no se alabe la vida pura. Pero esa loa está bien para las que todavía no han escogido la virginidad y necesitan se las exhorte a conocer qué tal sea lo que deben escoger. Nosotros hemos de guardar lo ya escogido. Hemos de caminar como entre escorpiones y serpientes. Ceñidos los lomos, calzados los pies, con el bastón en la mano, hay que andar por los caminos de este mundo entre asechanzas y venenos, hasta que podamos llegar a las dulces aguas del Jordán, y entrar en la tierra de promisión, y subir a la casa de Dios, y decir con el profeta: *Señor, he amado la hermosura de tu casa y el lugar en que mora tu gloria* (Ps 25,8). Y lo otro: *Una sola cosa he pedido al Señor, y ésa buscaré: Habitar en la casa del Señor todos los días de mi vida* (Ps 26,4).

Feliz aquella conciencia y bienaventurada la virgen en cuyo corazón no hay otro amor que el de Cristo, que es sabiduría, castidad, paciencia, justicia y todas las otras virtudes; ni suspira jamás al recuerdo de un hombre, ni desea ver a quien, una vez visto, no quisiera dejar. La conducta indigna de algunas infama la santa profesión virginal y la gloria de la celeste familia de los ángeles. A ésas hay que decirles sin ambages que se casen, si no pueden guardar la continencia, o que se contengan, si no quieren casarse (1 Cor 7,9). Cosa es digna de risa o, por mejor decir, de llanto que, cuando salen ciertas señoras, va delante una criada virgen más engalanada que ellas. De modo que, dado lo corriente de la costumbre, la que se ve andar más desaliñada hay que suponer es la señora. Otras buscan viviendas aparte y sin testigo alguno para campar más libremente; frecuentan los baños, hacen lo

gerunt uirginitatem et exhortatione indigent, ut sciant, quale sit, quod eligere debeant; nobis electa seruanda sunt et quasi inter scorpiones et colubros incedendum, ut accinctis lumbis calciatisque pedibus et adprehensis manu baculis iter per insidias huius saeculi et inter uenena faciamus possimusque ad dulces Iordanis peruenire aquas et terram repromissionis intrare et ad domum Dei ascendere ac dicere cum propheta: *Domine, dilexi decorem domus tuae et locum habitationis gloriae tuae* et illud: *Unam petii a Domino, hanc requiram, ut habitem in domo Domini omnibus diebus uitae meae.*

Felix illa conscientia et beata uirginitas, in cuius corde praeter amorem Christi, qui est sapientia, castitas, patientia atque iustitia ceteraeque uirtutes, nullus alius uersatur amor nec ad recordationem hominis aliquando suspirat nec uidere desiderat, quem, cum uiderit, nolit dimittere. Sanctum uirginum propositum et caelestis angelorumque familiae gloriam quarundam non bene se agentium nomen infamat. Quibus aperte dicendum est, ut aut nubant, si se non possunt continere, aut contineant, si nolunt nubere. Digna res risu, immo planctu: Incedentibus dominis ancilla uirgo procedit ornatior, ut pro nimia consuetudine, quam incomptam uideris, dominam suspiceris. Nonnullae separata et absque arbitris quaerunt hospitia, ut uiuant licentius, utantur balneis faciantque, quod

que les da la gana y evitan que sepan muchas sus andanzas. Todo esto vemos y lo sufrimos, y, si brilla allá una moneda de oro, lo contamos entre las obras buenas.

20. Quiero juntar el fin con el principio, pues no me contento con habértelo avisado una sola vez. Ama las Escrituras santas y te amará a ti la sabiduría. *Amala, y te guardará; hónrala, y te abrazará* (Prov 4,6.8). Estas sean las joyas para tu pecho y los pendientes de tus orejas. Que tu lengua no sepa hablar sino de Cristo, no suene palabra tuya que no sea santa. Esté siempre en tu boca la dulzura de tu abuela y madre, cuya imitación es norma de virtud.

131 AGUSTÍN A JERÓNIMO SOBRE EL ORIGEN DEL ALMA

1. A nuestro Dios, que nos ha llamado a su reino y gloria, he suplicado, y sigo suplicando, que esto que te escribo, santo hermano Jerónimo, consultándote de cosas que ignoro, se digne hacerlo para los dos fructuoso. Cierto que en años eres más viejo que yo; pero también yo, que te consulto, soy ya viejo. Para aprender lo que es menester, no hay edad que pueda parecerme tardía. Porque si dice mejor con los viejos enseñar que no aprender, más dice, en todo caso, aprender que no ignorar lo que han de enseñar. Por mi parte, la verdad es que nada me molesta tanto, en los apuros que paso ante problemas dificilísimos, como la enorme distancia a que se halla de mí tu caridad; tanta, que apenas si puedo dar mis cartas y apenas recibir las tuyas, con intervalos

uolunt, et deuitent conscientias plurimarum. Haec uidemus et patimur et, si aureus nummus adfulserit, inter bona opera deputamus.

20. Finem iungo principio nec semel monuisse contentus sum. Ama scripturas sanctas et amabit te sapientia. *Dilige eam et seruabit te; honora illam et amplexabitur te.* Haec monilia in pectore et in auribus tuis haereant. Nihil aliud nouerit lingua nisi Christum, nihil possit sonare, nisi quod sanctum est. Auiae tuae tibi semper ac matris in ore dulcedo uersetur, quarum imitatio forma uirtutis est.

131 AVGVSTINVS AD HIERONYMVM DE ORIGINE ANIMAE

1. Deum nostrum, qui nos uocauit in suum regnum et gloriam, et rogaui et rogo, ut hoc, quod ad te scribo, sancte frater Hieronyme, consulens te de his, quae nescio, fructuosum esse nobis uelit. Quamquam enim te multo, quam ego sum, aetate maiorem, tamen etiam ipse iam senex consulo. Sed ad discendum, quod opus est, nulla mihi aetas sera uideri potest, quia, etsi senes magis decet docere quam discere, magis tamen discere quam, quid doceant, ignorare. Nihil equidem molestius fero in omnibus angustiis meis, quas patior in difficillimis quaestionibus, quam in tam longinquo tuae caritatis absentiam, ut uix possim meas dare, uix recipere litteras tuas per interualla non dierum, non mensium,

no ya de días y meses, sino de años enteros. Cuando, de ser posible, te quisiera tener diariamente a mi lado para hablar contigo hasta hartarme. Sin embargo, no por no poder hacer todo lo que quiero voy a dejar de hacer todo lo que puedo.

2. Aquí me vino un joven religioso, hermano en la paz católica, hijo por la edad, compresbítero por la dignidad, nuestro Orosio, despierto de ingenio, de fácil palabra, ardiente de fervor, que desea ser instrumento útil en la casa del Señor (2 Tim 2,21). El fin de su venida fue la refutación de las falsas y perniciosas doctrinas que han atravesado las almas de los hispanos con más estrago que la espada de los bárbaros. El hecho es que se apresuró a venir a nosotros de España, desde las orillas del mar Océano, movido de la fama de que, sobre cuanto quisiera saber, de mis labios oiría cuanto quisiera. No podría decirse que no haya sacado ningún fruto de su venida. Primero, que no se fíe mucho de la fama que acerca de mí corre. Luego le enseñé lo que pude. Lo que no pude, le indiqué dónde lo podría aprender y lo exhorté a que marchara a ti. Como vi que tomaba con gusto y obedientemente mi consejo o mi mandato, le rogué que, al venir de ti, se volviera, pasando por aquí, a su patria. Así me lo prometió, y yo lo tuve por una buena coyuntura que el Señor me deparaba para escribirte sobre cosas que deseo aprender de ti. Y es así que hacía tiempo estaba yo buscando a quién enviarte y no se me ofrecía tan a mano nadie idóneo para su fidelidad en el obrar, prontitud en el obedecer y experiencia en el peregrinar. Así que apenas traté a este joven, no pude dudar ser el mismo que yo estaba pidiendo al Señor.

sed aliquot annorum, cum, si fieri posset, cotidie praesentem te habere uellem, cum quo loquerer, quicquid uellem. Nec ideo tamen non debui facere, quod potui, si non potui totum, quod uolui.

2. Ecce uenit ad me religiosus iuuenis, catholica pace frater, aetate filius, honore conpresbyter noster Orosius, uigil ingenio, paratus eloquio, flagrans studio, utile uas in domo Domini esse desiderans ad refellendas falsas perniciosasque doctrinas, quae animas Hispanorum multo infelicius, quam corpora barbaricus gladius, trucidarunt. Nam inde ad nos usque ab oceani littore properauit fama excitus, quod a me posset de his, quae scire uellet, quicquid uellet, audire. Neque nullum cepit aduentus sui fructum, primo, ne de me multum famae crederet; deinde docui hominem, quod potui, quod autem non potui, unde discere posset, admonui atque, ut ad te iret, hortatus sum. Qua in re consilium uel praeceptum meum cum libenter et oboedienter acciperet, rogaui eum, ut abs te ueniens per nos ad propria remearet. Quam eius pollicitationem tenens occasionem mihi credidi a Domini esse concessam, qua tibi scriberem de his, quae per te scire cupio. Quaerebam enim, quem ad te mitterem, nec mihi facile occurrebat idoneus et fide agendi et alacritate oboediendi et exercitatione peregrinandi. Vbi ergo istum iuuenem expertus sum, eum ipsum esse, qualem a Domino petebam, dubitare non potui.

3. He aquí, pues, los puntos que te pido me aclares, y no te sea molesto explicármelos. La cuestión del alma inquieta a muchos, y yo confieso ser uno de ellos. No voy a callar las tesis que mantengo firmísimamente sobre el alma. Luego añadiré las dificultades que aún quisiera se me resolvieran. El alma del hombre es inmortal, según cierto modo propio suyo. Porque no lo es omnímodamente, a la manera de Dios, de quien se dice ser el solo que posee la inmortalidad (1 Tim 5,16). Cierto que la Escritura santa habla muchas veces de muertes del alma; por ejemplo, aquello del evangelio: *Deja a los muertos que entierren a sus muertos* (Mt 8,22). Pero es en el sentido de que muere por apartarse de la vida de Dios, sin que por ello deje de todo punto de vivir según su propia naturaleza. De tal modo resulta ser el alma mortal por alguna causa, que puede, no sin razón, ser dicha a par inmortal.

El alma no es parte de Dios. Si así fuera, sería de todo punto inmutable e incorruptible. Y, de ser esto, ni desfallecería hacia lo peor, ni adelantaría hacia lo mejor; ni, por lo que a sus propias afecciones atañe, empezaría a tener en sí misma lo que no tenía o dejaría de tener lo que tenía. Pero cuán otra sea la realidad, no es menester demostrarlo por prueba externa: cualquiera que se observe a sí mismo lo conoce. Y en balde dicen, los que pretenden ser el alma parte de Dios, que su mancha y fealdad que vemos en los hombres inicuos, y, finalmente, la flaqueza y enfermedades que experimentamos en todos los hombres, no le viene de sí misma, sino del cuerpo. ¿Qué importa de dónde le venga la enfermedad, cuando, de ser inmutable, no podría enfermar por caso

3. Accipe igitur, quae mihi peto aperire ac disserere non graueris. Quaestio de anima multos mouet, in quibus et me esse confiteor. Nam quid de anima firmissime teneam, non tacebo; deinde subiungam, quid mihi adhuc expediri uelim. Anima hominis inmortalis est secundum quendam modum suum. Non enim omni modo sicut Deus, de quo dictum est, quod solus habeat inmortalitatem—nam de animae mortibus sancta scriptura multa commemorat, unde illud est: *Sine mortuos sepelire mortuos suos*—, sed quod ita moritur alienata a uita Dei, ut tamen in natura sua uiuere non omnino desistat, ita mortalis ex aliqua causa inuenitur, ut etiam inmortalis non sine ratione dicatur.

Non est pars Dei anima. Si enim hoc esset, omni modo incommutabilis atque incorruptibilis esset. Quod si esset, nec deficeret in deterius nec proficeret in melius nec aliquid in semet ipsa uel inciperet habere, quod non habebat, uel desineret habere, quod habebat, quantum ad eius ipsius affectiones pertinet. Quam uero aliter se habeat, non opus est extrinsecus testimonio; quisquis se ipsum aduertit, agnoscit. Frustra autem dicitur ab eis, qui animam Dei esse partem uolunt, hanc eius labem ac turpitudinem, quam uidemus in nequissimis hominibus, hanc denique infirmitatem et aegritudinem, quam sentimus in omnibus hominibus, non ex ipsa illi esse, sed ex corpore. Quid interest, unde aegrotet, quae si

alguno? Y es así que lo verdaderamente inmutable e incorruptible no puede mudarse ni corromperse por accidente de ninguna especie. En otro caso, toda carne, y no sólo la de Aquiles, como cuentan las fábulas, sería invulnerable si ningún azar pudiera acontecerle. En conclusión, no es inmutable una naturaleza que puede cambiar de algún modo, por alguna causa, en alguna de sus partes; sería, empero, un crimen creer que Dios no sea verdaderamente, y en grado sumo, inmutable. Luego el alma no es parte de Dios.

4. Que el alma sea también incorpórea, si bien es cosa difícil de persuadir a los de tardas entendederas, yo confieso estar persuadido de ello. Mas para no meternos sin necesidad en una controversia de nombres o me obliguen a mí, con razón, a entablarla, puesto que, cuando la cosa consta no hay por qué luchar por palabras, digamos que, si cuerpo es toda sustancia o toda esencia, o llámese como se quiera lo que de algún modo subsiste en sí mismo, en ese caso el alma es cuerpo. Igualmente, si convenimos en llamar incorpórea sólo a aquella naturaleza que es en sumo grado inmutable y está toda en todas partes, también en ese caso el alma es cuerpo, pues ella no es nada semejante. Pero si sólo es cuerpo lo que de tal manera está situado o se mueve en el espacio por alguna longitud, latitud y altura, que una parte mayor de ello ocupe mayor lugar, y otra menor, menor, y sea menos en la parte que en el todo, entonces el alma no es cuerpo. Porque el alma se extiende por todo el cuerpo al que anima, no por difusión local, sino por cierta intención vital. Y es así que ella asiste a la vez toda entera por todas sus mínimas partes, y no es menor

esset incommutabilis, unde libet aegrotare non posset? Nam quod uere incommutabile et incorruptibile est, nullius rei accessu commutari uel corrumpi potest. Alioquin non Achillea tantum, sicut fabulae ferunt, sed omnis caro esset inuulnerabilis, si nullus ei casus accideret. Non est itaque natura incommutabilis, quae aliquo modo, aliqua causa, aliqua parte mutabilis est; Deum autem nefas est nisi uere summeque incommutabilem credere: Non est igitur anima pars Dei.

4. Incorpoream quoque esse animam etsi difficile tardioribus persuaderi potest, mihi tamen fateor esse persuasum. Sed ne uerbi controuersiam uel superfluo faciam uel merito patiar, quoniam, cum de re constat, non est opus certare de nomine, si corpus est omnis substantia uel essentia uel, si quid aptius nuncupatur id, quod aliquo modo est in se ipso, corpus est anima. Item, si eam solam incorpoream placet appellare naturam, quae summe incommutabilis et ubique tota est, corpus est anima, quoniam tale aliquid ipsa non est. Porro, si corpus non est, nisi quod per uoci spatium aliqua longitudine, latitudine, altitudine ita sistitur uel mouetur, ut maiore sui parte maiorem locum occupet et breuiore breuiorem minusque sit in parte quam in toto, non est corpus anima. Per totum quippe, quod animat, non locali diffusione, sed quadam uitali intentione porrigitur; nam per omnes eius particulas tota simul adest nec minor in minoribus et in maioribus maior, sed alicubi intentius, alicubi remissius et in omnibus tota et in singulis tota est. Neque enim aliter, quod in

en las menores y mayor en las mayores; en algunas, sí, está más atentamente, en otras más flojamente; pero en todas toda entera y en cada una toda entera también. Porque no de otra manera siente lo que, aun sin sentirlo en el cuerpo todo, ella, no obstante, lo siente toda. Así, cuando en un puntito de carne viva se toca algo, aun cuando aquel lugar no sólo no sea todo el cuerpo, sino que apenas se vea en el cuerpo, no por eso se le escapa al alma toda. Y tampoco lo que siente discurre por todo el cuerpo, sino que sólo se siente donde se toca. ¿Cómo es, pues, que inmediatamente llega al alma entera lo que no se hace en el cuerpo todo, sino porque está entera donde se hace, sin que, por estar allí entera, tenga que abandonar lo demás? Porque siguen viviendo por su presencia los otros puntos donde nada semejante se ha hecho. Y si se hiciera, y las dos cosas a la vez se hicieran, ambas a la vez afectarían igualmente al alma entera. No podría, consiguientemente, estar el alma toda a la vez en todas y cada una de las partes de su cuerpo, si se difundiera por ellas, como vemos se difunden por el espacio los cuerpos, y ocuparan menor lugar sus partes menores y más ancho las más anchas. Por eso, si hay que llamar cuerpo al alma, no es ciertamente un cuerpo a la manera de la tierra, el agua, el aire o el éter. Todos esos cuerpos son, efectivamente, mayores en lugares mayores, menores en menores, y ninguno de ellos está entero en alguna de sus partes. Cuales son las partes del espacio, así son ocupadas por las partes de los cuerpos. De ahí se colige que el alma, ora se la llame corpórea o incorpórea, tiene una naturaleza peculiar suya, creada de sustancia más excelente que todos estos elementos de la masa mundana; sustancia que verdaderamente no puede ser pensada por fantasía

corpore etiam non toto sentit, tamen tota sentit: nam cum exiguo puncto in carne uiua aliquid tangitur, quamuis locus ille non solum totius corporis non sit, sed uix in corpore uideatur, animam tamen totam non latet neque id, quod sentitur, per corporis cuncta discurrit, sed ibi tantum sentitur, ubi fit. Vnde ergo ad totam mox peruenit, quod non in toto fit, nisi quia et ibi tota est, ubi fit, nec, ut tota ibi sit, cetera deserit? Viuunt enim et illa ea praesente, ubi nihil tale factum est. Quod si fieret et utrumque simul fieret, simul utrumque totam pariter non lateret. Proinde et in omnibus simul et in singulis particulis corporis sui tota simul esse non posset, si per illas ita diffunderetur, ut uidemus corpora diffusa per spatia locorum minoribus suis partibus minora occupare et amplioribus ampliora. Quapropter, si anima corpus esse dicenda est, non est certe corpus, quale terrenum est nec quale humidum aut aërium aut aetherium. Omnia quippe talia maiora sunt in maioribus locis et minora in minoribus et nihil eorum in aliqua sui parte totum adest, sed, ut sunt partes locorum, ita occupantur partibus corporum. Vnde intellegitur, anima siue corpus siue incorporea dicenda sit, propriam quandam habere naturam omnibus his mundanae molis elementis excellentiore substantia creatam, quae ueraciter non possit in aliqua phantasia corporalium ima-

alguna de las imágenes que percibimos por los sentidos de la carne, sino entendida por el espíritu y sentida por la vida. No te digo todo esto porque intente enseñarte cosas que tú sabes muy bien. No; lo que quiero es exponer con claridad aquellos puntos acerca del alma en que me siento muy firme, no sea que, al llegar a lo que inquiero, se imagine alguien que nada sé de seguro, por la ciencia o por la fe, acerca del alma.

5. Cierto estoy también de que el alma cayó en el pecado no por culpa de Dios ni por necesidad de Dios mismo o de ella, sino por su propia voluntad; y no puede librarse de este cuerpo mortal (Rom 7,24) por la fuerza de su propia voluntad, como si para ello fuera suficiente, ni por la muerte del cuerpo mismo, sino por la gracia de Dios, que viene de Jesucristo nuestro Señor (ibid., 7,25). Y no hay, en absoluto, alma alguna en el linaje humano que no tenga necesidad, para su liberación, del mediador entre Dios y los hombres, el hombre Cristo Jesús (1 Tim 2,5). Mas cualquier alma y en cualquier edad del cuerpo que saliere de este mundo sin la gracia del mediador y su sacramento irá al castigo y, en el último juicio, recobrará su cuerpo para castigo. Pero si, después de la generación humana que viene de Adán, se regenera en Cristo, perteneciendo a su sociedad, tendrá descanso después de la muerte del cuerpo y recobrará a éste para la gloria. Tales son los puntos que mantengo con toda firmeza acerca del alma.

6. Escucha ahora, te ruego, lo que inquiero, y no me desprecies. ¡Así a ti no te desprecie Aquel que por nosotros se dignó ser despreciado! Te pregunto dónde contrajo el alma aquella

ginum, quas per carnis sensus percipimus, cogitari, sed mente intellegi uitaque sentiri. Neque haec perinde loquor, ut te, quae tibi nota sunt, doceam, sed ut aperiam, quid firmissime de anima teneam, ne me quisquam, cum ad ea uenero, quae requiro, nihil de anima uel scientia uel fide tenere arbitretur.

5. Certus etiam sum animam nulla dei culpa, nulla dei necessitate uel sua sed propria uoluntate in peccatum esse conlapsam nec liberari posse de corpore mortis huius uel suae uoluntatis uirtute tamquam sibi ad hoc sufficiente uel ipsius corporis morte, sed gratia dei per Iesum Christum, dominum nostrum, nec omnino esse animam ullam in genere humano, cui non sit necessarius ad liberationem mediator dei et hominum, homo Christus Iesus. Quaecumque autem sine gratia mediatoris et sacramento eius in qualibet corporis aetate de corpore exierit, et in poena futuram et in ultimo iudicio recepturam corpus ad poenam. Si autem post generationem humanam, quae facta est ex Adam, regeneretur in Christo ad eius pertinens societatem, et requiem post mortem corporis habituram et corpus ad gloriam recepturam. Haec sunt, quae de anima firmissime teneo.

6. Nunc accipe, obsecro, quid requiram, et noli me spernere; sic non te spernat, qui pro nobis dignatus est sperni. Quaero, ubi contraxe-

culpa, por la que es arrastrada a la condenación aun el alma de un niño pequeño prevenido por la muerte, si no le socorriere por el sacramento, con que aun los párvulos se bautizan, la gracia de Cristo. Porque no eres tú de aquellos que ahora han empezado a charlatanear no sé qué novedades, diciendo no contraerse culpa alguna de Adán que haya de ser perdonada en el párvulo por el bautismo. Si yo supiera que tú sentías así, o, por mejor decir, si no supiera que no sientes así, en modo alguno te preguntara o pensara debía preguntarte sobre esta cuestión. Pero estoy bien seguro de tu sentir sobre este punto, de acuerdo con la más firme fe católica, pues, refutando la vana palabrería de Joviniano, adujiste el texto del libro de Job: *Nadie hay limpio en tu acatamiento, ni el niño cuya vida no pasó de un día sobre la tierra* (Io 14,4-5 *iuxta* LXX). Y luego añadiste: «Somos reos por la semejanza de la prevaricación de Adán» *(Adu. Iouin.* 2,2). Y tu libro sobre el profeta Jonás lo declara insigne y lúcidamente en el pasaje en que afirmaste que los niños fueron con razón obligados a ayunar a causa del mismo pecado original (cf. *Comm. in Ionam* c.3 y 5). De ahí que no sea fuera de propósito preguntarte dónde contrajo el alma esa culpa, de la que, aun en esa edad, necesita librarse por el sacramento de la gracia cristiana.

7. Yo mismo, hace algunos años, en unos libros que escribí sobre el libre albedrío, que corrieron en manos de muchos y ahora los poseen muchísimos, expuse cuatro opiniones acerca de la encarnación del alma: ¿Se propagan todas de aquella primera que le fue dada al primer hombre? ¿Se crean aún ahora nuevas para

rit anima reatum, quo trahitur in condemnationem etiam infantis morte praeuenti, si ei per sacramentum, quo etiam paruuli baptizantur, Christi gratia non subuenerit. Non enim es ex illis, qui modo noua quaedam garrire coeperunt dicentes nullum reatum esse ex Adam tractum, qui per baptismum in infante soluatur. Quod te sapere si scirem, immo nisi te id non sapere scirem, nequaquam hoc abs te quaererem aut quaerendum putarem. Sed quia tenemus de hac re sententiam tuam concinentem catholicae fundatissimae fidei, qua et Iouiniani uaniloquia redarguens adhibuisti testimonium ex libro Iob: *Nemo mundus in conspectu tuo nec infans, cuius est diei unius uita super terram,* deinde adiunxisti: «Tenemurque rei in similitudinem praeuaricationis Adae», et liber tuus in Ionam prophetam satis hoc insigniter dilucideque declarat, ubi ieiunare paruulos propter ipsum originale peccatum merito coactos esse dixisti, non inconuenienter abs te quaero, hunc reatum anima ubi contraxerit, unde oporteat eam etiam in illa aetate per sacramentum Christianae gratiae liberari.

7. Ego quidem ante aliquot annos, cum libros quosdam scriberem de libero arbitrio, qui in multorum manus exierunt et habentur plurimis, quattuor opiniones de animae incarnatione, utrum ex illa una, quae primo homini data est, ceterae propagentur, an singulis quibusque nouae etiam modo fiant, an alicubi iam existentes uel mittantur diuinitus uel sponte

cada hombre? ¿O preexisten en alguna parte y son, por disposición divina, enviadas a los cuerpos o caen ellas voluntariamente en éstos? Pero pensé que esas opiniones debían ser discutidas de forma que, cualquiera de ellas fuera verdadera, no fuera óbice a mi intento, que era entonces combatir con todas mis fuerzas a quienes se empeñarían en oponer a Dios la naturaleza del mal, dotada de su propio principio, es decir, contra los maniqueos; pues todavía no había oído palabra sobre los priscilianistas, que se inventan blasfemias no muy diferentes de las de aquéllos. Por eso no añadí esa quinta opinión que tú, para no omitir ninguna, mencionaste entre las otras al tratar de este punto en tu carta a Marcelino, varón de santa memoria y para mí gratísimo en la caridad de Cristo. La quinta opinión, digo, de que el alma es una parte de Dios. Y no la menté, primeramente, porque en esa tesis no se trata de la encarnación del alma, sino de su naturaleza; y luego, porque así piensan aquellos contra quienes yo iba; y yo iba, sobre todo, a separar la naturaleza inculpable e inviolable del Creador de las deficiencias y mancha de la criatura. Ellos, por lo contrario, pretenden que la sustancia misma del Dios bueno, por la parte que quedó cautiva, fue corrompida y oprimida y llevada a necesidad de pecar por la sustancia del mal, a la que atribuyen principio y príncipes propios. Así, pues, dejado a un lado ese error de la opinión herética, deseo saber cuál haya de elegirse de entre las otras cuatro. Mas, cualquiera que haya de preferirse, Dios nos libre que impugne la fe de que tenemos certeza, a saber: Toda alma, aun la del niño que aún no habla, necesita ser liberada de

labantur in corpora, ita putaui esse tractandas, ut, quaelibet earum uera esset, non inpediret intentionem meam, qua tunc aduersus eos, quantis poteram uiribus, agebam, qui naturam mali suo principio praeditam aduersus deum conantur inducere, id est contra Manicheos. Nam de Priscillianistis adhuc nihil audieram, qui non multum ab istis dissimiles blasphemias fabulantur. Ideo quintam opinionem non addidi, quam in tua epistula inter ceteras commemorasti, ne aliquam praeterires, ubi de hac quaestione interroganti rescripsisti religiosae memoriae uiro nobisque in Christi caritate gratissimo Marcellino, quod anima sit pars dei, primo quia non de incarnatione eius sed de natura quaeritur, cum hoc quaeritur, deinde quia hoc sentiunt illi, contra quos agebam, et id maxime agebam, ut creatoris inculpabilem inuiolabilemque naturam a creaturae uitiis et labe secernerem, cum illi a substantia mali, cui proprium principium principesque tribuunt, ipsam boni Dei substantiam ex parte, qua capta est, corruptam et oppressam et ad peccandi necessitatem perductam esse contendant. Hoc itaque excepto hereticae opinionis errore ex quattuor reliquis opinionibus quaenam sit eligenda, scire desidero. Quaecumque enim eligenda est, absit, ut inpugnet hanc fidem, de qua certi sumus omni animae etiam paruuli infantis necessariam esse liberatio-

la atadura del pecado, y no hay más liberación que la que viene por Jesucristo, y éste crucificado.

8. Así, pues, para acortar razones, no hay duda de que, en tu sentir, Dios crea, aún ahora, cada alma para cada uno de los que nacen. A esa sentencia pudiera oponerse que Dios terminó todas sus criaturas el día sexto, y que al sexto descansó. Mas contra pareja objeción aduces tú el texto del evangelio: *Mi Padre está trabajando hasta ahora* (Io 5,17). Así, efectivamente, se lo escribiste a Marcelino (cf. *Epist.* 126,1). En esa carta te dignaste hacer también mención de mí con exceso de benevolencia, diciéndole que aquí me tenía, en Africa, y podría con más facilidad explicarle esa misma sentencia. Pero, si yo lo pudiera, no te lo hubiera él preguntado a ti, que estás tan lejos. Si es que te escribió desde Africa, porque la verdad es que no sé cuándo te escribió. Lo que sé es que hubo de darse bien cuenta de mi vacilación, cuando, sin consultarme a mí, te quiso escribir a ti. Eso sí, de haberme consultado, aún le hubiera exhortado más y diera gracias a Dios del bien que a todos se nos pudiera haber hecho, si tú no hubieras preferido contestar brevemente a entrar en el fondo de la cuestión. Creo que por miedo a trabajar en balde donde estaba yo, a quien tenías por muy bien enterado de la cuestión que Marcelino te planteaba. Pues mira que quiero que esa sentencia tuya sea también la mía; pero te aseguro que todavía no lo es.

9. Me has enviado discípulos para que les enseñe lo que todavía no he aprendido. Enséñame, pues, lo que tengo que enseñar. Y es así que muchos me piden que se lo enseñe, y yo les confieso que, como otras muchas cosas, ignoro también ésa. Y

nem ex obligatione peccati eamque nullam esse nisi per Iesum Christum et hunc crucifixum.

8. Proinde, ne longum faciamus, hoc certe sentis, quod singulas animas singulis nascentibus etiam modo deus faciat. Cui sententiae ne obiciatur, quod omnes creaturas sexto die consummauerit deus, septimo requieuerit, adhibes testimonium ex euangelio: *Pater meus usque nunc operatur.* Sic enim ad Marcellinum scripsisti, in qua epistula etiam mei commemorationem boniuolentissime facere dignatus es, quod hic me haberet in Africa, qui ei possem istam facilius explicare sententiam. Quod si potuissem, non ille hoc abs te tam longe posito inquireret, si tamen id tibi ex Africa scripsit. Nam, quando scripserit, nescio; tantum scio, quod de hoc bene cognouerit cunctationem meam, unde me inconsulto facere uoluit. Quamquam, etiam si consuleret, magis hortarer et gratias agerem, quod nobis conferri omnibus posset, nisi tu breuiter rescribere quam respondere maluisses, credo ne suplerfluo laborares, ubi ego essem, quem putabas id optime scire, quod ille quaesierat. Ecce uolo, ut illa sententia etiam mea sit, sed nondum esse confirmo.

9. Misisti ad me discipulos, ut eam rem doceam, quam nondum ipse didici. Doce ergo, quod doceam. Nam ut doceam, multi a me flagitant eisque me sicut alia multa et hoc ignorare confiteor. Et fortasse,

acaso, si en mi presencia se contienen, digan en sus adentros: *¿Tú eres maestro en Israel e ignoras esto?* (Io 3,10). Por cierto, que dijo eso el Señor a uno de aquellos que gustaban de ser llamados *rabbi* o maestros, y acaso por ello acudió de noche al verdadero maestro, pues se afrentaba de aprender el que tenía costumbre de enseñar. Pero a mí me gusta más oír a un maestro que ser oído como maestro. Y es así que recuerdo lo que dijo a los que con preferencia a los demás escogió: *Vosotros, empero, no queráis que la gente os llame maestros, pues uno solo es vuestro Maestro: Cristo* (Mt 23,8). Ni fue otro el que enseñó a Moisés aun por Jetró, ni otro a Cornelio por el superior Pedro, ni otro a Pedro por el inferior Pablo. Porque quienquiera dice la verdad, por don de Aquel la dice, que es la misma verdad. ¿Y qué decir si ignoramos aún esas cosas y no podemos averiguarlas ni por la oración, ni por la lectura, ni por la meditación, ni por el razonamiento, para ser probados no sólo con cuánta caridad enseñamos a los ignorantes, sino también con cuánta humildad interrogamos a los sabios?

10. Enséñame, pues, te ruego, lo que he de enseñar, enséñame lo que he de mantener, y dime: Si las almas son creadas una por una y para los que hoy nacen, ¿dónde pecan en los niños pequeños para que necesiten que en el sacramento de Cristo se les perdone el pecado a los que pecan en Adán, de quien se propagó la carne de pecado? O si no pecan, ¿con qué justicia del Creador quedan ligadas por el pecado ajeno cuando quedan insertas en miembros mortales de allí propagados, de suerte que, de no ser socorridas por la Iglesia, se les sigue la condenación? Sobre todo

quamuis in os meum uerecundentur, tamen apud se dicunt: *Tu es magister in Israhel et haec ignoras?* Quod quidem Dominus ei dixit, qui erat unus illorum, quos delectabat uocari rabbi, unde etiam ad uerum magistrum nocte uenerat, quia fortassis erubescebat discere, qui docere consueuerat. Me autem magistrum potius audire quam uelut magistrum delectat audiri. Recolo enim, quid dixerit eis, quos prae ceteris elegit: *Vos autem,* inquit, *nolite uocari ab hominibus rabbi; unus est enim magister uester Christus.* Nec alius docuit Moysen etiam per Iothor nec alius Cornelium etiam per priorem Petrum nec alius Petrum etiam per posteriorem Paulum. A quocumque uerum dicitur, illo donante dicitur, qui est ipsa ueritas. Quid, si ideo adhuc ista nescimus et ea neque orando neque legendo neque cogitando et ratiocinando inuenire potuimus, ut probemur, non solum indoctos quanta caritate doceamus, uerum a doctis etiam quanta humilitate discamus?

10. Doce ergo, quaeso, quod doceam, doce, quod teneam, et dic mihi, si animae singillatim singulis hodieque nascentibus fiunt, ubi in paruulis peccent, ut indigeant in sacramento Christi remissione peccati peccantes in Adam, ex quo caro est propagata peccati; aut, si non peccant, qua iustitia creatoris ita peccato obligantur alieno, cum exinde propagatis membris mortalibus inseruntur, ut eas, nisi per ecclesiam subuentum fuerit, damnatio consequatur, cum in earum potestate non sit, ut eis

que tampoco está en su mano que las pueda socorrer la gracia del bautismo. Luego tantos miles de almas como en las muertes de los párvulos salen de sus cuerpos sin el perdón del sacramento de Cristo, ¿con qué equidad son condenadas si, creadas de nuevo, sin pecado alguno suyo precedente, sino por voluntad del Creador, se adhirieron cada una a un nacido, para cuya animación la creó y dio El? Y, ciertamente, El sabía que cada una de ellas, sin culpa alguna propia, había de salir del cuerpo sin el bautismo de Cristo. Ahora bien, como de Dios no podemos decir que fuerce a las almas a hacerse pecadoras o que castigue a las inocentes, como tampoco nos es lícito negar que las que salen del cuerpo sin el sacramento de Cristo, aun cuando fueren de niños, vayan a otra parte que a su condenación, yo te suplico que me digas cómo se defiende esa opinión, según la cual se cree no se hacen todas de aquella única del primer hombre, sino que, como a él se le dio una, así a cada uno se le da la suya.

11. Realmente, algunas objeciones que se oponen a esta tesis paréceme las puedo fácilmente rechazar. Por ejemplo, aquello con que algunos se imaginan ponerla en aprieto: ¿Cómo es que Dios consumó todas sus obras el día sexto y el séptimo descansó si sigue creando nuevas almas? Si les decimos lo que tú citaste del evangelio en tu mentada carta: *Mi Padre trabaja hasta ahora* (Io 5,17), responderán que *trabaja* está dicho del gobernar las creadas, no del crear nuevas naturalezas, pues se correría riesgo de contradecir a la Escritura del Génesis en que clarísimamente se lee haber Dios acabado todas sus obras. Y es así que lo que se

possit gratia baptismi subueniri? Tot igitur animarum milia, quae in mortibus paruulorum sine indulgentia Christiani sacramenti de corporibus exeunt, qua aequitate damnantur, si nouae creatae nullo suo praecedente peccato sed uoluntate creatoris singulae singulis nascentibus adhaeserunt, quibus eas animandis ille creauit et dedit, qui utique nouerat, quod unaquaeque earum nulla sua culpa sine baptismo Christi de corpore fuerat exitura? Quoniam igitur neque de Deo possumus dicere, quod uel cogat animas fieri peccatrices uel puniat innocentes, neque negare fas nobis est eas quae sine Christi sacramento de corporibus exierint, etiam paruulorum, non nisi in damnationem trahi, obsecro te, quomodo haec opinio defenditur, qua creduntur animae non ex illa una primi hominis fieri omnes sed sicut illa una uni ita singulis singulae?

11. Ea uero, quae dicuntur alia contra hanc opinionem, facile puto me posse refellere, sicuti est illud, quo eam sibi quidam uidentur urgere, quomodo consummauerit Deus omnia opera sua sexto die et septimo requieuerit, si nouas adhuc animas creat. Quibus si dixerimus, quod ex euangelio in supra dicta epistula posuisti: *Pater meus usque nunc operatur,* respondent: Operatur dictum est institutas administrando, non nouas instituendo naturas, ne scripturae Geneseos contradicatur, ubi apertissime legitur consummasse Deum omnia opera sua. Nam et quod eum scriptum est requieuisse, utique a creandis nouis creaturis intellegendum

escribe sobre que Dios descansó hay que entenderlo ciertamente de la creación de nuevos seres, no de su gobernación; pues entonces hizo las cosas que no eran, y eso fue lo que terminó de hacer, desde el momento que consumó todo lo que, antes de ser hecho, vio que debía hacerse. De manera que, en adelante, no haría ya lo que no era, sino que crearía y haría, cuanto hiciera, de lo que ya era. De este modo se ve ser verdad uno y otro texto: el que dice que Dios descansó de sus obras y el que afirma que el Padre trabaja hasta ahora, puesto que el evangelio no puede ser contrario al Génesis.

12. En cuanto a los que dicen eso para que no se crea hace ahora Dios nuevas almas que no eran, como hizo aquella una sola original, sino que las crea de esta sola que ya era o que las envía de no sabemos qué fuente o tesoro que antaño hiciera, fácilmente se les responde que también aquellos seis días creó Dios muchas cosas de naturalezas que antes creara; por ejemplo, de las aguas, las aves y los peces; de la tierra, los árboles, la hierba y los animales. Y es evidente que entonces hizo cosas que no eran. Y es así que no había ningún ave, ni pez, ni árbol, ni animal. Y se entiende muy bien que descansó de crear lo que no era y fue creado; es decir, cesó de crear más seres que no eran. Ahora bien, decir ahora no que envía las almas preexistentes en no sabemos qué fuente, ni que emanen de sí mismo como partículas suyas, ni que las saca de aquella primera original, ni que las ata con vínculos carnales, sino que las crea nuevas, una para cada uno de los que nacen, no se dice que hace algo que antes no hiciera. Porque ya el día sexto había hecho al hombre a su imagen,

est, non a gubernandis, quia tunc ea, quae non erant, fecit, a quibus faciendis requieuit, quia consummauerat omnia, quae, antequam essent, uidit esse facienda, ut deinceps non ea, quae non erant, sed ex his, quae iam erant, crearet et faceret, quicquid faceret. Ita utrumque uerum esse monstratur, et quod dictum est: Requieuit ab operibus suis, et quod dictum est: Vsque nunc operatur, quoniam Genesi non potest euangelium esse contrarium.

12. Verum his, qui haec ideo dicunt, ne credatur modo Deus sicut illam unam nouas animas, quae non erant, facere, sed ex illa una, quae iam erat, eas creare uel ex fonte aliquo siue thesauro quodam, quem tunc fecit, eas mittere, facile respondetur etiam illis sex diebus multa Deum creasse ex his naturis, quas iam creauerat, sicut ex aquis alites et pisces, ex terra autem arbores, faenum, animalia. Sed quod ea, quae non erant, tunc fecerit, manifestum est. Nulla enim erat auis, nullus piscis, nulla arbor, nullum animal et bene intellegitur ab his creatis requieuisse, quae non erant et creata sunt, id est cessasse, ne ultra, quae non erant, crearentur. Sed nunc quod dicitur animas non in nescio quo fonte iam existentes mittere nec de se ipso tamquam suas particulas inrorare nec de illa una originaliter trahere nec pro delictis ante carnem commissis carneis uinculis compedire sed nouas creare singulas singulis suam cuique nascenti,

lo que hay ciertamente que entender según el alma racional. Esto hace también ahora, no creando lo que no era, sino multiplicando lo que era. Así resulta ser verdad que descansó de crear cosas que no eran, y es también verdad que trabaja hasta ahora, no sólo gobernando lo que hizo, sino también multiplicando algo que en absoluto aún no fuera. Por esta vía, pues, o por otra cualquiera, salimos de lo que se nos objeta acerca del descanso de Dios respecto a sus obras, contra la creencia de que hasta ahora se hagan almas nuevas, no de aquella sola originaria, sino como ella.

13. En cuanto a lo que se dice: ¿Por qué hace Dios almas para los que sabe que han de morir prematuramente?, podemos responder que así se demuestran o castigan los pecados de los padres. Podemos también rectamente dejarlo al gobierno de Aquel que sabemos da curso muy bello y ordenado a todas las cosas que se suceden en el tiempo, en que entran también el nacer y morir de los animales. Pero es un orden y belleza que nosotros no podemos percibir; de percibirlo, un deleite inefable nos inundaría. Porque no en balde se dijo de Dios por el profeta que había aprendido esto por inspiración divina: *El saca al mundo con armonía* (Is 40,26). Por eso, la música, esto es, la ciencia y percepción de la buena modulación, ha sido concedida por la largueza de Dios a los hombres, aun dotados de almas racionales, para que caigan en la cuenta de una gran realidad. Ahora bien, si el artista que sabe componer un poema sabe los tiempos que ha de dar a cada voz para que el canto que se ejecuta salga con la máxima belleza

non aliquid facere dicitur, quod ante non fecerat. Iam enim sexto die fecerat hominem ad imaginem suam, quod utique secundum animam rationalem fecisse intellegitur. Hoc et nunc facit non instituendo, quod non erat, sed multiplicando, quod erat. Vnde et illud uerum est, quod a rebus, quae non erant, instituendis requieuit, et hoc uerum est, quod non solum gubernando, quae fecit, uerum etiam aliquid, non quod nondum sed quod iam creauerat, numerosius creando usque nunc operatur. Vel sic ergo uel alio quolibet modo eximus ab eo, quod nobis obicitur de requie Dei ab operibus suis, ne propterea non credamus nunc usque fieri animas nouas non ex illa una sed sicut illam unam.

13. Nam quod dicitur: Quare facit animas eis, quos nouit cito morituros?, possumus respondere parentum hinc peccata uel conuinci uel flagellari. Possumus etiam recte illius moderationi ista relinquere, quem scimus omnibus temporaliter transeuntibus rebus, ubi sunt etiam animalium ortus et obitus, cursum ornatissimum atque ordinatissimum dare, sed nos ista sentire non posse, quae si sentiremus, delectatione ineffabili mulceremur. Non enim frustra per prophetam, qui haec diuinitus inspirata didicerat, dictum est de Deo: *Qui profert numerose saeculum.* Vnde musica, id est scientia sensusue modulandi, ad admonitionem magnae rei etiam mortalibus rationales habentibus animas Dei largitate concessa est. Vnde si homo faciendi artifex carminis nouit, quas quibus moras uocibus tribuat, ut illud, quod canitur, decedentibus ac succedentibus sonis pulcherrime currat et transeat, quanto magis Deus, cuius sapientia, per quam

por la sucesión de los sonidos que van desapareciendo, ¡cuánto mejor lo hará Dios, cuya sabiduría, por la que lo hizo todo, está muy por encima de todos los artistas! Y no va El a permitir que tiempo alguno pase más rápida o más lentamente de lo que pide la modulación preconocida y predefinida, en las naturalezas que nacen y mueren, que pertenecen a partículas de este mundo a manera de sílabas y palabras, en este como maravilloso cántico de las cosas transitorias. Esto que pudiera decir de la hoja de un árbol y del número de nuestros cabellos, ¡cuánto más del orto y ocaso de un hombre, cuya vida temporal no corre ni más rápida ni más lenta de lo que Dios, ordenador de los tiempos, sabe que consuena con el gobierno o armonía del universo!

14. Tampoco inquieta nuestra fe lo que dicen sobre que nada que empieza a ser en el tiempo pueda ser inmortal, pues todo lo que tiene orto tiene ocaso y lo que crece envejece (SALUST., *Iug.* 2,3). Con lo que quieren obligarnos a creer que el alma humana es inmortal por haber sido creada antes de todos los tiempos. Para no citar otros ejemplos, en el tiempo empezó la inmortalidad de la carne de Cristo, que, sin embargo, ya no muere. La muerte no tendrá más señorío sobre ella (Rom 6,9).

15. En tu libro contra Rufino notaste que algunos impugnan esta sentencia con achaque de que sería cosa indigna que Dios dé almas en concepciones adulterinas; de donde intentan deducir su construcción de que, en castigo de una vida llevada antes de la carne, pueden justamente ser arrojadas las almas como al ergástulo del cuerpo (cf. *Apol. adu. libros Ruf.* 3,28). Tampoco ese reparo me inquieta, pues se me ocurren mil cosas con que se lo puede re-

fecit omnia, longe omnibus artibus praeferenda est, nulla in naturis nascentibus et occidentibus temporum spatia, quae tamquam syllabae ac uerba ad particulas huius saeculi pertinent, in hoc labentium rerum tamquam mirabili cantico uel breuius uel productius, quam modulatio praecognita et praefinita deposcit, praeterire permittit! Hoc cum etiam de arboris folio dixerim et de nostrorum numero capillorum, quanto magis de hominis ortu et occasu, cuius temporalis uita breuius productiusque non tenditur, quam Deus, dispositor temporum nouit uniuersitatis moderamini consonare!

14. Id etiam, quod aiunt omne, quod in tempore coepit esse, inmortale esse non posse, quia omnia orta occidunt et aucta senescunt, ut eo modo credi cogant animum humanum ideo esse inmortalem, quod ante omnia tempora sit creatum, non mouet fidem nostram. Vt enim alia taceam, coepit esse in tempore inmortalitas carnis Christi, quae tamen iam non moritur et mors ei ultra non dominabitur.

15. Illud uero, quod in libro aduersus Rufinum posuisti, quosdam hic sententiae calumniari, quod Deum dare animas adulterinis conceptibus uideatur indignum, unde conantur adstruere meritis gestae ante carnem uitae animas quasi ad ergastula huius modi iuste posse perduci, non me mouet multa cogitantem, quibus haec possit calumnia refutari. Et quod

futar. Y lo que tú mismo respondiste no ser culpa de la semilla de trigo que se diga fue tomada por hurto, sino de quien robó el grano, ni tampoco la tierra tiene por qué dejar de calentar en su seno las semillas porque el labrador se las eche con mano sucia, es comparación elegantísima. Pero, aun antes de leerla, ese reparo de las concepciones adúlteras no me ofrecía en esta cuestión dificultad alguna, como quiera que veo, de modo general, cómo Dios saca muchos bienes aun de nuestros males y hasta de nuestros pecados. Ahora bien, la creación de un animal cualquiera, si se la considera piadosa e inteligentemente, excita a inefable alabanza del Creador. ¡Cuánto más la creación, no de cualquier animal, sino del hombre! Y si se pregunta la causa de crearlo, ninguna puede darse más pronta y mejor, sino que toda criatura de Dios es buena. ¿Y qué cosa más digna que hacer el Dios bueno cosas buenas, que nadie sino Dios puede hacer?

16. Estas cosas y otras que puedo y, como puedo, las aduzco contra quienes intentan derrocar la opinión según la cual las almas se crean para cada uno a la manera de la primera. Mas cuando llego a las penas de los párvulos, créeme que me siento ahogado por grandes dificultades y no hallo en absoluto qué responder. Y no hablo sólo de aquellas penas que van anejas a la condenación después de la vida presente, a la que por fuerza son arrastradas caso que salgan del cuerpo sin el sacramento de la gracia de Cristo, sino a las mismas que, en la presente vida, contemplamos, con dolor, ante nuestros ojos. Si las quisiera enumerar, antes me faltaría el tiempo que los ejemplos. Languidecen con las

ipse respondisti non esse uitium sementis in tritico, quod furto dicitur esse sublatum, sed in eo, qui frumenta furatus est, nec idcirco terram non debuisse gremio suo semina confouere, quia sator inmunda ea proiecerit manu, elegantissima similitudo est. Quam et antequam legerem, nullas mihi obiectio ista de adulterinis fetibus in hac quaestione faciebat angustias generaliter intuenti multa bona Deum facere etiam de nostris malis nostrisque peccatis. Animalis autem cuiuscumque creatio, si habeat prudentem piumque consideratorem, ineffabilem laudem creatori excitat, quanto magis creatio non cuiuslibet animalis sed hominis! si autem causa creandi quaeritur, nulla citius et melius respondetur, nisi quia omnis creatura Dei bona est; et quid dignius, quam ut bona faciat bonus Deus, quae nemo potest facere nisi Deus?

16. Haec et alia, quae possum, sicut possum, dico aduersus eos, qui hanc opinionem, qua creduntur animae sicut illa una singulis fieri, labefactare conantur. Sed cum ad poenas uentum est paruulorum, magnis, mihi crede, coartor angustiis nec, quid respondeam, prorsus inuenio; non solum eas poenas dico, quas habet post hanc uitam illa damnatio, quo necesse est trahantur, si de corpore exierint sine Christianae gratiae sacramento, sed eas ipsas, quae in hac uita dolentibus nobis uersantur ante oculos, quas enumerare si uelim, prius tempus quam exempla deficiunt. Languescunt aegritudinibus, torquentur doloribus, fame et siti cruciantur,

enfermedades, son torturados por los dolores, los atormenta el hambre y la sed, se estropean en sus miembros, quedan privados de sentido, son vejados por los espíritus inmundos. Realmente hay que demostrar cómo padezcan todo eso justamente sin causa alguna mala de su parte. Porque no es lícito decir que todo eso suceda sin que Dios lo sepa, o no pueda oponerse a los que lo hacen, o que El mismo lo hace o permite injustamente. ¿Será por ventura que, como decimos rectamente que los animales irracionales son dados para el uso de naturalezas superiores, aunque viciosas—así vemos con toda claridad en el evangelio que los cerdos fueron dados para el uso deseado de los démones (Mt 8, 3)—, será, digo, que también podamos decir eso rectamente del hombre? Animal es, efectivamente, el hombre, pero racional, aunque mortal. Un alma racional es la que, en aquellos miembros, sufre castigo entre tantas aflicciones. Dios es bueno, Dios es justo, Dios es omnipotente. Dudar de ello sería de loco de remate. Dígase, pues, la causa justa por que se dan tamaños males en niños pequeños. Porque sí: Cuando eso padecen los mayores, solemos decir que, como en Job, se acendran los merecimientos o, como en Herodes, se castigan los pecados. Y por algunos ejemplos que Dios quiso que fueran clarísimos, El concede a los hombres conjeturar otros que son oscuros. Esto en cuanto a los mayores. Pero ¿y en los párvulos? Explícame lo que hayamos de responder, puesto caso que, con tamaños sufrimientos, no se castiguen pecados. Porque cierto es que, en esa edad, no hay justicia alguna que acendrar.

17. ¿Qué diré de la diversidad de las inteligencias? No se

debilitantur membris, priuantur sensibus, uexantur ab inmundis spiritibus. Demonstrandum est utique, quomodo ista sine ulla sua mala causa iuste patiantur. Non enim fas est aut ista ignorante Deo fieri aut eum non posse resistere facientibus aut iniuste ista uel facere uel permittere. Numquidnam, sicut animalia inrationabilia recte dicimus in usus dari naturis excellentioribus etsi uitiosis, sicut apertissime in euangelio uidemus porcos ad usum desideratum concessos esse daemonibus, hoc et de homine recte possumus dicere? animal est enim sed rationale etsi mortale. Anima est rationalis in illis membris, quae tantis afflictionibus poenas luit. Deus bonus est, Deus iustus est, Deus omnipotens est; hoc dubitare omnino dementis est. Tantorum ergo malorum, quae fiunt in paruulis, causa iusta dicatur. Namque cum maiores ista patiuntur, solemus dicere aut sicut in Iob merita examinari aut sicut in Herode peccata puniri et de quibusdam exemplis, quae Deus manifesta esse uoluit, alia, quae obscura sunt, hominum coniecturae concedi; sed hoc in maioribus. De paruulis autem quid respondeamus, edissere, si poenis tantis nulla in eis sunt punienda peccata; nam utique nulla est in illis aetatibus examinanda iustitia.

17. De ingeniorum uero diuersitate quid dicam? Quae quidem in

ve ciertamente en los párvulos; pero, viniendo de sus principios naturales, aparece en los mayores, entre los cuales hay algunos tan lerdos y desmemoriados que no son capaces de aprender los elementos de las letras. Otros son tan fatuos—los que se llaman vulgarmente cretinos—, que apenas si se diferencian de las bestias. Se responderá acaso que ello depende de los cuerpos. Pero ¿es que, según la sentencia que queremos defender, el alma se escogió su propio cuerpo y le falló la elección? ¿O es que, al verse forzada a entrar en el cuerpo por la necesidad de nacer, por haberse catervas de almas adelantado a ocupar los otros cuerpos, no halló ella ya otro y, como se ocupa en un espectáculo el asiento, tuvo que coger ella la carne, no la que quiso, sino la que pudo? ¿Acaso podemos decir esto o cosas por el estilo, o debemos acaso sentirlo? Enséñame, pues, lo que hayamos de sentir y decir, a fin de que nos conste por razón que se crean almas nuevas, una para cada cuerpo.

18. Yo mismo, en los citados libros sobre el libre albedrío, escribí algo, si no sobre la inteligencia, sí sobre las penas que los niños pequeños sufren en esta vida. Voy a citarte el pasaje y decirte la razón por que me parece insuficiente en la cuestión que traemos entre manos. Helo aquí tomado del libro tercero: «Acerca de los tormentos corporales con que son afligidos los niños pequeños que, dada su edad, no tienen pecado alguno, si las almas que los animan no empezaron a ser antes que ellos hombres, suscítase querella mayor, y como misericordiosa, cuando se dice:

paruulis latet, sed ab ipsis exordiis naturalibus ductum apparet in grandibus, quorum nonnulli tam tardi et obliuiosi sunt, ut ne prima quidem discere litterarum elementa potuerint, quidam uero tantae sunt fatuitatis, ut non multum a pecoribus differant, quos mariones uulgo uocant. Respondetur fortasse: Corpora hoc faciunt. Sed numquid secundum hanc sententiam, quam defendi uolumus anima sibi corpus elegit et in eligendo, cum falleretur, errauit? Aut, cum in corpus cogeretur intrare necessitate nascendi, alia corpora praeoccupantibus animarum turbis ipsa aliud non inuenit et sicut in spectaculo aliquo locum ita carnem, non quam uoluit, sed quam ualuit, occupauit? Numquid haec et talia dicere possumus uel sentire debemus? Doce igitur, quid sentire, quid dicere debeamus, ut constet nobis ratio nouarum animarum singulis corporibus singillatimque factarum.

18. Ego quidem non de ingeniis sed saltem de poenis paruulorum, quas in hac uita patiuntur, dixi aliquid in libris illis de libero arbitrio. Quod quale sit et cur mihi in ista, quam habemus in manibus, quaestione non sufficiat, intimabo et eum ipsum de tertio libro locum scerptum his litteris inseram. Nam ita se habet: De cruciatibus autem corporis, quibus affliguntur paruuli, quorum per aetatem nulla peccata sunt, si animae, quibus animantur, non prius quam ipsi homines esse coeperunt, maior querela et quasi misericors deponi solet, cum dicitur: Quid mali fecerunt, ut ista paterentur? Quasi possit esse innocentiae meritum antequam

«¿Qué mal han hecho para que hayan de sufrir de esta manera?» ¡Como si pudiera haber culpa en la inocencia, antes de que uno pueda dañar en nada! Ahora bien, si Dios obra algún bien en la corrección de los mayores al flagelar con dolores y muertes a sus párvulos que les son tan queridos, ¿por qué no se han de dar esos sufrimientos que, una vez pasados, son como si no hubiesen sido en quienes los sufrieron, y aquellos, empero, por cuya causa se dieron, o se harán mejores, si, corregidos por las calamidades temporales, se determinan a vivir más rectamente, o no tendrán excusa en el suplicio del juicio venidero, si, con las angustias de esta vida, no quisieron convertirse al deseo de la vida eterna? ¿Y quién sabe la buena compensación que en su secreto juicio reserva Dios a estos niños, con cuyos sufrimientos se confunde la dureza de los mayores, o se ejercita su fe, o se prueba su misericordia? ¿Quién sabe, repito, lo que Dios reserva a esos párvulos? Porque, si es cierto que ningún bien han hecho todavía, también lo es que no sufren todo eso por haber pecado en nada. Y es así que no en balde nos recomienda la Iglesia aquellos infantes que fueron muertos por Herodes cuando buscaba matar a nuestro Señor Jesucristo, niños que ella ha recibido en el honor de los mártires» *(De libero arb.* 1.3 c.23 n.68).

19. Esto dije entonces con ánimo de asentar esta misma sentencia de que ahora tratamos. Porque, como poco antes he recordado, cualquiera de las cuatro opiniones acerca de la encarnación del alma fuese la verdadera, yo me esforzaba en demostrar que en la naturaleza del Creador no cabe culpa alguna y está de todo punto remota de contacto alguno con nuestros pecados. Y, por

quisque nocere aliquid possit! Cum autem boni aliquid operatur Deus in emendatione maiorum, cum paruulorum suorum, qui eis cari sunt, doloribus ac mortibus flagellantur, cur ista non fiant, quando, cum transierint, pro non factis erunt, in quibus facta sunt, propter quos autem facta sunt, aut meliores erunt, si temporalibus incommodis emendati rectius elegerint uiuere, aut excusationem in futuri iudicii supplicio non habebunt, si uitae huius angoribus ad aeternam uitam desiderium conuertere noluerint? Quis autem nouit, quid paruulis, de quorum cruciatibus duritia maiorum contunditur aut exercetur fides aut misericordia probatur, quis ergo nouit, quid ipsis paruulis in secreto iudiciorum suorum bonae compensationis reseruet Deus, quoniam, quanquam nihil recte fecerint, tamen nec peccantes aliquid ista perpessi sunt? Non enim frustra etiam infantes illos, qui, cum dominus Iesus Christus necandus ab Herode quaereretur, occisi sunt, in honorem martyrum receptos commendat ecclesia.

19. Haec tunc dixi, cum hanc ipsam, de qua nunc agitur, uellem communire sententiam. Sicut enim paulo ante commemoraui, quaecumque illarum de animae incarnatione quattuor opinionum uera esset, inculpatam substantiam creatoris et a nostrorum peccatorum societate remotissimam nitebar ostendere. Et ideo, quaecumque illarum ueritate posset

ende, cualquiera de ellas pudiera demostrarse o refutarse por la verdad, nada tenía que ver con el intento que a mí me movía entonces, como quiera que, examinadas todas con diligente discusión, cualquiera de ellas venciera rectamente a las demás, siempre sería sin atentar para nada a mi tesis, pues yo demostraba que, aun según todas ellas, mi intento persistía invicto. Ahora, empero, quiero escoger con buenas razones una de ellas; y, por eso, mirando con alguna mayor atención mis palabras, citadas del mentado libro, no veo sea válida y firme la defensa que allí hago de esta misma opinión de que ahora tratamos.

20. Efectivamente, el fundamento de la defensa está en lo que allí dije: «¿Y quién sabe la compensación que en su secreto juicio reserva Dios a estos niños, con cuyos sufrimientos se confunde la dureza de los mayores, o se ejercita su fe, o se prueba su misericordia? ¿Quién sabe, digo, lo que Dios reserva a esos párvulos?» Mas ahora veo que eso puede no sin razón decirse de los que algo parecido padecen, aun sin darse cuenta, por el nombre de Cristo o por la verdadera religión, o de los que están ya bañados por el sacramento de Cristo. Porque sin la comunión con el solo Mediador no pueden librarse de la condenación, para que pueda dárseles también esa compensación por los males que aquí sufrieron en sus varias aflicciones. Ahora bien, como esta cuestión no puede resolverse si no se responde acerca de aquellos párvulos que después de gravísimos tormentos expiran sin haber recibido el sacramento de la sociedad cristiana, ¿qué compensa-

conuinci et repudiari, ad curam intentionis meae, quam tunc habebam, non pertinebat, quandoquidem cunctis diligentiore disputatione discussis, quaecumque illarum recte uinceret ceteras, me securissimo fieret, quando etiam secundum omnes id, quod agebam, inuictum persistere demonstrabam. Nunc uero unam uolo, si possim, rationem rectam eligere ex omnibus et propterea huius ipsius, de qua nunc agimus, defensionem in his. quae commemoraui de illo libro, uerbis meis attentius intuens ualidam firmamque non uideo.

20. Nam uelut firmamentum eius illud est, quod ibi dixi: Quis autem nouit, quid paruulis, de quorum cruciatibus duritia maiorum contunditur aut exercetur fides aut misericordia probatur, quis ergo nouit, quid ipsis paruulis in secreto iudiciorum suorum bonae compensationis reseruet Deus? Sed hoc non inmerito dici uideo de his, qui uel pro Christi nomine ac uera religione tale aliquid etiam nescientes patiuntur uel sacramento Christi iam inbuti sunt, quia sine societate unius mediatoris liberari a damnatione non possunt, ut possit eis etiam pro illis malis, quae hic in diuersis afflictionibus pertulerunt, compensatio illa praestari. Nunc autem, cum ista quaestio non possit absolui, nisi etiam de his paruulis respondeatur, qui post grauissimos cruciatus sine sacramento Christianae societatis expirant, quae circa eos compensatio cogitanda est, quibus insuper et damnatio praeparata est? Nam et de baptismo paruulorum in eodem libro non quidem sufficienter sed, quantum illi

ción cabe excogitar para quienes, por añadidura, está preparada la condenación? También del bautismo de los párvulos traté en dicho libro, no ciertamente entrando a fondo en la cuestión, sino lo que creí bastaba para aquella obra y allí, como quiera, respondí que, aun sin ellos darse cuenta y sin tener todavía fe personal, el bautismo les aprovecha; pero nada pensé debía decir de la condenación de los que salen de esta vida sin él, pues no se trataba allí de lo que tratamos ahora.

21. Mas pase que demos de lado y despreciemos lo que por breve tiempo se padece y, pasado que es, ya no retorna. ¿Acaso podemos igualmente despreciar *que por un solo hombre vino la muerte y por un solo hombre la resurrección de los muertos? Porque a la manera que todos mueren en Adán, así serán todos vivificados en Cristo* (1 Cor 15,21-22). Por esta sentencia del Apóstol, divina y clara, se ve con meridiana claridad que nadie va a la muerte sino por Adán; nadie va a la vida eterna sino por Cristo. Eso significa, efectivamente, ese doble *todos*. Como todos los hombres, por la primera generación, es decir, la carnal, pertenecen a Adán, todos los hombres también, cualesquiera que a Cristo llegan, llegan a la segunda generación, es decir, la espiritual. De ahí que aquí y allí se dijo *todos*, porque todos los que mueren, sólo en Adán mueren; y todos los que han de ser vivificados, sólo en Cristo serán vivificados. Por eso, quienquiera nos viniere con que pueda alguien ser vivificado por la resurrección de los muertos fuera de Cristo, hay que abominarlo como a pestilencia de la fe común. Por el mismo caso, todo el que dijere que serán también vivificados en Cristo aquellos párvulos

operi satis esse uidebatur, utcumque respondi, quod etiam nescientibus et fidem suam nondum habentibus prodest, non tamen de damnatione eorum paruulorum, qui sine illo ex hac uita emigrant, tunc aliquid dicendum putaui, quia non, quod nunc agitur, agebatur.

21. Sed ut omittamus et contemnamus ea, quae breui tempore patiuntur nec transacta reuocantur, numquid similiter contemnere *quoniam quidem per hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum? Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic et in Christo omnes uiuificabuntur.* Per hanc enim apostolicam diuinam claramque sententiam satis euidenter elucet neminem ire in mortem nisi per Adam, neminem in uitam aeternam nisi per Christum. Hoc est quippe omnes et omnes, quia, sicut omnes homines per primam, hoc est carnalem, generationem pertinent ad Adam, sic omnes homines ad secundam, id est spiritalem, generationem ueniunt, quicumque ad Christum perueniunt. Ideo ergo dictum est et hic omnes et ibi omnes, quia, sicut omnes, qui moriuntur, non nisi in Adam moriuntur, ita omnes, qui uiuificabuntur, non nisi in Christo uiuificabuntur. Ac per hoc quisquis nobis dixerit quemquam resurrectione mortuorum uiuificari nisi in Christo, tamquam pestis communis fidei detestandus est. Item, quisquis dixerit, quod in Christo uiuificabuntur etiam paruuli, qui sine sacramenti eius participatione de uita exeunt, hic pro-

que salen de la vida sin haber participado en su sacramento, ese tal va indudablemente no sólo contra la predicación del Apóstol, sino que condena a la Iglesia entera, donde se tiene prisa y se corre a bautizar a los pequeñuelos, porque se cree, sin género de duda, que de otro modo no pueden ser vivificados en Cristo. Ahora bien, el que no es vivificado en Cristo, resta que permanezca en aquella condenación de que habla el Apóstol: *Por la transgresión de uno solo, vino la condenación a todos los hombres* (Rom 5,18). Y que los niños sean reos de esa transgresión, toda la Iglesia lo cree, y tú mismo, con fe verdaderísima, lo definiste, como poco antes lo he recordado, en tu polémica con Joviniano y en tu exposición del profeta Jonás. Sin duda también en pasajes de otras obras tuyas que o no he leído o de momento no recuerdo. Así, pues, lo que yo inquiero es la causa de la condenación de esos párvulos; porque no veo pecado alguno en sus almas, caso de que se creen nuevas una para cada uno, ni creo condene Dios a ninguna si no ve en ella pecado.

22. ¿O habrá que decir tal vez que en el párvulo sólo la carne es pecadora? En esa hipótesis, se le daría un alma nueva, con la que puede vivir, con el auxilio de la gracia de Cristo, conforme a los mandamientos de Dios y merecer así la incorrupción para la misma carne domada y subyugada; mas, como el alma no puede aún lograr eso en el párvulo, si recibiere el sacramento de Cristo, por esta gracia adquiere para su carne lo que no puede aún por sus costumbres; mas, si el alma del párvulo saliere de este mundo sin aquel sacramento, ella estará ciertamente en la vida eterna, de la que no pudo separarla ningún

fecto et contra apostoli praedicationem uenit et totam condemnat ecclesiam, ubi propterea cum baptizandis paruulis festinatur et curritur, quia sine dubio creditur aliter eos in Christo uiuificari omnino non posse. Qui autem non uiuificantur in Christo, restat, ut in ea condemnatione maneant, de qua dicit apostolus: *Per unius delictum in omnes homines ad condemnationem.* Cui delicto obnoxios paruulos nasci et omnis credit ecclesia et ipse iam contra Iouinianum disputant et exponens Ionam prophetam, sicut paulo ante commemoraui, fide ueracissima definisti, credo et in aliis locis opusculorum tuorum, quae uel non legi uel in praesentia non recordor. Huius igitur damnationis in paruulos causam requiro, quia neque animarum, si nouae fiunt singulis singulae, uideo esse ullum in illa aetate peccatum nec a Deo damnari aliquam credo, quam uidet nullum habere peccatum.

22. An forte dicendum est in paruulo carnem solam esse peccati, nouam uero illi animam fieri, qua secundum Dei praecepta uiuente in adiutorio gratiae Christi et ipsi carni edomitae ac subiugatae possit incorruptionis meritum comparari? Sed quia in paruulo anima nondum id agere potest, si Christi acceperit sacramentum, per hanc gratiam carni eius adquiritur, quod illius moribus nondum potuit; si autem sine illo sacramento anima paruuli exierit, ipsa quidem in aeterna uita erit, unde

pecado; su carne, empero, no resucitará con Cristo, dado caso que no recibió antes de la muerte el sacramento de Cristo.

23. Esta opinión no la he oído ni leído nunca, pero sí he leído y *he creído y por ello he hablado* (Ps 115,1): *Viene la hora en que todos los que están en los sepulcros oirán la voz de El, y saldrán los que obraron el bien para la resurrección de la vida*—ésa es la vida de que se dice: *Y por un solo hombre la resurrección de los muertos;* ésa la vida por la que todos serán vivificados en Cristo—, *y los que obraron el mal, para la resurrección del juicio* (Io 5,28). ¿Qué hay, pues, que pensar aquí de aquellos niños que fueron desnudados de su cuerpo, antes de que pudieran hacer bien ni mal, sin recibir el bautismo? Nada se dice ahí de los tales. Pero, si damos por razón de que no resucitará su carne el hecho de que no hicieron bien ni mal, tampoco habría de resucitar la de aquellos que, recibida la gracia del bautismo, murieron en una edad en que no pudieron igualmente hacer ni bien ni mal. Y si éstos han de resucitar entre los santos, es decir, entre los que obraron el bien, ¿entre quiénes resucitarán aquellos, sino entre los que obraron mal? En otro caso habríamos de creer habrá algunas almas que no recobrarían sus cuerpos para la resurrección de la vida o para la resurrección del juicio. Esta sentencia, aun antes de ser refutada, choca por su novedad. Y, aparte la novedad, ¿quién tolerará que quienes corren con sus pequeñuelos al bautismo crean que corren por amor de la carne y no del alma de ellos? El bienaventurado Cipriano, que en esto no estatuía un dogma nuevo, sino que man-

eam nullum peccatum potuit separare, caro uero eius non resurget in Christo non percepto ante mortem illius sacramento?

23. Hanc opinionem numquam audiui, numquam legi, sed plane audiui *et credidi, propter quod et locutus sum, quia ueniet hora, quando omnes, qui sunt in monumentis, audient uocem eius et procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem uitae*—ipsa est, de qua dicitur: *Et per unum hominem resurrectio mortuorum,* ipsa est, qua in Christo omnes uiuificabuntur—, *qui autem male egerunt, in resurrectionem iudicii.* Quid hic ergo de illis infantibus intellegendum est, qui, priusquam possent agere uel bene uel male, sine baptismo corpore exuti sunt? Nihil hic de talibus dictum est. Sed si caro eorum ideo non resurget, quia nec boni aliquid egerunt nec mali, nec illorum resurrectura est, qui percepta baptismi gratia in illa aetate defuncti sunt, in qua nihil bene uel male agere potuerunt. Si autem illi inter sanctos resurgent, id est inter eos qui bene egerunt, inter quos et illi resurrecturi sunt nisi inter eos, qui male egerunt, ne aliquas humanas animas credamus corpora sua non recepturas siue in resurrectionem uitae siue in resurrectionem iudicii? Quae sententia, priusquam refellatur, ipsa nouitate iam displicet. Deinde quis ferat, si credant se illi, qui ad baptismum cum suis paruulis currunt, propter carnes eorum, non propter animas currere? Beatus quidem Cyprianus non aliquod decretum condens nouum sed ecclesiae fidem firmissimam seruans

tenía la fe firmísima de la Iglesia, para corregir a los que pensaban no deberse bautizar el niño antes de los ocho días de nacido, dijo que lo que debía salvarse no era la carne, sino el alma. Y estatuyó, de acuerdo con algunos compañeros de episcopado, que se los podía legítimamente bautizar inmediatamente después de nacidos (CYPR., *Epist.* 64,2-6).

24. Contra cierta opinión de Cipriano, en que acaso no vio lo que debía verse, piense cada uno como le plazca; nadie, empero, puede pensar contra la fe clarísima del Apóstol, según la cual, por el pecado de uno solo, son todos arrastrados a la condenación. Y de esta condenación sólo libra la gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor, y sólo en El son vivificados cuantos son vivificados. Nadie sienta contra la fundadísima costumbre de la Iglesia, en la que, si sólo por razón del cuerpo de los párvulos se corriera al bautismo, se traerían a bautizar aun los muertos.

25. Siendo esto así, hay que buscar y dar la razón por que se condenan unas almas creadas nuevas para cada uno de los que nacen, caso de que los párvulos mueran sin el sacramento de Cristo. Porque que se condenen si así salieren del cuerpo, atestíguanlo de consuno la santa Escritura y la santa Iglesia. En consecuencia, si esa sentencia de la creación de almas nuevas no ataca esta fe fundadísima, sea también mía; mas, si la ataca, no sea tampoco tuya.

26. No quiero que se alegue en favor de esta sentencia lo que está escrito: *El que forma el aliento del hombre dentro de él* (Zach 12,1). Y: *El que formó uno por uno los corazones de*

ad corrigendos eos, qui putabant ante octauum diem natiuitatis non esse paruulum baptizandum, non carnem sed animam dixit non esse perdendam et mox natum rite baptizari posse cum suis quibusdam coepiscopis censuit.

24. Sed contra Cypriani aliquam opinionem, ubi, quod uidendum fuit, fortasse non uidit, sentiat quisque, quod libet; tantum contra apostolicam manifestissimam fidem nemo sentiat, qui ex unius delicto omnes in condemnationem duci praedicat, e qua condemnatione non liberat nisi gratia Dei per Iesum Christum, Dominum nostrum, in quo uno omnes uiuificantur, quicumque uiuificantur, contra ecclesiae fundatissimum morem nemo sentiat, ubi ad baptismum si propter paruulorum sola corpora curreretur, baptizandi offerrentur et mortui.

25. Quae cum ita sint, quaerenda causa atque reddenda est, quare damnentur animae, quae nouae creantur singulis quibusque nascentibus, si praeter Christi sacramentum paruuli moriantur. Damnari enim eas, si sic de corpore exierint, et sancta scriptura et sancta est testis ecclesia. Vnde illa de animarum nouarum creatione sententia, si hanc fidem fundatissimam non oppugnat, sit et mea, si oppugnat, non sit et tua.

26. Nolo mihi dicatur pro hac sententia debere accipi, quod scriptum est: *Qui finxit spiritum hominis in ipso,* et: *Qui finxit singillatim corda eorum.* Aliquid fortissimum atque inuictissimum requirendum est,

ellos (Ps 32,15). Algo mucho más fuerte e irrebatible hay que buscar, que no nos obligue a creer que Dios condena a alma alguna sin culpa de ella. La verdad es que o tanto monta o acaso sea más crear que formar. Y, sin embargo, se escribe: *Crea en mí, ¡oh Dios!, un corazón limpio* (Ps 50,12). Y no por eso puede pensarse pida aquí el alma ser hecha antes de que fuera algo. Así, pues, a la manera que, existiendo ya, es creada por la renovación de la justicia, así, igualmente existiendo, es formada por la conformación de la doctrina. Tampoco lo que se escribe en el Eclesiastés: *Entonces el polvo volverá a la tierra, como antes fue, y el espíritu retornará al Señor que lo dio* (Eccl 12,17), confirma la sentencia que queremos hacer nuestra. Más bien favorece a los que piensan que todas las demás se derivan de una sola. Porque, a la manera, dicen, como el polvo vuelve a la tierra como fue, y, sin embargo, la carne de que se dice esto no vuelve al hombre de que se propagó, sino a la tierra de donde fue hecho el primer hombre, así el espíritu propagado del espíritu de aquel solo no vuelve, sin embargo, al hombre, sino al Señor, por quien fue dado al hombre. De todos modos, como este texto suena, sí, en favor de éstos, pero no de manera que de todo punto parezca oponerse a la opinión que deseo defender, sólo quiero advertir a tu discreción que no intentes sacarme de mis aprietos con textos semejantes. Realmente, nadie puede hacer con sus deseos que sea verdad lo que no lo es; sin embargo, a ser posible, desearía que esta sentencia fuera verdadera; como deseo que, si lo es, la defiendas tú clara e irrebatiblemente.

quod nos non cogat Deum credere ullarum animarum sine culpa aliqua damnatorem. Nam uel tantundem ualet uel plus est forsitan creare quam fingere et tamen scriptum est: *Cor mundum crea in me, Deus.* Nec ideo putari potest anima hoc loco optare se fieri, priusquam aliquid esset. Sicut ergo iam existens creatur innouatione iustitiae, sic iam existens fingitur conformatione doctrinae. Nec illud, quod in Ecclesiaste scriptum est: *Tunc conuertetur in terram puluis, sicut fuit, et spiritus reuertetur ad Dominum, qui dedit illum,* istam confirmat sententiam, quam esse uolumus nostram; plus enim hoc suffragatur eis, qui ex una putant omnes esse animas. Nam sicut conuertitur, inquiunt, puluis in terram sicut fuit, et tamen caro, de qua hoc dictum est, ad hominem non reuertitur, ex quo propagata est, sed ad terram, unde primus homo factus est, sic et spiritus ex illius unius spiritu propagatus non tamen ad eum reuertitur sed ad Dominum, a quo illi datus est. Verum quia hoc testimonium ita pro istis sonat, ut non omni modo huic opinioni, quam defendi uolo, uideatur esse contrarium, admonendam tantum credidi prudentiam tuam, ne talibus testimoniis ex his angustiis me coneris eruere. Nam licet nemo faciat optando, ut uerum sit, quod uerum non est, tamen, si fieri posset, optarem, ut haec sententia uera esset, sicut opto, ut, si uera est, abs te liquidissime atque inuictissime defendatur.

27. Por lo demás, esta misma dificultad sigue a los que opinan que Dios envía a los cuerpos almas preexistentes en otra parte y preparadas desde el comienzo de las obras divinas. Y es así que también a éstos hay que preguntarles: Si las almas, sin culpa, entran obedientemente en los cuerpos a que son enviadas, ¿por qué se las castiga en los niños, caso que salgan sin bautizarse de esta vida? La dificultad es absolutamente la misma en una y otra sentencia. Ellos se imaginan salir más fácilmente del problema, pues afirman que las almas quedan ligadas al cuerpo según lo merecido en una vida anterior. Esto piensan, efectivamente, que es morir en Adán: sufrir el castigo en la carne propagada de Adán. Reato, dicen, de que la gracia de Cristo libra a pequeños y grandes. Cosa, por cierto, recta, exacta y óptimamente dicha, que la gracia de Cristo libre del reato de los pecados a grandes y pequeños. Pero que las almas pequen en una vida anterior y que de allí sean precipitadas a la cárcel de la carne, eso yo no lo creo, no asiento ni consiento. Primeramente, porque dicen ellos que eso tiene lugar por no sé qué rodeos, y que, después de rodar no sé cuántos siglos, hay que volver de nuevo a llevar la carga de la carne corruptible y a sufrir suplicios. Ignoro pueda excogitarse nada más horroroso que pareja opinión. En segundo lugar, ¿qué justo podrá a la postre morir de quien (caso que éstos dijeran la verdad) no hayamos de estar ansiosos de que peque en el seno de Abrahán, y sea arrojado a las llamas del rico famoso? (Lc 16,22.25). Efectivamente, ¿por qué no había de poder pecar después de este cuerpo, si lo pudo antes? Finalmente, una cosa es haber pecado en Adán, por lo que dice

27. Haec autem difficultas etiam illos sequitur, qui iam existentes alibi animas et ab initio diuinorum operum praeparatas a Deo mitti opinantur in corpora. Nam et ab his hoc idem quaeritur: Si animae inculpatae oboedienter ueniunt, quo mittuntur, cur in paruulis, si non baptizati uitam istam finierint, puniuntur? Eadem prorsus in utraque sententia difficultas est. Illi sibi uidentur de hac facilius exire quaestione, qui animas adseuerant pro meritis uitae prioris singulas singulis corporibus implicari. Hoc enim putant esse in Adam mori, in carne scilicet, quae propagata est ex Adam, supplicia pendere, a quo reatu, inquiunt, gratia Christi liberat pusillos cum magnis. Hoc quidem recte, ueraciter, optime, quod gratia Christi liberat a reatu peccatorum pusillos cum magnis. Sed in alia superiore uita peccare animas et inde praecipitari in carceres carneos non credo, non adquiesco, non consentio, primo, quoniam nescio per quos circuitus id agunt isti, ut post nescio quanta uolumina saeculorum iterum ad istam sarcinam corruptibilis carnis et supplicia pendenda redeundum sit, qua opinione quid horribilius cogitari possit, ignoro. Deinde quis tandem iustus defunctus est, de quo non, si isti uera dicunt, solliciti esse debeamus, ne in sinu Abrahae peccans in flammas illius diuitis deiciatur? Cur enim non et post hoc corpus peccari possit, si et ante potuit? Postremo longe aliud est in Adam peccasse—unde dicit apostolus: *In*

el Apóstol: *En quien todos pecaron* (Rom 5,12), y otra haber pecado no sabemos dónde y ser por ello arrojados, como en una cárcel, en Adán, es decir, en la carne propagada de Adán. En cuanto a la otra opinión de que todas las almas se derivan de una sola, no quiero ni discutirla, de no ser necesario; y ojalá ésta de que ahora tratamos, si es verdadera, de tal manera sea por ti defendida, que no sea necesario discutir aquélla.

28. Por lo demás, aun cuando deseo y ruego y con ardientes votos ansío y espero que por tu medio me quite el Señor la ignorancia sobre este punto, si, lo que Dios no permita, no lo mereciere, pediré paciencia al Señor Dios nuestro, en quien de tal manera creemos, que no debemos murmurar en absoluto contra El, si, aun llamando a la puerta, no se nos abren ciertas cuestiones. Acordémonos que se dijo a los mismos apóstoles: *Muchas cosas tendría que deciros, pero no las podéis llevar ahora* (Io 16,12). Entre ellas, por lo que a mí toca, contaría también ésta. Y no me indignaré de ser indigno de saberla, pues con ello mismo quedaría convicto de ser más indigno. Y es así que muchas otras cosas ignoro igualmente, que no puedo recordar o enumerar; y aun ésta la ignoraría con paciencia si no temiera que pudiera deslizarse en mentes incautas alguna de esas opiniones contra lo que mantenemos con fe muy firme. Pero, aun antes de saber cuál de ellas haya de ser preferida, proclamo no ser temerario en creer que la verdadera no ha de oponerse a la fe robustísima por la que la Iglesia de Cristo cree que ni siquiera los pár-

quo omnes peccauerunt—et aliud est extra Adam nescio ubi peccasse et ideo in Adam, id est in carnem, quae ex Adam propagata est, tamquam in carcerem trudi. Illam uero opinionem, quod ex una fiant omnes animae, nec discutere uolo, nisi necesse sit, atque utinam ista, de qua nunc agimus, si uera est, sic abs te defendatur, ut hoc necesse iam non sit.

28. Quamuis autem desiderem, rogem, uotis ardentibus exoptem et expectem, ut per te mihi Dominus huius rei auferat ignorantiam, tamen, si—quod absit—minime meruero, patientiam mihi petam a Domino Deo nostro, in quem sic credimus, ut aliqua nobis non aperiri etiam pulsantibus nullo modo aduersus eum murmurare debeamus. Meminerimus ipsis apostolis dictum: *Multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo.* In his, quantum ad me adtinet, etiam hoc deputem, ne, qui hoc sciam, me indigner indignum, ne hoc ipso etiam conuincar indignior. Multa enim alia similiter nescio, quae commemorare uel numerare non possum; et hoc tolerabiliter ignorarem, nisi metuerem, ne aliqua istarum opinionum contra illud, quod firmissima retinemus fide, incautis obreperet mentibus. Sed antequam sciam, quaenam earum potius eligenda sit, hoc me non temere sentire profiteor, eam, quae uera est, non aduersari robustissimae ac fundatissimae fidei, qua Christi ecclesia nec paruulos homines recentissime natos a damnatione credit nisi per

vulos recién nacidos pueden librarse de la condenación, si no es por la gracia del nombre de Cristo, que El nos dejó en sus sacramentos.

132 AGUSTÍN A JERÓNIMO, SOBRE UNA SENTENCIA DE SANTIAGO APÓSTOL

1. Te escribí, hermano Jerónimo, digno para mí de todo honor en Cristo, una carta en que te consultaba acerca del alma: Si para cada uno de los que nacen se crean hasta ahora almas nuevas, ¿dónde contraen la atadura del pecado, que no dudamos ha de desatarse, aun en los niños recién nacidos, por el sacramento de la gracia de Cristo? Y como aquella carta resultó muy prolija, no quise recargarla con ningún otro problema. Pero cuanto una cosa nos punza más, tanto menos ha de descuidarse. Por eso te ruego y por Dios te suplico que me expongas un punto que estimo ha de ser para provecho de muchos; o, si ya está expuesto por ti o por otro, nos lo mandes: ¿Cómo hay que entender lo que se escribe en el apóstol Santiago: *El que guardare toda la ley, pero quebrantare un solo mandamiento, se hace reo de todos?* (Iac 2,10). La cuestión es tal y tan grande, que mucho me pesa no haberte antes escrito sobre ello.

2. Trátase, en efecto, de una cuestión que afecta a nuestro comportamiento en la presente vida y a la manera como podamos llegar a la eterna, no de investigar acerca de la vida pasada, que sumergió de todo punto el olvido, como era la otra que te pro-

gratiam nominis Christi, quam in suis sacramentis commendauit, posse liberari.

132 AVGVSTINVS AD HIERONYMVM DE SENTENTIA IACOBI APOSTOLI

1. Quod ad te scripsi, honorande mihi in Christo frater Hieronyme, quaerens de anima humana, si nascentibus singulis nouae singulae nunc usque fiunt, ubi peccati uinculum contrahant, quod per sacramentum gratiae Christi etiam in infantibus recens natis non dubitamus esse soluendum, cum in non paruum uolumen procederet, nolui ulla alia onerare quaestione. Sed quod urguet acrius, multo minus est neglegendum. Proinde quaero et per Dominum obsecro, ut exponas mihi, quod multis existimo profuturum, aut, si iam uel abs te uel ab aliquo expositum habes, dirigas nobis, quomodo accipiendum sit, quod in epistula Iacobi apostoli est: *Quicumque enim totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus.* Quae res talis ac tanta est, ut, quod hinc tibi non iam olim scripsi, me multum paeniteat.

2. De agenda namque praesenti uita, quomodo ad uitam perueniamus aeternam, non de praeterita perscrutanda, quam penitus demersit obliuio, sicuti est illud, quod de anima quaerendum putaui, haec uertitur quaestio. Eleganter autem dictum esse narratur, quod huic rei satis apte

puse acerca del alma. Y tiene su gracia el dicho aquel que se cuenta, y que viene muy a propósito de lo que tratamos. Cayó un desgraciado a un pozo, donde el agua no era tanta que muriera y, ahogado, no pudiera hablar. Llegó otro por allí y, viéndolo que lo vio, en tono lastimero, le dijo: «¿Cómo has caído aquí?» Y el del pozo: «¡Por Dios!, le dijo, pregunta cómo me libres y no cómo he caído». Así, puesto que confesamos y por fe católica mantenemos que aun el alma del niño pequeño ha de ser librada de la culpa del pecado, como quien la saca de un pozo, por la gracia de Cristo, bástale que sabemos la manera como ha de salvarse, aun cuando nunca lleguemos a conocer cómo cayó en esa desgracia. Sin embargo, pensé que debía averiguarse aquella cuestión, para evitar el riesgo de sostener alguna de las opiniones sobre la encarnación del alma, que contradijera absolutamente la liberación del alma del párvulo, al negar estuviera en pareja desgracia. Así, pues, manteniendo que mantenemos con toda firmeza que el alma del párvulo ha de ser liberada del reato del pecado y que no de otro modo ha de liberarse sino por la gracia de Dios, que viene de Jesucristo Señor nuestro (Rom 7,25); si, sobre eso, podemos conocer también la causa y origen de la desgracia, resistiremos mejor preparados y con mejores armas a esos charlatanes que no diré que discuten, sino que litigan; y si no lo podemos, no porque se nos oculte el principio de la miseria, va a cumplirse perezosamente el deber de la misericordia. En cuanto a los que se imaginan saber lo que no saben, les llevamos de ventaja no ignorar nuestra propia ignorancia. Una cosa es, en efecto, aquello cuya ignorancia es un mal, y otra aquello que no nos es necesario saber, o es indiferente para la vida que

conuenit. Cum quidam ruisset in puteum, ubi aqua tanta erat, ut eum magis exciperet, ne moreretur, quam suffocaret, ne loqueretur, accessit alius eoque uiso miserans ait: «Quomodo huc cecidisti?» At ille: «Obsecro, inquit, quomodo hinc me liberes, non, quomodo huc ceciderim, quaere». Ita, quoniam fatemur et fide catholica tenemus de reatu peccati tamquam de puteo etiam paruuli infantis animam Christi gratia liberandam, satis est ei, quod modum, quo salua fiat, nouimus, etiam si numquam, quomodo in malum illud deuenerit, nouerimus. Sed ideo putaui esse quaerendum, ne forte ex illis opinionibus incarnationis animae aliquam teneamus incautius, quae liberandam prorsus animam paruuli contradicat negans eam esse in isto malo. Hoc igitur firmissime retento, quod anima paruuli de reatu peccati liberanda est nec alio modo liberanda nisi gratia Dei per Iesum Christum, Dominum nostrum, si possumus etiam ipsius mali causam et originem nosse, uaniloquis non disputatoribus sed litigatoribus paratius instructiusque resistimus; si autem non possumus, non, quia latet miseriae principium, ideo pigrescere misericordiae debet officium. Aduersus eos autem, qui sibi uidentur scire, quod nesciunt, hoc tutiores sumus, quod hanc ignorantiam nostram non ignoramus. Aliud est enim, quod nescire malum est, aliud, quod sciri uel non potest uel

buscamos. En cambio, lo que ahora inquiero de la carta del apóstol Santiago atañe al obrar mismo por el que vivimos y por el que, para vivir siempre, nos esforzaremos en agradar a Dios.

3. Suplícote, pues, me digas cómo haya de entenderse el pasaje: *El que observare toda la ley, pero quebrantare un solo precepto, se hace reo de todos* (Iac 2,10). ¿Luego el que cometiere un hurto, más aún, el que dijere al rico: *Tú siéntate aquí,* y al pobre: *Tú quédate ahí de pie,* es por el mero hecho culpable de homicidio, adulterio y sacrilegio? Y si no lo es, ¿cómo el que quebranta un solo precepto es culpable de todos? ¿O será que lo dicho del pobre y del rico no entra en aquellas cosas en que la infracción de un mandamiento hace reo de todos? Pero hay que recordar de dónde viene esta sentencia, qué antecedentes la han dado a luz y cuál es su contexto: *Hermanos míos,* dice, *no tengáis la fe de nuestro Señor Jesucristo—el Señor de la gloria—entre acepciones de personas. Así, si entrare en vuestra reunión un señor con anillo de oro al dedo y espléndidamente vestido, y entrare también un mendigo con ropas sucias y se os van los ojos al que lleva espléndido vestido y le decís: Tú siéntate aquí cómodamente; y al pobre: Tú quédate ahí de pie o siéntate bajo el cojín de mis pies, ¿no es cierto que discrimináis entre vosotros mismos y os convertís en jueces de pensamientos perversos? Escuchad, hermanos amadísimos: ¿No es así que Dios escogió a los que son pobres para el mundo como a ricos para la fe y herederos del reino que ha prometido a los que le aman? Vosotros, empero, habéis deshonrado al pobre.* Aludiendo al que se le dijo: *Tú quédate ahí de pie,* cuando al que llevaba anillo

non opus est uel ad uitam, quam quaerimus, indifferens est. Hoc uero, quod de litteris apostoli Iacobi nunc requiro, in hac ipsa, qua uiuimus et, ut semper uiuamus, Deo placere studemus, actione uersatur.

3. Quomodo ergo intellegendum est, obsecro te: *Quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus?* Itane, qui furtum fecerit, immo uero, qui dixerit diuiti: *Hic sede,* pauperi autem: *Tu sta illic,* et homicidii et adulterii et sacrilegii reus est? Quod si non est, quomodo, qui in uno offendit, factus est omnium reus? An illud, quod dixi de diuite et paupere, ad ista non pertinet, quorum si quis in uno offenderit, fiet omnium reus? Sed recolendum est, unde uenerit ista sententia et quae illam superiora pepererint quibusque conexa dependat. *Fratres mei, nolite,* inquit, *in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriae. Etenim, si introierit in conuentu uestro uir aureum anulum habens in ueste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu et intendatis in eum, qui indutus est ueste praeclara, et dicatis: Tu sede hic bene, pauperi autem dicatis: tu sta illic aut: Sede sub scabello pedum meorum, nonne iudicastis apud uosmet ipsos et facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite, fratres mei dilectissimi: Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo diuites in fide et heredes regni, quod promisit Deus diligentibus se? Vos autem exho-*

se le dijo: *Tú siéntate aquí cómodamente.* Y luego prosigue dando vueltas y desenvolviendo más ampliamente la misma sentencia: *¿No es así que los ricos os oprimen con su poder, y no son ellos los que os arrastran a los tribunales? ¿No son ellos los que blasfeman del nombre bueno que ha sido invocado sobre vosotros? A la verdad, si cumplís la regia ley según la Escritura: Amarás a tu prójimo como a ti mismo, hacéis bien; mas si hacéis acepción de personas, cometéis un pecado y quedáis convictos por la ley como transgresores.* Ya veis como llama transgresores de la ley a los que dicen al rico: *Siéntate aquí,* y al pobre: *Quédate ahí de pie.* Y por que no pensaran era pecado desdeñable transgredir la ley en solo ese punto, prosigue: *Ahora bien, el que observare toda la ley, pero quebrantare un solo precepto, se hace reo de todos. Y es así que quien dijo: No cometerás adulterio, dijo también: No matarás. Luego, si no matas, pero eres adúltero, eres transgresor de la ley* (Iac 2,1ss). Que es lo que dijo: *Quedáis convictos por la ley como transgresores.* Siendo esto así, parece seguirse (si no se demuestra que haya de entenderse de otro modo) que quien dijere al rico: *Siéntate aquí,* y al pobre: *Quédate ahí de pie,* concediendo mayor honor a uno que a otro, hay que juzgarlo como idólatra, blasfemo, adúltero, homicida y—para no alargarme enumerándolo todo—como reo de todos los crímenes. Porque, al quebrantar un solo precepto, se hace culpable de todos.

4. Pero dirás que quien tiene una virtud, las tiene todas; y a quien una sola le falta, le faltan todas. Si esto es verdad,

norastis pauperem, propter illum scilicet, cui dictum est: *Tu sta illic,* cum habenti anulum aureum dictum esset: *Tu sede hic bene.* Ac deinde sequitur eandem ipsam sententiam latius uersans et explicans: *Nonne,* inquit, *diuites per potentiam opprimunt uos et ipsi adtrahunt uos ad iudicia? Nonne ipsi blasphemant bonum nomen, quod inuocatum est super uos? Si quidem legem perficitis regalem secundum scripturas: Diliges proximum tuum sicut te ipsum, bene facitis; si autem personas accipitis, peccatum operamini redarguti a lege quasi transgressores.* Videte, quem ad modum transgressores legis appellet, qui dicunt diuiti: *Sede hic* et pauperi: *Sta illic.* Vnde, ne putarent contemptibile esse peccatum in hac una re legem transgredi, secutus adiunxit: *Quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Qui enim dicit: Non moechaberis, dixit et: Non occides. Quodsi non occides, moechaberis autem, factus es transgressor legis* propter illud, quod dixerat: *Redarguti a lege quasi transgressores.* Quae cum ita sint, consequens uidetur—nisi alio modo intellegendum ostendatur—, ut, qui dixerit diuiti: *Sede hic* et pauperi: *Sta illic* huic honorem ampliorem quam illi deferens, et idolatres et blasphemus et adulter et homicida et, ne—quod longum est—cuncta commemorem, reus omnium criminum iudicandus sit; offendens quippe in uno factus est omnium reus.

4. At enim, qui unam uirtutem habet, omnes habet et, qui unam non habet, nullam habet. Hoc si uerum est, confirmatur ista sententia. Sed ego

se confirma esta sentencia. Pero lo que yo quiero es que se me exponga, no que se me confirme una sentencia que, por sí misma, es para nosotros más firme que todas las autoridades de los filósofos. Y aun cuando fuera cierto lo que se dice de las virtudes y vicios, de ahí no se deduciría que todos los pecados son parejos. Porque, si no me engaño y recuerdo bien lo que apenas recuerdo, eso de la inseparabilidad de las virtudes es aserto de todos los filósofos, que dijeron ser las mismas virtudes necesarias para la conducta de la vida. La paridad, empero, de los pecados es tesis que sólo se han atrevido a sentar los estoicos contra todo el sentir del género humano: vanidad que tú mismo, con textos de las Escrituras santas, convenciste con absoluta claridad en el famoso Joviniano, que en este particular era estoico y en la caza y defensa de los placeres epicúreo. En esa disertación tuya, tan suave y lúcida, aparece con meridiana claridad no ser doctrina de nuestros autores, o, por mejor decir, de la verdad misma que por ellos ha hablado, que todos los pecados sean iguales. Ahora bien, cómo pueda ser que, aun cuando ello fuera verdad respecto de las virtudes, no por eso sea forzoso confesar la paridad de todos los pecados, es lo que, en la medida de mis fuerzas y con la ayuda del Señor, me esforzaré ahora en aclarar. Si salgo con mi empeño, tú me lo aprobarás; si defiendo deficientemente mi causa, tú lo suplirás.

5. No hay duda que la tesis de que quien tiene una virtud las tiene todas, y a quien una le faltare le faltan todas, la persuaden con el siguiente razonamiento: La prudencia no puede ser cobarde, ni injusta, ni intemperante, pues si fuera algo de eso,

eam exponi uolo, non confirmari, quae per se ipsam est apud nos omnium philosophorum auctoritatibus firmior. Et illud quidem de uirtutibus et uitiis si ueraciter dicitur, non est consequens ut propter hoc omnia peccata sint paria. Nam illud de inseparabilitate uirtutum, etsi forsitan fallor, tamen, si uerum memini, quod uix memini, omnibus philosophis placuit, qui easdem uirtutes agendae uitae necessarias esse dixerunt. Hoc autem de parilitate peccatorum soli Stoici ausi sunt disputare contra omnem sensum generis humani; quam eorum uanitatem in Iouiniano illo, qui in hac sententia Stoicus erat, in aucupandis autem et defensitandis uoluptatibus Epicureus, de scripturis sanctis dilucidissime conuicisti. In qua tua suauissima et praeclarissima disputatione satis euidenter apparauit non placuisse auctoribus nostris uel ipsi potius, quae per eos locuta est, ueritati omnia paria esse paccata. Quomodo autem fieri possit, ut, etiam si hoc de uirtutibus uerum est, non tamen ideo cogamur fateri aequalitatem omnium peccatorum, quantum possum, adiuuante Domino aperire conabor, Quod si effecero, adprobabis; ubi causae defuero, tu supplebis.

5. Certe hic persuadent, qui unam uirtutem habuerit, habere omnes et omnes deesse, cui una defuerit, quod prudentia nec ignaua nec iniusta nec intemperans potest esse; nam si aliquid horum fuerit, prudentia non erit. Porro, si prudentia tunc erit, si et fortis et iusta et temperans sit,

no sería prudencia. Ahora bien, si es prudencia cuando es fuerte, justa y templada, no cabe duda que, donde ella estuviere, lleva consigo a las otras virtudes. Por el mismo caso, tampoco la fortaleza puede ser imprudente o intemperante o injusta. E igualmente la templanza tiene que ser, por necesidad, prudente, fuerte y justa, y la justicia sólo puede ser prudente, fuerte y templada. De esta manera, dondequiera haya de verdad una de esas virtudes, están igualmente las otras; y donde faltan las otras, la que hay no es verdadera, aunque de algún modo parezca serlo.

6. Hay, efectivamente, como sabes, ciertos vicios que claramente se distinguen y aun son contrarios a las virtudes; por ejemplo, la imprudencia respecto a la prudencia. Pero hay también algunos que sólo les son contrarios por ser vicios, pero se les asemejan por cierta falaz apariencia; por ejemplo, a la misma prudencia, no la imprudencia, sino la astucia. Porque hablo ahora de la astucia que corrientemente suele entenderse y decirse en mal sentido, no como suele hablar nuestra Escritura, que usa frecuentemente astucia en buen sentido; por ejemplo: *Sed astutos como las serpientes* (Mt 10,16). Y aquello: *Para dar astucia a los ingenuos* (Prov 1,4). Si bien, también entre los autores profanos, un conocedor elegantísimo de la lengua latina dijo: «Sin embargo, tampoco le faltaban dolo y astucia para precaverse» (SALLUST., *Cat.* 26,2), dando a astucia buen sentido. Pero esto es en ellos rarísimo, y muy frecuente en los nuestros. Igualmente, entre las partes de la templanza, la prodigalidad es evidentemente contraria a la parsimonia; en cambio, la que el vulgo llama tenacidad o ser agarrado, es ciertamente un vicio, semejante, sin embargo, a la parsimonia, no por naturaleza, sino por falacísima

profecto, ubi fuerit, secum habet ceteras. Sic et fortitudo inprudens esse non potest uel intemperans uel iniusta; sic temperantia necesse est ut prudens, fortis et iusta sit; sic iustitia non est, si non sit prudens, fortis et temperans. Ita, ubi uera est aliqua earum, et aliae similiter sunt. Vbi autem aliae desunt, uera illa non est, etiamsi aliquo modo similis esse uideatur.

6. Sunt enim, ut scis, quaedam uitia uirtutibus aperta discretione contraria, ut inprudentia prudentiae. Sunt autem quaedam tantum, quia uitia sunt, ideo contraria, quadam tamen specie fallaci similia, ut eidem prudentiae non inprudentia sed astutia. Nunc enim eam dico astutiam, quae usitatius in malitiosis intellegi et uocari solet, non sicut loqui nostra scriptura consueuit, quae saepe astutiam in bono ponit, unde est: *Astuti ut serpentes*, et illud: *Vt det innocentibus astutiam*. Quamquam et apud illos Romanae linguae disertissimus dixerit: «Neque illi tamen ad cauendum dolus aut astutia deerat», astutiam ponens in bono; sed apud illos rarissimum, apud nostros autem frequentissimum est. Itemque in partibus temperantiae apertissime contraria est effusio parsimoniae; ea uero, quae tenacitas etiam uulgo dici solet, uitium est quidem, tamen parsimoniae simili non natura sed fallacissima specie. Item dissimilitudine manifesta

apariencia. Así, también, con desemejanza patente, la injusticia es contraria a la justicia; mas el deseo de venganza suele como imitar a la justicia; pero es un vicio. La cobardía es claramente contraria a la fortaleza; la dureza está muy distante de ella por lo que es, pero engaña por la semejanza. La constancia es cierta parte de la virtud; la pertinacia, empero, quiere decirse constancia, y no lo es, pues aquélla es virtud, ésta vicio.

7. Para no tener que repetir una y otra vez lo mismo, pongamos un ejemplo por donde pueda entenderse lo demás. Catilina, como escribieron de él los que pudieron conocerlo, podía soportar el frío, la sed y el hambre, y aguantaba la inedia, la intemperie y vigilias en grado que supera todo lo que puede creerse (SALLUST., *Cat.* 5,3). De ahí que a sí mismo y a los suyos les pareciera estar dotado de gran fortaleza. Pero esta fortaleza no era prudente, pues escogía el mal por el bien; no era templada, pues se manchaba con las más feas corrupciones; no era justa, pues se había conjurado contra la patria. Por eso, tampoco era fortaleza; era dureza que, para engañar a los necios, se daba a sí misma nombre de fortaleza. Si hubiera sido fortaleza, hubiera sido virtud y no vicio; y, si hubiera sido virtud, jamás las otras virtudes, como compañeras inseparables, la hubieran abandonado.

8. Por eso, si se plantea el mismo problema acerca de los vicios: ¿Están igualmente todos donde hay uno y faltan todos donde falta uno?, es trabajoso demostrarlo, por razón de que a una virtud se le suelen oponer dos vicios, uno que abiertamente

contraria est iniustitia iustitiae; solet autem quasi imitari iustitiam uindicandi libido, sed uitium est. Ignauia fortitudini perspicue contraria est, duritia uero distat natura, fallit similitudine. Constantia pars quaedam uirtutis est; ab hac inconstantia, longe abhorret et indubie contrasistit, pertinacia uero constantia dici affectat et non est, quia illa est uirtus, hoc uitium.

7. Vt ergo non iterum eadem commemorare necesse sit, exempli gratia ponamus aliquid, unde possint cetera intellegi. Catilina, ut de illo scripserunt, qui nosse potuerunt, frigus, sitim, famem ferre poterat eratque patiens inediae, algoris, uigiliae, supra quam cuiquam credibile est, ac per hoc suis et sibi magna praeditus fortitudine uidebatur. Sed haec fortitudo prudens non erat—mala enim pro bonis eligebat—, temperans non erat—corruptelis enim turpissimis foedabatur—, iusta non erat—nam contra patriam coniurauerat—et ideo nec fortitudo erat, sed duritia sibi, ut stultos falleret, nomen fortitudinis inponebat. Nam si fortitudo esset, non uitium sed uirtus esset; si autem uirtus esset, a ceteris uirtutibus tamquam inseparabilibus comitibus numquam relinqueretur.

8. Quapropter, cum quaeritur etiam de uitiis, utrum et ipsa similiter et omnia sint, ubi unum erit, aut nulla sint, ubi unum non erit, laboriosum est id ostendere propterea, quia uni uirtuti duo uitia opponi solent, et quod aperte contrarium est et quod specie similitudinis adumbratur. Vnde,

le es contrario; otro, que, por aparente semejanza, es como su sombra. Así, la de Catilina se veía con bastante facilidad no ser fortaleza, por no tener consigo las otras virtudes; pero resultaba difícil persuadir que era cobardía, cuando era capaz de sufrir y soportar cualesquiera gravísimas molestias en grado superior a cuanto puede creerse. Pero acaso, si se mira más a fondo, la dureza misma aparezca como cobardía, pues había descuidado el trabajo que llevan consigo los buenos empeños con que se adquiere la verdadera fortaleza. Sin embargo, como son audaces los que no son tímidos, y tímidos los que carecen de audacia, por más que audacia y timidez son vicios—pues el que es fuerte por virtud ni se atreve temerariamente ni teme sin motivo—nos vemos forzados a confesar que a una virtud corresponden varios vicios.

9. De ahí resulta que, a veces, un vicio se quita con otro vicio; por ejemplo, el amor a la gloria con el amor al dinero. A veces, cede uno y suceden varios, como el borracho que, por agarrado y ambicioso, se modera en la bebida. Por donde se ve que los vicios pueden ceder y ocupar su lugar otros vicios, no virtudes. Y por eso son muchos. Mas cuando entra la virtud, aunque entre una sola, como lleva consigo a las demás, no hay duda de que ceden los vicios, cuantos allá hubiere; pues no siempre están todos, sino que unas veces se corresponden en número a las virtudes; otras, a pocas suceden varios, o a varias pocos.

10. Que todo esto sea así, es cosa que ha de averiguarse con alguna mayor diligencia. No es, efectivamente, también divina la sentencia según la cual el que tiene una virtud las tiene todas y, a quien una sola le falta, le faltan todas. Se trata de opinión de

illa Catilinae quia fortitudo non erat, quae secum uirtutes alias non habebat, facilius uidebatur; quod uero ignauia fuerit, ubi exercitatio quaslibet grauissimas molestias perpetiendi atque tolerandi supra quam cuiquam credibile est fuit, aegre persuaderi potest. Sed forte acutius intuentibus ignauia apparet ipsa duritia, quia laborem bonorum studiorum, quibus uera adquiritur fortitudo, neglexerat. Verumtamen, quia sunt audaces, qui timidi non sunt, et rursus timidi, a quibus absit audacia, non sit utrumque uitium, quoniam, qui uera uirtute fortis est, nec temere audet nec inconsulte timet, cogimur fateri uitia plura esse uirtutibus.

9. Vnde aliquando uitium uitio tollitur, ut amore laudis amor pecuniae, aliquando unum cedit, ut plura succedant, uelut, qui ebriosus fuit, si modicum bibere tenacitate et ambitione didicerit. Possunt itaque uitia cedere etiam uitiis succedentibus, non uirtutibus et ideo plura sunt. Virtus uero quo una ingressa fuerit, quoniam secum ceteras ducit, profecto uitia cedent omnia, quaecumque inerant; non enim omnia inerant, sed aliquando totidem, aliquando plura paucioribus uel pauciora pluribus succedebant.

10. Haec utrum ita se habeant, diligentius inquirendum est. Non enim et ista diuina sententia est, qua dicitur: qui unam uirtutem habuerit, omnes habet eique nulla est, cui una defuerit, sed hominibus hoc uisum est

hombres, muy ingeniosos, muy estudiosos, muy ociosos ciertamente, pero hombres al cabo. Por mi parte, no sé cómo diga que no tiene la virtud de la castidad, no digo sólo el varón (de cuyo nombre *uir* se dice haber tomado el suyo la virtud), sino también la mujer que guarda a su marido la fidelidad del lecho, y así lo hace por razón del precepto y promesa de Dios, de modo que a Dios es ante todo fiel—y lo mismo el marido que esta fidelidad guarde a su esposa—. Tampoco vamos a decir que la castidad no sea virtud, o lo sea pequeña. Y, sin embargo, hay muchísimos que la tienen, de ninguno de los cuales diría yo que no tengan algún pecado, y no cabe duda que ese pecado, cualquiera que fuere, procede de algún vicio. Luego la castidad conyugal en hombres y mujeres religiosos, con ser, sin género de duda, una virtud—pues no vamos a decir que no es nada o que es un vicio—, no lleva, sin embargo, consigo las demás virtudes. Si todas ahí estuvieran, no habría ningún vicio, y, de no haber ningún vicio, tampoco, en absoluto, pecado alguno. Ahora bien, ¿quién hay sin algún pecado? Luego ¿quién sin algún vicio, es decir, sin algún incentivo y como raíz de pecado, cuando el que se reclinaba sobre el pecho del Señor grita: *Si dijéremos que no tenemos pecado, nos engañamos a nosotros mismos, y la verdad no está en nosotros?* (1 Io 1,8). Realmente, no había por qué detenerse mucho, para ti, en este punto. Sea dicho en atención a otros que acaso vengan a leerlo. Por lo que a ti toca, en la misma brillante obra contra Joviniano *(Adu. Iovin.* II 2), diligentemente probaste también esto por las Escrituras santas, y adujiste, por cierto, lo que se escribe en esta misma carta, a que pertenecen las palabras cuyo sentido tratamos de averiguar: *Porque en*

multum quidem ingeniosis, studiosis, otiosis, sed tamen hominibus. Ego uero nescio, quem ad modum dicam. Non dico uirum, a quo denominata dicitur uirtus, sed etiam mulierem, quae uiro suo seruat tori fidem, si hoc faciat propter praeceptum et promissum Dei eique primitus sit fidelis, non habere pudicitiam aut eam nullam uel paruam esse uirtutem—sic et maritum, qui hoc idem seruat uxori—, et tamen sunt plurimi, tales, quorum sine aliquo peccato esse neminem dixerim, et utique illud qualecumque peccatum ex aliquo uitio uenit. Vnde pudicitia coniugalis in uiris feminisque religiosis cum procul dubio uirtus sit—non enim aut nihil aut uitium est—, non tamen secum habet omnes uirtutes. Nam si omnes ibi essent, nullum esset uitium; si nullum uitium, nullum omnino peccatum; quis autem sine aliquo peccato? Quis ergo sine aliquo uitio, id est fomite quodam uel quasi radice peccati, cum clamet, qui super pectus Domini discumbebat: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est?* Neque hoc apud te diutius agendum est, sed propter alios, qui haec forte legerint, dico. Nam tu quidem in eodem ipso opere splendido contra Iouinianum etiam hoc de scripturis sanctis diligenter probasti; ubi etiam ex hac ipsa epistula, cuius uerba sunt, quorum nunc intellectum requirimus, posuisti, quod

muchas cosas tropezamos todos (Iac 3,2). Y no dice «tropezáis», sino *tropezamos,* y eso que habla un apóstol de Cristo. Y, siendo así que en este lugar que nos ocupa dice: *El que guardare toda la ley, pero infringiere un solo precepto, se hace reo de todos,* aquí no habla de uno solo, sino de muchos; y no dice que tropiecen algunos, sino todos.

11. Pero Dios nos libre que fiel alguno piense que tantos miles de servidores de Cristo que sinceramente dicen tener pecados para no engañarse a sí mismos y exponerse a que la verdad no esté con ellos, no tengan virtud alguna, siendo así que la sabiduría es una gran virtud: *Y dijo al hombre: Mirad que la sabiduría es la piedad* (Iob 28,28). Dios nos libre, pues, de decir que tantos hombres fieles y piadosos no tienen aquella piedad de Dios que los griegos llaman *eusébeia* o, con término más expresivo y lleno, *theosébeia.* ¿Y qué es la piedad sino culto de Dios? ¿Y cómo se le da culto a Dios, sino por la caridad? Luego *la caridad que procede de corazón puro, y conciencia buena, y fe no fingida* (1 Tim 1,5), es grande y verdadera virtud, pues ella es también fin del mandamiento (ibid.). Con razón ha sido llamada fuerte como la muerte (Cant 8,6), ora porque a ella, como a la muerte, nadie la vence; ora porque, en esta vida, la muerte es la medida de la caridad, como dice el Señor: *Nadie tiene caridad mayor que la de dar la vida por sus amigos* (Io 15,13); ora, más bien, porque, como la muerte arranca al alma de los sentidos de la carne, así la caridad de las concupiscencias carnales. A ella se subordina la ciencia cuando es útil, pues sin ella

scriptum est: *In multis enim offendimus omnes.* Non enim ait offenditis, sed ait offendimus, cum Christi loqueretur apostolus, et cum hoc loco dicat: *Quicumque autem totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus,* ibi non in uno sed in multis nec quosdam sed omnes dixit offendere.

11. Absit autem, ut quisquam fidelis existimet tot milia seruorum Christi, qui ueraciter dicunt se habere peccatum, ne se ipsos decipiant et ueritas in eis non sit, nullam habere uirtutem, cum uirtus magna sit sapientia. Dixit autem homini: *Ecce pietas est sapientia.* Absit autem, ut dicamus tot ac tantos fideles et pios homines Dei non habere pietatem, quam Graeci uel *eusébeia* uel expressius et plenius *theosébeia* uocant. Quid autem est pietas nisi Dei cultus? Et unde ille colitur nisi caritate? *Caritas enim de corde puro et conscientia bona et fide non ficta* magna et uera uirtus est, quia ipsa est et finis praecepti. Merito dicta est fortis sicut mors siue quia nemo eam uincit sicut mortem siue quia in hac uita usque ad mortem est mensura caritatis, sicut Dominus ait: *Maiorem hac caritatem nemo habet, quam ut animam suam quis ponat pro amicis suis,* siue potius, quia, sicut mors animam auellit a sensibus carnis, sic caritas a concupiscentiis carnalibus. Huic subseruit scientia, cum est utilis; nam sine illa inflat. Quod uero illa aedificando inpleuerit, nihil ibi ista inane, quod inflet, inueniet. Vtilem porro scientiam definiendo monstrauit, ubi,

hincha (1 Cor 8,1). Mas donde la caridad, edificando, lo hubiere llenado todo, nada encontrará la ciencia vacío que pueda henchir. Ahora bien, la Escritura mostró con precisión la ciencia útil, pues habiendo dicho: *Mirad que la piedad es la sabiduría,* añadió a renglón seguido: *Y apartarse del mal, la ciencia* (Iob 28,28). ¿Por qué, pues, no decimos que el que tiene esta virtud las tiene todas, siendo así que la caridad es la plenitud de la ley? (Rom 13,10). ¿O será que cuanto más caridad hay en un hombre, tanto está dotado de más virtud; y cuanto menos caridad, menos virtud tiene, pues ella es la virtud; y cuanto menos virtud tiene, tanto tendrá más vicio? Luego donde la caridad sea plena y perfecta, no quedará rastro de vicio.

12. Por eso, paréceme que yerran los estoicos, al sentar que el hombre que adelanta en la sabiduría no tiene en absoluto la sabiduría, y que sólo la posee cuando es de todo punto perfecto en ella. No es que nieguen aquel adelantamiento. Lo que dicen es que, hasta que el hombre, como quien emerge de una profundidad, no salga a la luz y auras libres de la sabiduría, no es en parte alguna sabio. Para que el hombre se ahogue, tanto monta tenga el agua a muchos estadios de altura sobre su cabeza o sólo la tenga un palmo o un dedo. Así, dicen, los que tienden a la sabiduría, no hay duda sino que adelantan como quien emerge al aire de lo profundo de una sima; pero hasta que, por su adelantamiento, como por lenta emersión, no hayan escapado a la total estulticia, como de agua que los oprime, no tienen virtud ni son sabios. Apenas, empero, escaparon, tienen al punto toda virtud y no queda rastro de estulticia, de donde pueda en absoluto proceder pecado alguno.

cum dixisset: *Ecce pietas est sapientia,* continuo subiunxit: *Abstinere uero a malis scientia est.* Cur ergo non dicimus, qui hanc uirtutem habet, habere omnes, cum plenitudo legis sit caritas? An quanto magis est in homine, tanto magis est uirtute praeditus, quanto autem minus, tanto minus inest uirtus, quia ipsa est uirtus, et quanto minus inest uirtus, tanto magis est uitium? Vbi ergo illa plena et perfecta fuerit nihil ex uitio remanebit.

12. Proinde mihi uidentur Stoici ideo falli, quia proficientem hominem in sapientia nolunt omnino habere sapientiam, sed tunc habere, cum in ea fuerit omnino perfectus, non quia illum prouectum negant, sed nisi ex profundo quodam emergendo repente emicet in auras sapientiae liberas, nulla ex parte esse sapientem. Sicut enim nihil interest ad hominem praefocandum, utrum aquam stadiis multis super se habeat altam an unum palmum uel digitum, sic illos, qui tendunt ad sapientiam, proficere quidem dicunt tamquam ab imo gurgitis surgentes in aërem, sed, nisi totam stultiam uelut opprimentem aquam proficiendo uelut emergendo euaserint, non habere uirtutem nec esse sapientes, ubi autem euaserint, mox habere totam nec quicquam stultitiae remanere, unde omnino ullum peccatum possit existere.

13. Esta similitud, por la que la estulticia se compara al agua y la sabiduría al aire, de modo que el alma que va como emergiendo del ahogo de la estulticia respire súbitamente en la sabiduría, no me parece suficientemente ajustada a la autoridad de nuestras Escrituras. Más ajustado sería comparar el vicio o la estulticia a las tinieblas, y la virtud o la sabiduría a la luz, en la medida que estas similitudes pueden trasladarse de lo corporal a lo espiritual. El hombre, pues, no respira suficientemente de pronto, como quien emerge de las aguas al aire apenas ha pasado el nivel de ellas; sino que se va paulatinamente iluminando, como quien va, progresivamente, adelantando de las tinieblas hacia la luz. La iluminación no es aún total y plena; sin embargo, como quien sale de caverna profundísima, ya decimos está tocado por la vecindad de la luz, y tanto más cuanto más se acerca a la salida. De suerte que lo que en él hay de luz, viénele de la luz a que se encamina; y lo que aún hay de oscuro, de las tinieblas de donde está saliendo. Así se comprende que *ningún viviente se justificará en el acatamiento de Dios* (Ps 142,2) y que, de otra parte, *el justo vive de fe* (Hab 2,4); y que *los santos están vestidos de justicia* (Iob 29,14), uno más, otro menos; y, de otra parte, nadie vive aquí sin pecado, uno más, otro menos; y es el mejor quien lo tiene mínimo.

14. Pero ¿qué estoy haciendo? Como si me hubiera olvidado con quién hablo, me he dado aires de doctor, cuando te propuse lo que quería aprender de ti. Y lo que de ti quería es que examinaras mi sentir acerca de la paridad de los pecados, y de ahí vino la cuestión incidental a mi verdadero tema, que ahora, por

13. Haec similitudo, ubi stultitia uelut aqua et sapientia uelut aër ponitur, ut animus a praefocatione stultitiae tamquam emergens in sapientiam repente respiret, non mihi uidetur satis accommodata nostrarum scripturarum auctoritati, sed illa potius, ut uitium uel stultitia tenebris, luci autem uirtus uel sapientia comparetur, quantum ista similia de corporalibus ad intellegibilia duci possunt. Non itaque sicut de aquis in aërem surgens, ubi earum summum transierit, repente, quantum sufficit, inspiratur, sed sicut de tenebris in lucem procedens paulatim progrediendo inluminatur. Quod donec plenissime fiat, iam eum tamen dicimus tamquam de abditissima spelunca egredientem uicinia lucis afflatum tanto magis, quanto magis propinquat egressui, ut illud, quod in eo lucet, sit utique ex lumine, quo progreditur, illud autem, quod adhuc obscurum est, sit ex tenebris, unde egreditur. Itaque et *non iustificabitur in conspectu Dei omnis uiuens,* et tamen *iustus ex fide uiuit.* Et *induti sunt sancti iustitia* alius magis, alius minus et nemo hic uiuit sine peccato et hoc alius magis, alius minus; optimus autem est, qui minimum.

14. Sed quid ego? Tamquam oblitus, cui loquar, doctori similis factus sum, cum proposuerim, quid abs te discere uelim. Sed quia de peccatorum parilitate, unde in id, quod agebam, incidit quaestio examinandam tibi sententiam meam promere statueram, iam eam tandem aliquan-

fin, voy a rematar. Digo, pues, que, aunque demos por averiguado que quien tiene una virtud las tiene todas, y el que no tiene una sola, no tiene ninguna, ni aun así son los pecados parejos. Y es así que, donde no hay ninguna virtud, no hay nada recto; pero no por eso no es uno más torcido que otro, ni un deforme más deforme que otro. Yo opinaría ser más exacto y más conforme con las sagradas Letras mirar las intenciones del alma como a los miembros del cuerpo, no en el sentido de que se vean en sus lugares, sino que se sienten por los afectos. Y uno está más iluminado, otro menos, otro está privado en absoluto de luz y queda en la sombra por un obstáculo opaco. Por semejante manera, en la medida que a uno le llega la ilustración de la piadosa caridad—en uno más, en otro menos, en alguno nada—, así puede decirse que tiene una virtud y otra no; que una la tiene más y otra menos. Así podemos decir: La caridad es mayor en éste que en aquél; y: En este hay alguna, en el otro ninguna. Esto por lo que a la caridad atañe, que es la piedad. Y de un mismo y solo hombre podemos decir que tiene mayor castidad que paciencia y, si va adelantando, mayor hoy que ayer. Y que todavía no posee la continencia, y tiene no pequeña misericordia.

15. Y parar cifrar de manera general y breve lo que entiendo por virtud, en lo que al recto vivir atañe, virtud es aquella caridad por la que se ama lo que debe ser amado. Esta es en unos mayor, menor en otros, en otros nula; plenísima, empero, hasta el punto que no pueda ya aumentarse mientras el hombre vive en este mundo, no la hay en nadie. Ahora bien, mientras puede aumentarse, no hay duda que lo que se tiene menos de lo que se

do concludam, quia, etsi uerum est eum, qui habet unam omnes habere uirtutes, eum, qui unam non habet, nullam habere, nec sic peccata sunt paria, quia, ubi uirtus nulla est, nihil quidem rectum est nec tamen ideo non est prauo prauius distortoque distortius. Si autem—quod puto esse uerius sacrisque litteris congruentius—ita sunt animae intentiones ut corporis membra, non quod uideantur locis, sed quod sentiantur affectibus, et aliud inluminatur amplius, aliud minus, aliud omnino caret lumine et tenebroso inumbratur obstaculo, profecto ita, ut quisque inlustratione piae caritatis affectus est in alio actu magis, in alio minus, in alio nihil, sic dici potest habere aliam, aliam non habere, aliam magis minusue habere uirtutem. Nam et maior est in isto caritas quam in illo recte possumus dicere et aliqua in isto, nulla in illo, quantum pertinet ad caritatem, quae pietas est, et in ipso uno homine, quod maiorem habeat pudicitiam quam patientiam et maiorem hodie quam heri, si proficit, et adhuc non habeat continentiam et habeat non paruam misericordiam.

15. Et ut generaliter breuiterque conplectar, quam de uirtute habeo notionem, quod ad recte uiuendum adtinet, uirtus est caritas, qua id, quod diligendum est, diligitur. Haec in aliis maior, in aliis minor, in aliis nulla est, plenissima uero, quae iam non possit augeri, quam diu hic homo uiuit, in nemine; quam diu autem augeri potest, profecto illud,

debe procede de vicio. Y de ese vicio resulta que no hay en la tierra justo que obre bien y no peque (3 Reg 8,46); y del mismo, que *ningún viviente se justificará en el acatamiento de Dios* (Ps 142,2). Por ese vicio, *si dijéremos que no tenemos pecado, a nosotros mismos nos engañamos, y la verdad no está en nosotros* (1 Io 1,8). Por él, por mucho que adelantemos, tenemos siempre necesidad de decir: *Perdónanos nuestras deudas* (Mt 6,12), aunque ya, en el bautismo, se nos han perdonado todos nuestros dichos, hechos y pensamientos. Así, pues, el que rectamente ve, ve de dónde y cuándo y dónde hay que esperar aquella perfección a la que no haya ya que añadir. Ahora bien, si no hubiera precepto alguno, no tendría el hombre dónde mirarse a sí mismo con certidumbre bastante y ver así de dónde ha de apartarse, a qué han de tender sus esfuerzos, por qué haya de alegrarse, qué haya de pedir en la oración. Grande es, por ende, la utilidad de los mandamientos, aunque sólo se le conceda al libre albedrío que Dios sea más ampliamente honrado.

16. Siendo esto así, ¿cómo quien guarda toda la ley, pero quebranta uno solo de sus preceptos, se hace reo de todos? ¿Acaso porque la plenitud de la ley es la caridad con que se ama a Dios y al prójimo y de estos dos preceptos de la caridad penden toda la ley y los profetas? (Mt 22,40). De ahí resultaría que quien peca contra aquella virtud, de que pende todo, se hace reo de todo. Y la verdad es que nadie peca si no es yendo contra ella; pues: *No cometerás adulterio, no matarás, no robarás, no codiciarás y cualquier otro mandamiento, se resume en esto: Amarás a tu prójimo como a ti mismo. El amor al prójimo no obra*

quod minus est, quam debet, ex uitio est. Ex quo uitio non est iustus in terra, qui faciet bonum et non peccabit. Ex quo uitio *non iustificabitur in conspectu Dei omnis uiuens*. Propter quod uitium, *si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus et ueritas in nobis non est.* Propter quod etiam, quantumlibet profecerimus, necessarium est nobis dicere: *Dimitte nobis debita nostra,* cum iam omnia in baptismo dicta, facta, cogitata dimissa sint. Videt itaque, qui recte uidet, ubi et quando et unde speranda sit illa perfectio, cui non sit quod adici possit. Si autem praecepta non essent, non utique esset, ubi se homo certius inspiceret et uideret, unde auerteretur, quo conaretur, quare gratularetur, quid precaretur. Magna est ergo utilitas praeceptorum, si libero arbitrio tantum detur, ut gratia Dei amplius honoretur.

16. Quae si ita se habent, unde fit omnium reus, si in uno offendat, qui totam legem seruauerit? An forte, quia plenitudo legis caritas est, qua Deus proximusque diligitur, in quibus praeceptis caritatis tota lex pendet et prophetae, merito fit omnium reus, qui contra illam facit, in qua pendent omnia? Nemo autem peccat nisi aduersus illam faciendo, quia *non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces et, si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur in eo, quod diliges proximum tuum tanquam te ipsum. Dilectio proximi malum*

mal. Y la plenitud de la ley es la caridad (Rom 13,9-10). Ahora bien, nadie ama a su prójimo sino el que ama a Dios, a fin de hacer, cuando pueda, a su prójimo, a quien ama como a sí mismo, el bien de que también él ame a Dios, pues si no lo ama, ni a sí mismo ni a su prójimo ama. Y por eso, el que guardare toda la ley, si quebranta un solo precepto, se hace reo de todos, porque va contra la caridad, de que pende toda la ley. Luego se hace reo de todos obrando contra aquella de que dependen todos.

17. ¿Por qué, pues, no puede decirse que sean iguales los pecados? ¿Será acaso porque va más contra la caridad quien peca más gravemente, menos quien más levemente, y por eso mismo admite más y menos aquello por que uno se hace reo de todo; pero pecando más gravemente o pecando en más materias, más reo; pecando menos o en menos materias, menos reo; es decir, con tanto mayor reato cuanto más pecare, con tanto menor cuanto menos; pero es, no obstante, reo de todos si quebrantare un solo precepto, porque obra contra la caridad, de que penden todos los preceptos? Si esto es verdad, de este modo puede también resolverse aquello que dice un hombre, siquiera poseyera gracia apostólica: *En muchas cosas tropezamos todos* (Iac 3,2). Todos, efectivamente, tropezamos; pero uno más gravemente, otro más levemente, conforme a la gravedad o levedad del pecado. Y es uno tanto mayor para cometer el pecado, cuanto fuere menor para amar a Dios y al prójimo. Y, a la inversa, tanto menor en la comisión del pecado, cuanto mayor en el amor a Dios y al prójimo. Tanto, por ende, más lleno de iniquidad, cuanto más vacío de caridad; y entonces perfectísimo en la caridad, cuando no quede rastro de la iniquidad.

non operatur, plenitudo autem legis caritas. Nemo autem diligit proximum nisi diligens Deum, ut hoc quantum potest, proximo inpendat, quem diligit tamquam se ipsum, ut et ille diligat Deum, quem si ipse non diligit, nec se nec proximum diligit. Ac per hoc, qui totam legem seruauerit, si in uno offenderit, fit omnium reus, quia contra caritatem facit, unde tota lex pendet. Reus itaque fit omnium faciendo contra eam, in qua pendent omnia.

17. Cur ergo non dicantur paria peccata? An forte quia magis facit contra caritatem, qui grauius peccat, minus, qui leuius, et hoc ipso admittit magis et minus, quo fit quidem omnium reus, sed grauius peccans uel in pluribus peccans magis reus, leuius autem uel in paucioribus peccans minus reus, tanto maiore scilicet reatu, quanto amplius, tanto minore, quanto minus peccauerit, tamen, etiam si in uno offenderit, reus omnium, quia contra eam facit, in qua ait homo etiam apostolicae gratiae: *In multis enim offendimus omnes.* Offendimus enim, sed alius grauius, alius leuius. Quanto quisque magis minusue peccauerit, tanto in peccato committendo maior, quanto in diligendo Deo et proximo minor et rursus tanto minor in peccati perpetratione, quanto maior in Dei et proximi dilectione, tanto itaque plenior iniquitatis, quanto inanior caritatis, et tunc perfectissimus in caritate, quando nihil restat ex infirmitate.

18. Y, a la verdad, en cuanto a mí se me alcanza, no ha de tenerse por pecado leve tener la fe de nuestro Señor Jesucristo con acepción de personas, si esa diferencia de sentarse y estar de pie la referimos a los honores o cargos eclesiásticos. ¿Quién toleraría, en efecto, que se eligiera al rico para el asiento de honor en la Iglesia, despreciando al pobre más instruido y santo? Pero, si se trata de los asientos corrientes y molientes, ¿quién aquí no peca, si es que peca, excepto si dentro de sí juzga de modo que le parezca tanto mejor el rico que el pobre, cuanto fuere más rico? Y es así que esto parece quiso dar a entender diciendo: *¿Acaso no juzgáis dentro de vosotros mismos y os convertís en jueces de pensamientos inicuos?* (Iac 2,4).

19. Así, pues, la ley de la libertad es la ley de la caridad, de la que dice: *A la verdad, si cumplís la ley regia conforme a la Escritura: Amarás a tu prójimo como a ti mismo, hacéis bien. Pero, si obráis con acepción de personas, cometéis un pecado, convictos por la ley como transgresores.* Y después de la sentencia, tan difícil de entender, de la que he dicho ya cuanto me propuse decir, recordando la misma ley de la libertad: *Así hablad,* dice, *y así obrad, como quienes han de ser juzgados por la ley de la libertad.* Y como sabía lo que poco antes había dicho: *En muchas cosas tropezamos todos,* sugiere la medicina del Señor, diaria como para heridas diarias, más leves sin duda, pero heridas al cabo. *Porque juicio*—dice—*sufrirá sin misericordia quien no tuviere misericordia.* Y por la misma razón el Señor: *Perdonad,* dijo, *y se os perdonará; dad y se os dará* (Lc 6,37-38).

18. Nec sane, quantum arbitror, putandum est leue esse peccatum in personarum acceptione habere fidem Domini Iesu Christi, si illam distantiam sedendi et standi ad honores ecclesiasticos referamus. Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesiae contempto paupere instructiore atque sanctiore? Si autem de cotidianis consessibus loquitur, quis non hic peccat, si tamen peccat, nisi cum apud se ipsum intus ita iudicat, ut ei tanto melior, quanto ditior illo uideatur? Hoc enim uidetur significasse dicendo: *Nonne iudicastis apud uosmet ipsos et facti estis iudices cogitationum iniquarum?*

19. Lex itaque libertatis lex caritatis est, de qua dicit: *Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturas: Diliges proximum tuum sicut te ipsum, bene facitis; si autem personas accipitis, peccatum operamini redarguti a lege quasi transgressores.* Et post illam sententiam ad intellegendum difficillimam, de qua satis dixi, quod dicendum putaui, eandem legem libertatis commemorans: *Sic,* inquit, *loquimini et sic facite sicut per legem libertatis incipientes iudicari.* Et quoniam, quid paulo ante dixerit, nouit quoniam *in multis offendimus omnes,* suggerit dominicam tamquam cotidiana cotidianis etsi leuioribus tamen uulneribus medicinam: *Iudicium enim,* inquit, *sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* Hinc enim et Dominus: *Dimittite,* inquit, *et dimittetur uobis; date et dabitur uobis. Superexultat autem misericordia iudicio;* non dic-

La misericordia, empero, aventaja al juicio (Iac 2,13). No se dice que la misericordia vence al juicio, pues no es contraria al juicio, sino que lo aventaja, ya que son más los que se recogen por la misericordia. Pero son los que tuvieron misericordia, porque: *Bienaventurados los misericordiosos, pues de ellos tendrá Dios misericordia* (Mt 5,7).

20. Y es, por cierto, justo que se les perdone, porque perdonaron, y se les dé, porque dieron. Y es así que Dios tiene misericordia cuando juzga, y juicio cuando tiene misericordia. Por eso se le dice: *Te cantaré, Señor, misericordia y juicio* (Ps 100,1). Así, todo el que, como demasiado justo, espera muy seguro de sí un juicio sin misericordia, provoca una ira justísima, la que temía aquel que dijo: *No entres en juicio con tu siervo* (Ps 142,2). De ahí que se le diga al pueblo contumaz: *¿A qué queréis contender conmigo en juicio?* (Ier 2,29). Y es así que, cuando el rey justo se sentare en su trono, *¿quién se gloriará de tener puro su corazón? ¿O quién se ufanará de estar limpio de pecado* (Prov 20,8-9). Pues ¿qué esperanza nos queda, sino que la misericordia aventaje al juicio? Pero será con aquellos que tuvieron misericordia, diciendo sinceramente: *Perdónanos nuestras deudas, así como nosotros perdonamos* (Mt 6,12), y dieron sin refunfuñar, pues Dios ama al dador alegre (2 Cor 9,7). Finalmente, Santiago, a partir de este lugar, habla ya de las obras de misericordia, a fin de consolar a quienes tan fuertemente espantara con aquella sentencia. Y así avisa cómo aun los pecados cotidianos, sin los que no se vive en este mundo, puedan expiarse con cotidianos remedios; no sea que el hombre, que por quebrantar un solo precepto

tum est: Vincit misericordia iudicium—non enim est aduersa iudicio—, sed superexultat, quia plures per misericordiam colliguntur, sed qui misericordiam praestiterunt. *Beati enim misericordes, quia ipsorum miserebitur* Deus.

20. Et hoc utique iustum est, ut dimittatur eis, quia dimiserunt, et detur eis, quia dederunt. Inest quippe Deo et misericordia iudicanti, et iudicium miseranti. Propter quod ei dicitur *misericordiam et iudicium cantabo tibi,* Domine; nam quisquis uelut nimium iustus iudicium sine misericordia quasi securus expectat, iram iustissimam prouocat, quam timens ille dicit: *Ne intres in iudicium cum seruo tuo.* Vnde dicitur populo contumaci: *Quid uultis mecum iudicio contendere?* Cum enim rex iustus sederit in throno, *quis gloriabitur castum se habere cor? Aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato?* Quae igitur spes est, nisi superexultet misericordia iudicio sed erga illos, qui misericordiam fecerunt ueraciter dicendo: *Dimitte nobis, sicut et nos dimittimus,* et sine murmuratione dando? Hilarem enim datorem diligit Deus. Denique sanctus Iacobus iam ex isto loco de misericordiae operibus loquitur, ut, quos uehementer illa sententia terruerat, consoletur, cum admonet, quomodo etiam peccata cotidiana, sine quibus hic non uiuitur; cotidianis remediis expientur, ne homo, qui cum in uno offenderit, fiat omnium reus, in multis

se hace reo de todos, quebrantando muchos *(pues en muchas cosas tropezamos todos)*, vaya poco a poco recogiendo un gran montón de culpa o reato que lleve al tribunal de tan gran juez y no halle la misericordia que él no tuvo. Quiere más bien el apóstol que, dando y perdonando, merezca el hombre que se le perdonen a él los pecados y se le dé lo prometido.

21. Muchas cosas te he dicho aquí, con que tal vez te he acarreado aburrimiento, pues son cosas que, aun aprobándolas, no esperas aprenderlas, cuando estás acostumbrado a enseñarlas. Ahora bien, si hay algo en todo ello, por lo que al fondo se refiere—del estilo con que lo he explicado no me preocupo gran cosa—, si hay algo, digo, que ofenda a tu erudición, yo te suplico que me contestes advirtiéndomelo y no te sea molesto corregirme. Infeliz es a la verdad quien no honra como es razón tantos y tan santos trabajos de tus estudios y no da gracias por ellos al Señor, Dios nuestro, por cuyo don eres el que eres. Por mi parte, con más gusto debo aprender de quienquiera lo que por mi desgracia no sé, que no abalanzarme a enseñar a quienquiera lo que sé. ¡Pues con cuánta mayor justicia te pido a ti esta deuda de caridad, a ti por cuya ciencia, en el nombre y con la ayuda del Señor, han adelantado las letras de la Iglesia en lengua latina cuanto jamás pudieron adelantar antes! Pero, sobre todo, si tu caridad sabe otro modo mejor de exponer esa sentencia: *El que guardare toda la ley, pero quebrantare un solo mandamiento, se ha hecho reo de todos*, por el Señor te suplico te dignes comunicármelo.

offendendo, quia *in multis offendimus omnes*, magnum aggerem reatus sui minutatim collectum ad tribunal tanti iudicis peruehat et eam, quam non fecit, misericordiam non inueniat, sed potius dimittendo atque donando mereatur sibi dimitti debita reddique promissa.

21. Multa dixi, quibus tibi taedium fortassis inferrem, qui haec, quae tamen adprobas, non expectas discere, quia ea docere consuesti. Si quid autem est in eis, quantum ad res ipsas pertinet—nam, quali eloquio explicata sint, non nimis curo—, si quid ergo est in eis, quod eruditionem offendat tuam, quaeso, ut rescribendo admoneas et me corrigere non graueris. Infelix est enim, qui non tantos et tam sanctos tuorum studiorum labores et digne honorat et de his Domino Deo nostro cuius munere talis es, gratias agit. Vnde cum libentius debeam a quolibet discere, quod inutiliter ignoro quam promptius quoslibet docere quod scio, quanto iustius hoc abs te caritatis debitum flagito, cuius doctrina in nomine et adiutorio Domini tantum in Latina lingua ecclesiasticae litterae adiutae sunt, quantum numquam antea potuerunt! Maxime tamen, istam sententiam: *Quicumque totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus*, si quo alio modo melius exponi posse nouit dilectio tua, per Dominum obsecro, uti nobiscum communicare digneris.

133 A CTESIFONTE

1. No ha sido audacia, como falsamente imaginas, sino amor y celo, que me hayas enviado nueva cuestión nacida de la antigua, la cual, antes de tu carta, había engañado ya a muchos en Oriente, para que, so capa de humildad, aprendieran la soberbia y dijeran con el diablo: *Al cielo subiré, sobre las estrellas del cielo pondré mi trono, seré semejante al Altísimo* (Is 14,13s). Pues ¿qué mayor temeridad puede haber que arrogarse no diré la semejanza, sino la igualdad con Dios, y abarcar en breve sentencia los venenos de todos los herejes que han manado de las fuentes de los filósofos, y señaladamente de Pitágoras y Zenón, cabeza de los estoicos? Efectivamente, las que llaman los griegos *pathe* y nosotros podemos traducir por perturbaciones o pasiones, por ejemplo, la tristeza y la alegría, la esperanza y el temor, de las que dos tienen por objeto lo presente y dos lo futuro, afirman ellos que pueden ser extirpadas de las almas y no quedar de todo punto en el hombre fibra ni raíz alguna de vicios gracias a la meditación y asiduo ejercicio de las virtudes. Contra ellos disputan acérrimamente los peripatéticos, que descienden de la fuente de Aristóteles, y los nuevos académicos, a los que sigue Tulio (cf. Cic., *De off.* III 26). Y echan por tierra no el fondo, que no tienen, sino sus sombras y deseos. Tanto valdría eso, en efecto, como sacar al hombre del hombre y querer que quien está en el cuerpo no tenga cuerpo. Eso es más desear que sentar doctrina. Ahí está el Apóstol, que dice: *¡Infortunado de mí! ¿Quién me librará de este cuerpo mortal?* (Rom 7,24). Y como una breve carta no

133 AD CTESIPHONTEM

1. Non audacter, ut falso putas, sed amanter studioseque fecisti, ut nouam mihi ex ueteri mitteres quaestionem, quae ante litteras tuas plerosque in oriente decepit, ut per simulatam humilitatem superbiam discerent et dicerent cum diabolo: *In caelum ascendam, super sidera caeli ponam thronum meum, ero similis altissimo.* Quae enim potest alia maior esse temeritas quam Dei sibi non dicam similitudinem sed aequalitatem uindicare et breui sententia omnium hereticorum uenena conplecti, quae de philosophorum et maxime Pythagorae et Zenonis, principis Stoicorum, fonte manarunt? Illi enim, quae Graeci appellant πάθη nos perturbationes possumus dicere, aegritudinem uidelicet et gaudium, spem et metum, quorum duo praesentia, duo futura sunt, adserunt extirpari posse de mentibus et nullam fibram radicemque uitiorum in homine omnino residere meditatione et adsidua exercitatione uirtutum. Aduersum quos et Peripatetici, qui de Aristotelis fonte descendunt, fortissime disputant et Academici noui, quos Tullius sequitur, et eorum non dico res—quae nullae sunt—sed umbras et uota subuertunt. Hoc est enim hominem ex homine tollere et in corpore constitutum esse sine corpore et optare potius quam docere dicente apostolo: *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore*

puede abarcarlo todo, sólo te indicaré por encima lo que has de evitar. Ahí entra aquello de Virgilio:

«De aquí viene el temor, de aquí el deseo,
de aquí dolor y gozo y su ceguera
para la pura luz, pues encerradas
entre nieblas están y oscura cárcel».
(VIRG., *Aen.* 6,733s.)

¿Quién es, en efecto, capaz de no saltar de gozo ni contraerse de tristeza, no exaltarse por esperanza ni espantarse por el miedo? De ahí también que Flaco, gravísimo poeta, escriba en la sátira:

«Nadie sin vicios nace; por señero
al que mínimos tiene reputamos».
(HORAT., *Sat.* I 3,68s.)

2. Hermosamente dice uno de los nuestros: «Los filósofos, padres primeros de los herejes (TERTUL., *Adu. Herm.* c.8 fin.; cf. ID., *De praesc. haer.* c.7), han mancillado la pureza de la Iglesia, hasta el punto de ignorar lo que se dijo de la humana fragilidad: *¿De qué se ensoberbece el polvo y la ceniza?* (Eccli 10,9). Más que más, cuando el mismo Apóstol dice: *Veo en mis miembros otra ley que combate la ley de mi espíritu y que me lleva cautivo* (Rom 7,23). Y otra vez: *Porque no hago lo que quiero, sino que ejecuto lo que no quiero* (Rom 7,19). Si el Apóstol ejecuta lo que no quiere, ¿cómo puede sostenerse eso que se dice: poder el hombre estar sin pecado con sólo que quiera? ¿De qué manera puede ser lo que quiera, cuando el Apóstol afirma no po-

mortis huius? Et quia epistolaris breuitas non potest omnia conprehendere, strictim tibi uitanda describam. Unde et illud Vergilianum est:

«Hinc metuunt cupiuntque, dolent gaudentque neque auras
dispiciunt clausae tenebris et carcere caeco».

Quis enim potest aut non gestire gaudio aut maerore contrahi aut spe extolli aut timore terreri? Quam ob rem et grauissimus poeta Flaccus scribit in satira:

«Nam uitiis nemo sine nascitur; optimus ille est,
qui minimis urgetur».

2. Pulchre quidam nostrorum ait: «Philosophi, patriarchae hereticorum», ecclesiae puritatem peruersa maculauere doctrina, ut nesciant illud dictum de humana fragilitate: *Quid gloriatur terra et cinis?* Praesertim cum idem apostolus dicat: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et ducentem me in captiuitatem* et iterum: *Non enim, quod uolo, hoc ago, sed, quod nolo, illud operor.* Si, quod non uult, operatur, quomodo stare potest hoc, quod dicitur, posse hominem sin peccato esse, si uelit? Qua ratione potest esse, quod uelit, cum apostolus adserat se, quod cupiat, inplere non posse? Cumque ab eis quae-

der cumplir lo que desea? Si luego les preguntamos quiénes sean esos que piensan estar sin pecado, tratan con nuevo rodeo de eludir la verdad y dicen que no dicen quiénes estén o hayan estado, sino quiénes pueden estar. Egregios maestros que dicen poder ser lo que demuestran no haber sido nunca, pues dice la Escritura: *Todo lo que ha de ser ya ha sido en el tiempo pasado* (Eccle 1, 9-10). Tampoco tengo ahora necesidad de ir recorriendo uno por uno los santos y señalar, como en cuerpo muy hermoso, algún que otro lunar y manchas, como lo hacen, con simpleza, la mayoría de los nuestros. Bastan unas cuantas breves sentencias de las Escrituras para rebatir los argumentos de los herejes y, de rechazo, los de los filósofos. ¿Qué dice, efectivamente, el vaso de elección? *Dios los encerró a todos bajo llave del pecado, a fin de compadecerse de todos* (Rom 11,32). Y en otro lugar: *Porque todos han pecado y carecen de la gloria de Dios* (Rom 3,23). También el Eclesiastés, por quien se cantó a sí misma la sabiduría, libremente proclama y dice: *No hay hombre justo sobre la tierra que haga el bien y no peque* (Eccle 7,20). Y otra vez: *Cuando pecare el pueblo—pues no hay hombre que no peque* (3 Reg 8,46). Y: *¿Quién se jactará de tener el corazón limpio?* (Prov 20,9). Y: *Nadie hay limpio de mancha, aunque su vida no fuera más que de un solo día sobre la tierra* (Iob 14,4-5). De ahí que diga también David: *Mira que fui concebido en iniquidades y en pecados me concibió mi madre* (Ps 50,7). Y en otro salmo: *No se justificará en tu acatamiento ningún viviente* (Ps 142,2). Este texto tratan de burlarlo, so capa de piedad, con peregrina argumentación. Dicen, en efecto, que, en parangón con Dios, no hay

ramus, qui sint illi, quos absque peccato putent, noua stropha eludere cupiunt ueritatem, se non eos dicere, qui sint uel fuerint, sed qui esse possint. Egregii doctores dicunt esse posse, quod numquam fuisse demonstrant dicente scriptura: *Omne, quod futurum est, iam factum est in priore tempore.* Neque nunc mihi necesse est ire per singulos sanctorum et quasi in corpore pulcherrimo naeuos quosdam et maculas demonstrare, quod plerique nostrorum simpliciter faciunt, cum paucis sententiolis scripturarum possint hereticorum et per eos philosophorum argumenta conuinci. Quid enim dicit uas electionis? *Conclusit Deus omnia sub peccato, ut omnium misereatur.* Et alio loco: *Omnes enim peccauerunt et indigent gloria Dei.* Ecclesiastes quoque, per quem se cecinit ipsa sapientia, libere protestatur et dicit: *Non est homo iustus super terram, qui faciat bonum et non peccet,* et iterum: *Si peccauerit populus; non est enim homo, qui non peccet,* et: *Quis gloriabitur castum se habere cor?* et: *Non est mundus a sorde, nec si unius diei fuerit uita eius.* Vnde et Dauid: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in delictis concepit me mater mea* et in alio psalmo: *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.* Quod testimonium sub nomine pietatis noua argumentatione deludunt. Aiunt enim ad conparationem Dei nullum esse perfectum, quasi scriptura hoc dixerit; neque enim ait: «Non iustificabitur ad conparatio-

nadie perfecto. Como si la Escritura hubiera dicho eso. Porque no dice: «No se justificará parangonado contigo ningún viviente», sino: *No se justificará en tu acatamiento ningún viviente.* Al decir: *en tu acatamiento,* da a entender que aun los que a los ojos de los hombres parecen santos, para la ciencia y conocimiento de Dios no lo son en modo alguno. Y es así que *el hombre ve en la cara, pero Dios penetra el corazón* (1 Reg 16,7). Ahora bien, si a la mirada de Dios, que todo lo contempla y a quien no fallan los recovecos del corazón, no hay nadie santo, claramente se demuestra que los herejes no tratan de levantar al hombre a las nubes, sino de mermar el poder de Dios. Si quisiera reunir los muchos otros textos de las Escrituras a este propósito, sobrepasaría la medida, no digo de una carta, sino de un libro.

3. Nada nuevo afirman los que, lisonjeándose a sí mismos en tamaña perfidia, engañan, sí, a los sencillos e ignorantes, pero no pueden meter dado falso a los hombres de la Iglesia que, día y noche, meditan la ley del Señor. Avergüéncense de sus cabecillas y compañeros, que dicen poder el hombre, con sólo que quiera, estar sin pecado, lo que llaman los griegos ἀναμάρτητον. Y como esto no lo pueden aguantar los oídos de las iglesias de Oriente, fingen que dicen, sí, «sin pecado», pero que no se atreverían a decir *anamárteton.* Como si una cosa fuera «sin pecado» y otra *anamárteton;* pero la verdad es que el latín ha expresado por dos palabras el término griego, que es compuesto. Ahora bien, si dices «sin pecado» y niegas decir *anamárteton,* condena a los que predican *anamárteton.* Pero no lo haces. Porque sabes lo que por dentro enseñas a tus discípulos, hablando por la boca una cosa y

nem tui omnis uiuens», sed: *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.* Quando enim dicit in conspectu tuo, hoc intellegi uult, quod etiam, qui hominibus sancti uidentur, Dei scientiae atque notitiae nequaquam sancti sint. *Homo enim uidet in facie, Deus in corde.* Sin autem inspiciente Deo et omnia contemplante, quem cordis arcana non fallunt, nullus est iustus, perspicue ostenditur hereticos non hominem in excelsa sustollere, sed Dei potentiae derogare, multaque alia, quae si de scripturis sanctis uoluero congregare, non dicam epistulae, sed uoluminis quoque excedam modum.

3. Nihil noui adserunt, qui in huiusce modi sibi adplaudentes perfidia simplices quidem indoctosque decipiunt, sed ecclesiasticos uiros, qui in lege Dei die ac nocte meditantur, decipere non ualent. Pudeat eos principum et sociorum suorum, qui aiunt posse hominem sine peccato esse, si uelit—quod Graece dicunt ἀναμάρτητον—et, quia hoc ecclesiarum per orientem aures ferre non possunt, simulant se sine peccato quidem dicere, sed ἀναμάρτητον dicere non audere, quasi aliud sit absque peccato et aliud ἀναμάρτητον et non Graecum sermonem, qui apud illos conpositus est, duobus uerbis sermo Latinus expresserit. Si absque peccato dicis et ἀναμάρτητον te dicere diffiteris, damna ergo eos, qui ἀναμάρτητον praedicant. Sed non facis. Nosti enim, quid intrinsecus

ocultando otra en tu conciencia. A nosotros, como a extraños e ignorantes, nos hablas por parábolas; mas a los tuyos les confiesas los misterios (y te jactas de hacerlo de acuerdo con las Escrituras, pues se dice: *Jesús hablaba a la gente por parábolas,* y a los discípulos en casa les dice: *A vosotros se os ha concedido conocer los misterios del reino de los cielos, mas a ellos no se les concede* (Mt 13,10ss). Pero, como decía, voy a citar brevemente los nombres de tus cabecillas y compañeros, para que adviertas de qué congéneres blasonas. Manes dice de sus elegidos, a los que coloca entre los ápsides de Platón, que carecen de todo pecado y, con sólo que no quieran, no pueden pecar; y es que han subido a cimas tan altas de las virtudes, que juegan con las obras de la carne. Prisciliano es en España retoño de Manes; por su torpeza, sus discípulos lo aman muchísimo y, arrogándose la palabra de la perfección y la ciencia, se cierran solos con mujercillas solas y, entre el coito y los abrazos, les cantan y discantan los versos virgilianos:

«Entonces Eter, padre omnipotente,
entre lluvias fecundas baja al seno
de la alegre consorte y, con abrazo inmenso,
inmenso él, crecer hace todo germen».

(VIRG., *Georg.* 2,325ss.)

Estos tienen también parte de la herejía gnóstica de Basílides. Por lo que también vosotros afirmáis que quienes no tienen conocimiento de la ley no pueden evitar los pecados. ¿Para qué hablar de Prisciliano, que fue condenado por la espada secular y por la

discipulos tuos doceas aliud ore commemorans et aliud celans conscientia, nobisque alienis et indoctis loqueris per parabolas, tuis autem mysteria confiteris (et hoc iuxta scripturam te facere iactas, quia dictum est: *Turbis Iesus in parabolis loquebatur* et ad discipulos in domo dicit: *Vobis datum est scire mysteria regni caelorum, illis autem non est datum)*. Sed, ut dicere coeperam, exponam breuiter principum et sociorum tuorum nomina, ut animaduertas, qualium consortium glorieris. Manicheus electos suos, quos inter ψίδας Platonis in caelestibus conlocat, dicit omni carere peccato nec, si uelint, posse peccare; ad tanta enim eos uirtutum culmina transcendisse, ut carnis operibus inludant. Priscillianus in Hispania pars Manichei, de turpitudine cuius te discipuli diligunt plurimum uerbum perfectionis et scientiae sibi temere uindicantes; solis cum solis clauduntur mulierculis et illud eis inter coitum amplexusque decantant:

«Tum pater omnipotens fecundis imbribus aether
coniugis in gremium laetae descendit et omnis
magnus alit magno commixtus corpore fetus».

Qui quidem et partem habent Gnosticae hereseos de Basilidis inpietate uenientem. Vnde et uos adseritis eos, qui absque legis scientia sint, peccata uitare non posse. Quid loquar de Priscilliano, qui et saeculi gladio et totius orbis auctoritate damnatus est? Euagrius Ponticus Hiborita, qui

autoridad de todo el orbe? Evagrio del Ponto, iborita, que escribe a las vírgenes, escribe a los monjes, escribe a aquella cuyo nombre, tomado de la negrura, atestigua las tinieblas de su perfidia, publicó un libro de sentencias sobre la *apátheia,* que nosotros podemos traducir por impasibilidad o imperturbabilidad, cuando el ánimo no se conmueve por pensamiento ni vicio alguno y—para decirlo sencillamente—es una roca o un dios. Los libros de Evagrio, en griego, por Oriente, y en latín en Occidente, gracias a la traducción de su discípulo Rufino, son leídos y releídos por muchos. También escribió un libro como de monjes, y en él menciona a muchos que jamás existieron, y los que describe como existentes no cabe duda que fueron origenistas y condenados por los obispos. Tales Ammonio, Eusebio, Eutimio y el mismo Evagrio, así como Or e Isidoro, y muchos otros que fuera largo enumerar. Y siguiendo aquello de Lucrecio:

«Y cual suele a los niños el amargo
ajenjo administrarse, que los labios
con licor dulce y rubio se untan antes»
(LUCR., 1,935-937),

así él puso a solo Juan en el comienzo mismo de su libro, de quien no cabe duda que fue católico y santo, y así, so pretexto de aquél, introducir en la Iglesia a los otros que fueron herejes. Pero ¿quién podrá explicar con las palabras que convendría su temeridad o, por mejor decir, su insania al atribuir, con modificación del nombre, un libro de Sexto el pitagórico a Sixto, mártir y obispo de la Iglesia de Roma? En ese libro, siguiendo la doctrina de los pita-

scribit ad uirgines, scribit ad monachos, scribit ad eam, cuius nomen nigredinis testatur perfidiae tenebras, edidit librum et sententias περὶ ἀπαθείας quam nos inpassibilitatem uel inperturbationem possumus dicere, quando numquam animus ulla cogitatione et uitio commouetur et—ut simpliciter dicam—uel saxum uel Deus est. Huius libros per orientem Graecos et interpretante discipulo eius Rufino Latinos plerique in occidente lectitant. Qui librum quoque scripsit quasi de monachis multosque in eo enumerat, qui numquam fuerunt et quos fuisse describit Origenistas et ab episcopis damnatos esse non dubium est, Ammonium uidelicet et Eusebium et Euthymium et ipsum Euagrium, Or quoque et Isidorum et multos alios, quos enumerare taedium est. Et iuxta illud Lucretii:

«Ac ueluti pueris absinthia taetra medentes cum damus, prius ora circum inlinimus dulci mellis flauoque liquore»,

ita ille unum Iohannem in ipsius libri posuit principio, quem et catholicum et sanctum fuisse non dubium est, ut per illius occasionem ceteros, quos posuerat hereticos, ecclesiae introduceret. Illam autem temeritatem, immo insaniam eius, quis possit digno explicare sermone, quod librum Sexti Pythagorei, hominis absque Christo atque ethnici, inmutato nomine Xysti, martyris et Romanae ecclesiae episcopi, praenotauit? In quo iuxta

góricos, que igualan al hombre con Dios y dicen ser de su sustancia, se habla mucho de la perfección, de modo que los que no conocen el libro, bajo el nombre de mártir, pueden beber de la áurea copa de Babilonia (Ier 51,7). Finalmente, en el libro mismo, no se hace mención alguna de los profetas, ni de los patriarcas, ni de los apóstoles, ni de Cristo, de manera que porfía en que sea un obispo y mártir sin la fe de Cristo. De ahí tomáis vosotros muchísimos textos contra la Iglesia. Lo mismo había hecho con el nombre del santo Pánfilo mártir, atribuyéndole el primero de los seis libros en defensa de Orígenes, que son de Eusebio de Cesarea, y nadie ignora que éste fue arriano. De esta manera podía verter en los oídos latinos aquellos cuatro egregios libros de Orígenes *Peri archôn.* ¿Quieres conocer todavía otro príncipe de tu error? Tu doctrina es un retoño de Orígenes. Efectivamente, en aquel salmo—para no citar otros pasajes—en que se escribe: *Además, hasta en la noche me instruyeron mis riñones* (Ps 15,7), dice que el varón santo, a cuyo número tú perteneces, ni siquiera por la noche sufre lo que sufre un hombre, ni es molestado por pensamiento alguno de vicios. Y no tienes por qué avergonzarte de la compañía de tales hombres, rechazando los nombres de aquellos a cuyas doctrinas te adhieres. La segunda cuestión de Joviniano es disciplina de tu ingenio. Lo que allí respondí a él, tenlo por respondido a ti, pues no cabe salida distinta cuando la sentencia es la misma.

4. Siendo esto así, ¿qué quieren esas mujerzuelas, cargadas de pecados, *que son traídas y llevadas por todo viento de doctrina,*

dogma Pythagoricum, qui hominem exaequant Deo et de eius dicunt esse substantia, multa de perfectione dicuntur ut, qui uolumen philosophi nesciunt, sub martyris nomine bibant de aureo calice Babylonis. Denique in ipso uolumine nulla prophetarum, nulla patriarcharum, nulla apostolorum, nulla Christi fit mentio, ut episcopum et martyrem sine Christi fide fuisse contendat. Vnde et uos plurima contra ecclesiam usurpatis testimonia. Fecerat hoc et in sancti Pamphili martyris nomine, ut librum primum sex librorum defensionis Origenis Eusebii Caesariensis, quem fuisse Arrianum nemo qui nesciat, unum Pamphili praenotaret, quo scilicet egregia illa quattuor Origenis περὶ ἀρχῶν uolumina Latinis infunderet auribus. Vis adhuc et alium nosse erroris tui principem? Doctrina tua Origenis ramusculus est. In eo enim psalmo, ubi scriptum est—ut de ceteris taceam—: *Insuper et usque ad noctem erudierunt me renes mei,* adserit uirum sanctum, de quorum uidelicet et tu numero es, cum ad uirtutum uenerit summitatem, ne in nocte quidem ea pati, quae hominum sunt, nec cogitatione uitiorum aliqua titillari. Nec erubescas de societate talium rennuens eorum nomina, quorum blasphemiis iungeris. Iouiniani secunda quaestio tui ingenii disciplina est. Quicquid illi responsum est, tibi responsum credito. Nec fieri potest, ut diuersus sit eorum exitus, quorum est una sententia.

4. Cum haec se ita habeant, quid uolunt miserae mulierculae oneratae peccatis, *quae circumferuntur omni uento doctrinae semper discentes et*

que están siempre aprendiendo y jamás llegan al conocimiento de la verdad? (2 Tim 3,6-7). ¿Qué quieren los otros compañeros de mujerzuelas, que sienten picazón en los oídos e ignoran lo que oyen y lo que hablan? Un cieno vetustísimo lo toman por ungüento nuevo y, según Ezequiel (13,10), jarrean la pared con barro, para que, viniendo la lluvia de la verdad, se deshaga. Simón Mago fundó una herejía ayudado por la ramera Helena. Nicolao, antioqueno, inventor de todas las inmundicias, dirigió danzas de mujeres. Marción envió por delante a Roma a una mujer, que le preparara los ánimos de las engañadas. Apeles tuvo a Filumena por compañera de sus doctrinas. Montano, predicador del espíritu inmundo, por medio de Prisca y Maximila, nobles y opulentas mujeres, corrompió primero por el oro y manchó luego con la herejía a muchas iglesias. Dejo lo antiguo y paso a lo más reciente. Arrio, para apoderarse del orbe, engañó primero a la hermana del emperador. Donato, en Africa, fue ayudado por las riquezas de Lucila en su empeño de manchar con aguas fétidas a cualquier infortunado. En España, Agape guió a Elpidio, una mujer a un hombre, y una ciega llevó a un ciego a la hoya (cf. Mt 15,14). Sucesor suyo fue Prisciliano, estudiosísimo del mago Zoroastro, que de mago fue hecho obispo y al que se juntó Gala, no de nación, sino de nombre. Esta dejó heredera de otra herejía semejante a una hermana que corría de acá para allá. También ahora se opera el misterio de la iniquidad. El doble sexo suplanta al uno y al otro, y nos vemos forzados a citar aquello del profeta: *Perdiz que empolla huevos ajenos es el que allega riquezas sin juicio. A la mitad*

numquam ad scientiam ueritatis peruenientes et ceteri muliercularum socii prurientes auribus et ignorantes, quid audiant, quid loquantur, qui uetustissimum caenum quasi nouam suscipiunt temperaturam, qui iuxta Hiezechihel liniunt parietem absque temperamento, qui superueniente ueritatis pluuia dissipatur? Simon Magus heresin condidit Helenae meretricis adiutus auxilio. Nicolaus Antiochenus, omnium inmunditiarum repertor, choros duxit femineos. Marcion Romam praemisit mulierem, quae deceptarum sibi animos praepararet. Apelles Philumenen suarum comitem habuit doctrinarum. Montanus, inmundi spiritus praedicator, multas ecclesias per Priscam et Maximillam, nobiles et opulentas feminas, primum auro corrupit, dein heresi polluit. Dimittam uetera, ad uiciniora transcendam. Arrius, ut orbem caperet, sororem principis ante decepit. Donatus, per Africam ut infelices quosque fetentibus pollueret aquis, Lucillae opibus adiutus est. In Hispania Agape Elpidium, mulier uirum, caecum caeca duxit in foueam successoremque sui Priscillianum habuit Zoroastris magi studiosissimum et ex mago episcopum, cui iuncta Galla non gente sed nomine germanam huc illucque currentem alterius et uicinae hereseos reliquit heredem. Nunc quoque mysterium iniquitatis operatur; duplex sexus utrumque supplantat, ut illud propheticum cogamur adsumere: *Clamauit perdix, congregauit, quae non peperit, faciens diuitias suas non*

de los días será abandonado y su término será el de un necio (Ier 17,11).

5. En cuanto a lo que posteriormente añadieron a esta sentencia para engañar a cualquiera: «No sin la gracia de Dios», a prima faz engaña al lector; pero, si se lo mira por dentro y se ventila bien, no puede engañar a nadie. Y es así que de tal modo ponen la gracia de Dios, que no nos esforzamos y regimos por su auxilio en cada una de las obras, sino que lo refieren al libre albedrío y a los preceptos de la ley, para lo que alegan aquello de Isaías: *Porque Dios dio la ley para ayuda* (Is 8,20). De modo que hay que dar gracias a Dios de habernos creado tales que podamos, a nuestro albedrío, escoger lo bueno y evitar lo malo. Y no se percatan, al hablar así, que por su boca silba el diablo una blasfemia insoportable. Y es así que, si la gracia de Dios se cifra en que nos creó con propia voluntad y nos contentamos con el libre albedrío y ya no necesitamos de su auxilio; pues, de necesitarlo, se quebraría el libre albedrío, síguese que no tenemos ya por qué orar para nada ni tratar de ablandar con nuestras súplicas la clemencia divina para recibir cada día lo que, una vez recibido, está en nuestro poder. Tales hombres suprimen la oración y, por el libre albedrío, se jactan de haber sido hechos no hombres de propia voluntad, sino de poder de Dios, que no necesita de la ayuda de nadie. ¡Afuera, pues, los ayunos y toda mortificación! ¿Qué necesidad tengo yo de trabajar para recibir por mi esfuerzo lo que una vez por todas ha entrado en mi potestad? Y esto que digo no es argumento mío; uno de sus discípulos o, por mejor decir, maestro ya y capitán de todo el ejército y, al revés del Após-

cum iudicio. In dimidio dierum derelinquent eum et nouissimum eius erit insipiens.

5. Illud uero, quod ad decipiendos quosque postea huic sententiae coaptarunt: «Non absque Dei gratia», cum prima legentes fronte decipiat, introspectum et diligentissime uentilatum decipere non potest. Ita enim Dei gratiam ponunt, ut non per singula opera eius nitamur et regamur auxilio, sed ad liberum referunt arbitrium et ad praecepta legis ponentes illud Isaiae: *Legem enim in adiutorium dedit Deus,* ut in eo Deo referendae sint gratiae, quod tales nos condiderit, qui nostro arbitrio possimus et eligere bona et uitare mala. Et non intellegunt ista dicentes, quod per os eorum intolerabilem blasphemiam diabolus sibilet. Si enim in eo tantum Dei est gratia, quod propriae nos condidit uoluntatis et libero arbitrio contenti sumus, nec ultra eius indigemus auxilio, ne, si indigerimus, liberum frangatur arbitrium, ergo nequaquam ultra orare debemus nec illius clementiam precibus flectere, ut accipiamus cotidie, quod semel acceptum in nostra est potestate. Istius modi homines tollunt orationem et per liberum arbitrium non homines propriae uoluntatis sed Dei potentiae factos esse se iactant, qui nullius ope indiget. Tollantur et ieiunia omnisque continentia. Quid enim mihi necesse est laborare, ut accipiam per industriam, quod semel meae factum est potestatis? Hoc, quod dico,

tol, vaso de perdición, discurriendo por los zarzales de sus solecismos y no—como blasonan sus secuaces—de sus silogismos, filosofa y argumenta así: «Si nada hago sin el auxilio de Dios y en cada obra es suyo todo lo que hago, síguese que no seré coronado yo, que trabajo, sino el auxilio de Dios en mí, y en balde me dio el poder del arbitrio o albedrío, que no puedo cumplir si El, en cada momento, no me ayudare. Y es así que la voluntad que necesita de la ayuda de otro queda destruida. Ahora bien, Dios nos ha dado el libre albedrío, que no puede ser libre de otro modo, sino haciendo yo lo que quisiere. Por lo tanto, o uso de una vez de la potestad que me ha sido dada, a fin de que se salve el libre albedrío, o, si necesito de la ayuda de otro, queda en mí destruida la libertad del albedrío.»

6. El que esto dice, ¿qué blasfemia no excede? ¿Qué veneno de herejes no sobrepuja? Afirman que, por el libre albedrío, ya no necesitan a Dios para nada, e ignoran que está escrito: *¿Qué tienes que no lo hayas recibido? Y si lo has recibido, ¿a qué alardeas como si no lo hubieras recibido?* (1 Cor 4,7). ¡Da a Dios muchas gracias el que, por el libre albedrío, es rebelde contra Dios! También nosotros lo admitimos de buena gana, pero sólo a condición de dar siempre gracias al dador y saber que nada somos si El mismo no guarda en nosotros lo que nos dio. Como dice el Apóstol: *No es cosa del que quiere ni del que corre, sino de Dios, que se compadece* (Rom 9,10). El querer y el correr es mío; pero lo mismo que es mío, no lo sería sin el auxilio de Dios. Y es así que dice el Apóstol: *Dios es el que opera en vosotros el querer y el acabar* (Phil 2,13). Y el Salvador en el evangelio: *Mi Pa-*

non est meum argumentum; unus discipulorum eius, immo iam magister et totius ductor exercitus et contra apostolum uas perditionis, per soloecismorum et non—ut sui iactitant—syllogismorum spineta decurrens sic philosophatur et disputat: «Si nihil ago absque Dei auxilio et per singula opera illius est omne, quod gessero, ergo non ego, qui laboro, sed Dei in me auxilium coronabitur frustraque dedit arbitrii potestatem, quod inplere non possum, nisi ipse me semper adiuuerit. Destruitur enim uoluntas, quae alterius ope indiget. Sed liberum dedit arbitrium Deus, quod aliter liberum non erit, nisi fecero, quod uoluero. Ac per hoc aut utor semel potestatem, quae mihi data est, ut liberum seruetur arbitrium, aut si alterius ope indigeo, libertas in me arbitrii destruitur».

6. Qui haec dicit, quam non excedit blasphemiam? Quae hereticorum uenena non superat? Adserunt se per arbitrii libertatem nequaquam ultra necessarium habere Deum et ignorant scriptum: *Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Magnas Deo agit gratias, qui per arbitrii libertatem rebellis in Deum est! Quam nos libenter amplectimur, ita dumtaxat, ut agamus semper gratias largitori sciamusque nos nihil esse, nisi, quod donauit, in nobis ipse seruauerit dicente apostolo: *Non est uolentis neque currentis sed miserentis Dei.* Velle et currere meum est, sed ipsum meum sine Dei auxilio non

dre trabaja hasta ahora, y yo también trabajo (Io 5,7). El es siempre generoso, El da siempre. No me basta que me haya dado una vez; tiene que estar dándome siempre. Pido para recibir, y, ya que he recibido, pido de nuevo. Soy avaro para recibir los beneficios de Dios; ni El se cansa de dar ni yo me harto de recibir. Cuanto más bebo, más sed tengo, pues he leído que canta el salmista: *Gustad y ved lo dulce que es el Señor* (Ps 33,9). Todo bien que tenemos es un gustar al Señor. Cuando pensare que he llegado a la meta de las virtudes, entonces estaré en el comienzo. *Porque el comienzo de la sabiduría es el temor del Señor* (Ps 110,10), y el temor es echado fuera y destruido por la caridad (1 Io 4,18). La sola perfección que cabe en los hombres es reconocer que son imperfectos. *Y vosotros,* dice el Señor, *cuando hubiereis hecho todo lo que se os ha mandado, decid: Siervos somos sin provecho. Hemos hecho lo que teníamos que hacer* (Lc 17,10). Pues si es sin provecho el que lo ha hecho todo, ¿qué habrá que decir del que no fue capaz de cumplirlo? De ahí que diga el Apóstol que en parte ha recibido y en parte ha logrado lo que quiere, y que todavía no es perfecto. Olvídase más bien de lo pasado y se tiende hacia lo por venir (Phil 3,12-13). El que se olvida de lo pasado y echa menos lo por venir, da bien a entender que no está contento con lo presente.

En cuanto a lo que cacarean en todos los tonos, que nosotros destruimos el libre albedrío, sepan, por lo contrario, ser ellos los que destruyen la libertad del albedrío al abusar de él contra el beneficio del que se lo ha dado. ¿Quién destruye el albedrío: el

erit meum. Dicit enim idem apostolus: *Deus est, qui operatur in uobis et uelle et perficere,* et saluator in euangelio: *Pater meus usque modo operatur et ego operor.* Semper largitor semperque donator est. Non mihi sufficit, quod semel dedit, nisi semper dederit. Peto, ut accipiam, et cum accepero, rursum peto. Auarus sum ad accipienda beneficia Dei nec ille deficit in dando nec ego satior in accipiendo. Quanto plus bibero, tanto plus sitio. Legi enim psalmistae uoce cantari: *Gustate et uidete, quoniam suauis est Dominus.* Omne, quod habemus bonum, gustus est Domini. Cum me putauero ad calcem peruenisse uirtutum, tunc habebo principium. *Principium enim sapientiae timor Domini,* qui expellitur atque destruitur caritate. Haec est in hominibus sola perfectio, si inperfectos esse se nouerint. *Et uos,* inquit, *cum omnia feceritis, dicite: Serui inutiles sumus: Quod debuimus facere, fecimus.* Si inutilis est, qui fecit omnia, quid de illo dicendum est, qui explere non potuit? Vnde et apostolus ex parte accepisse et ex parte conprehendisse se dicit et necdum esse perfectum, praeteritorum obliuisci et in futurum se extendere. Qui semper praeteritorum obliuiscitur et futura desiderat, ostendit se praesentibus non esse contentum.

Quod autem sursum deorsum iactitant liberum a nobis arbitrium destrui, audiant e contrario eos arbitrii destruere libertatem qui male eo abutuntur aduersum beneficium largitoris. Quis destruit arbitrium? Ille,

que da siempre gracias y cuanto fluye en su riachuelo lo refiere a la fuente, o el que dice: «*Apártate de mí, porque soy limpio* (Is 65,5), no tengo necesidad de ti? Me diste una vez por todas el libre albedrío, la libertad de albedrío, para que haga lo que me diere la gana. ¿A qué entrometerte de nuevo, de modo que nada pueda hacer si tú no completas en mí tus dones?» Fraudulentamente pones por delante la gracia de Dios, para referirla a la condición del hombre y no requerir en cada obra el auxilio de Dios, para que no parezca, claro está, que pierdes el libre albedrío. Y siendo así que desdeñas el apoyo de Dios, ¿cómo buscas los auxilios de los hombres?

7. Escuchad, os ruego, escuchad el sacrilegio: «Si quiero, dice, doblar el dedo, mover la mano, sentarme, estar de pie, andar, pasear, escupir, limpiarme con dos deditos las narices, evacuar el vientre, orinar, ¿me será necesario siempre el auxilio de Dios?» Oye, ingrato, oye más bien, sacrílego, lo que pregona el Apóstol: *Ora comáis, ora bebáis, ora hagáis cualquier otra cosa, hacedlo todo en el nombre del Señor* (1 Cor 10,31). Y aquello de Santiago: *Ahora, pues, los que decís: Hoy o mañana marcharemos a tal ciudad y allí pasaremos un año y negociaremos y ganaremos—los que ignoráis el día de mañana. Porque ¿qué es vuestra vida? Sois, en efecto, una brisa o un vapor, que aparece por un momento y luego se disipa—. Lo que debéis decir es: Si el Señor quisiere y vivimos, haremos esto o lo otro. Ahora, empero, os regocijáis en vuestras soberbias. Toda esa vanagloria es pésima* (Iac 4,13ss). ¿Conque crees que se te hace agravio y se destruye el libre albe-

qui semper agit Deo gratias et, quodcumque in suo fluit riuulo, ad fontem refert, an qui dicit: *Recede a me, quia mundus sum;* non habeo te necessarium. Dedisti enim mihi semel arbitrii libertatem, ut faciam, quod uoluero; quid rursum te ingeris ut nihil possim facere, nisi tu in me tua dona conpleueris? Fraudulenter praetendis Dei gratiam, ut ad conditionem hominis referas et non in singulis operibus auxilium Dei requiras, ne scilicet liberum arbitrium uidearis amittere, et, cum Dei contemnas adminiculum, hominum quaeris auxilia?

7. Audite, quaeso, audite sacrilegium: «Si, inquit, uoluero coruare digitum, mouere manum, sedere, stare, ambulare, discurrere, sputa iacere, duobus digitulis narium purgamenta decutere, releuare aluum, urinam digerere, semper mihi auxilium Dei erit necessarium? Audi, ingrate, immo sacrilege, apostolum praedicantem: *Siue manducatis siue bibitis siue aliud quid agitis, omnia in nomine Domini agite* et illud Iacobi: *Age nunc qui dicitis: Hodie et cras proficiscemur in illam ciuitatem et faciemus illic annum unum et negotiemur et lucremur—qui nescitis de crastino; quae est enim uita uestra? Aura enim estis siue uapor paululum apparens, deinde dissipata—pro eo, quod debeatis dicere: Si Dominus uoluerit et uixerimus, ut faciamus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in superbiis uestris; omnis istius modi gloriatio pessima est.* Iniuriam tibi fieri putas et destrui arbitrii libertatem, si ad Deum semper auctorem

drío si tienes que recurrir siempre a Dios, principio de todo; si has de estar colgado de su voluntad y decir: *Mis ojos siempre en el Señor, porque él sacará mis pies del lazo?* (Ps 24,15). ¿Y por eso te propasas a decir, con lengua temeraria, que cada uno es regido por su libre albedrío? Si se rige por su arbitrio, ¿dónde está el auxilio de Dios? Si no necesita como rector a Cristo, ¿cómo escribe Jeremías: *No está en mano del hombre su camino* (Ier 10,23), y: *Por el Señor son regidos los pasos del hombre?* (Prov 16,9). Dices que los mandamientos de Dios son fáciles y no puedes presentar a nadie que los haya cumplido todos. Respóndeme: ¿Son fáciles o difíciles? Si fáciles, preséntame quien los haya cumplido y por qué canta David en el salmo: *Que forjas dolor en el mandato* (Ps 93,20). Y otra vez: *Por causa de las palabras de tus labios, yo he guardado caminos duros* (Ps 16,4). Y el Señor en el evangelio: *Entrad por la puerta estrecha* (Mt 7,13); y: *Amad a vuestros enemigos;* y: *Orad por los que os persiguen* (Mt 5,44). Pero, si son difíciles, ¿cómo te has atrevido a decir que son fáciles unos mandamientos de Dios que nadie ha cumplido? ¿No te percatas que tus opiniones pugnan unas contra otras? Porque o los mandamientos son fáciles, y entonces ha de haber muchedumbre infinita que los haya cumplido, o son difíciles, y entonces temerariamente has dicho ser fácil lo que es difícil.

8. Soléis también decir que o los mandamientos son posibles, y en ese caso están bien dados por Dios, o imposibles, y entonces no tienen culpa los que recibieron los mandamientos, sino el que los dio imposibles. Pero ¿acaso me mandó Dios que sea lo que

recurras, si ex illius pendeas uoluntate et dicas: *Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse eruet de laqueo pedes meos?* Vnde et audes lingua proferre temeraria unumquemque suo arbitrio regi? Si suo regitur arbitrio, ubi est auxilium Dei? Si Christo rectore non indiget, quomodo scribit Hieremias: *Non est in homine uia eius* et: *A Domino gressus hominis diriguntur?* Facilia dicis Dei esse mandata et tamen nullum proferre potes, qui uniuersa conpleuerit. Responde mihi: Facilia sunt an difficilia? Si facilia, profer quis ea inpleuerit et cur Dauid in psalmo canat: *Qui fingis dolorem in praecepto,* et iterum: *Propter uerba labiorum tuorum ego custodiui uias duras,* et Dominus in euangelio: *Intrate per angustam portam,* et: *Diligite inimicos uestros,* et: *Orate pro his, qui persequuntur uos?* Sin autem difficilia, cur ausus es dicere facilia Dei esse mandata, quae nullus inpleuerit? Non intellegis tuas inter se pugnare sententias? Aut enim facilia sunt et infinita est multitudo hominum, qui ea inpleuerint, aut difficilia et temere dixisti esse facile, quod difficile est.

8. Soletis et hoc dicere, aut possibilia esse mandata et recte a Deo data aut inpossibilia et non in his esse culpam, qui accepere mandata, sed in eo, qui dedit inpossibilia. Numquid praecepit mihi Deus, ut essem, quod Deus est, ut nihil inter me esset et Dominum creatorem, ut maior

Dios es, que no haya diferencia entre mí y el Señor creador, que esté por encima de lo más encumbrado de los ángeles, que tenga lo que no tienen los ángeles? De El está escrito como cosa propia: *El que no cometió pecado ni se halló embuste en su boca* (Is 53,9). Si también esto tengo yo de común con Cristo, ¿qué tendrá El como cosa propia? Por otra parte, tu sentencia se destruye por sí misma. Afirmas que el hombre puede estar sin pecado con solo que quiera; y, después de pesadísimo sueño, para engañar a las almas rudas, te esfuerzas en añadir: «No sin la gracia de Dios». Porque, si el hombre puede de una vez estar sin pecado por sí mismo, ¿qué necesidad tiene de la gracia de Dios? Y si nada puede hacer sin la gracia, ¿qué necesidad había de decir que puede lo que no puede? «Puede—dice—estar sin pecado, puede ser perfecto, con solo que quiera». Pero ¿qué cristiano no quiere estar sin pecado, o quién rehusará la perfección si le basta querer y, caso que preceda el querer, se sigue inmediatamente el poder? Tampoco hay ningún cristiano que no quiera estar sin pecado. Luego todos estarán sin pecado, puesto que todos desean estar sin pecado. Y también aquí quedarás cogido, mal de tu grado, pues tú, que no eres capaz de presentar a nadie o alguno muy raro que esté sin pecado, confiesas que todos están sin pecado. «Dios—dice—dio mandamientos posibles». ¿Quién lo niega? Pero cómo haya de entenderse esa sentencia, enséñalo clarísimamente el vaso de elección: *Lo imposible de la ley, en lo que era débil por la carne, Dios, mandando a su Hijo en semejanza de carne pecadora, aun por el pecado condenó al pecado en la carne* (Rom 8,3); y otra vez: *Por las obras de la ley no se justificará hombre alguno*

essem angelorum fastigio, ut haberem, quod angeli non habent? De illo scriptum est quasi proprium: *Qui peccatum non fecit nec dolus inuentus est in ore eius.* Si hoc et mihi commune cum Christo est, quid ille habebit proprium? Alioquin per se tua sententia destruitur. Adseris posse hominem esse sine peccato, si uelit, et post grauissimum somnum ad decipiendas rudes animas frustra conaris adiungere: «Non absque Dei gratia». Si enim semel per se homo potest esse sine peccato, quid necessaria est gratia Dei? Sin autem sine illius gratia nihil potest facere, quid necesse fuit dicere posse, quod non potest? Potest, inquit, esse sine peccato, potest esse perfectus, si uoluerit. Quis enim Christianorum non uult esse sine peccato aut quis perfectionem recusat, si sufficit ei uelle et statim sequitur posse, si uelle praecesserit? Nullusque Christianorum est, qui nolit esse sine peccato: omnes ergo sine peccato erunt, quia omnes cupiunt esse absque peccato. Et in hoc ingratis teneberis, ut, qui aut nullum aut rarum quemque sine peccato proferre potes, omnes absque peccato esse fatearis. Possibilia, inquit, mandata dedit Deus. Et quis hoc negat? Sed quomodo haec sit intellegenda sententia, uas electionis apertissime docet; ait enim: *Quod erat inpossibile legis, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati et de peccato condemnauit peccatum in carne,* et iterum: *Ex operi-*

(Gal 2,16). Y por que no se piense haberse dicho sólo de la ley de Moisés, y no de toda clase de mandamientos que se encierran en nombre único de ley, el mismo Apóstol escribe y dice: *Me complazco ciertamente en la ley de Dios según el hombre interior; pero veo otra ley en mis miembros que combate contra la ley de mi espíritu y me hace prisionero en la ley del pecado, que está en mis miembros. ¡Infeliz de mí! ¿Quién me librará de este cuerpo mortal? La gracia de Dios por Jesucristo nuestro Señor* (Rom 7,22ss). Por qué haya dicho esto, lo muestra en otro pasaje: *Sabemos, en efecto, que la ley es espiritual, pero que soy carnal, vendido al pecado. Y es así que no sé lo que hago. Porque no pongo pór obra lo que quiero, sino que hago lo que aborrezco. Ahora bien, si hago lo que no quiero, convengo en que la ley es buena. Pero lo cierto es que no lo obro yo, sino el pecado que habita en mí. Sé, efectivamente, que en mí, quiero decir, en mi carne, no habita el bien. Porque el querer está en mi mano, pero no hallo el obrar el bien. Y es así que no hago el bien que quiero, sino que pongo por obra el mal que no quiero. Ahora bien, si pongo por obra lo que no quiero, en modo alguno lo pongo yo por obra, sino el pecado que habita en mí* (Rom 7,14-20).

9. Protestarás y dirás que seguimos una doctrina de maniqueos y de los que hacen la guerra a la Iglesia con la distinción de las naturalezas, afirmando ser mala la naturaleza y no poderse en manera alguna modificar. Esto no me lo imputes a mí, sino al Apóstol, quien sabe muy bien que una cosa es Dios y otra el hombre; una la flaqueza de la carne y otra la fortaleza del espí-

bus legis non iustificabitur omnis caro. Quod ne de lege tantum Moysi dictum putes et non de omnibus mandatis, quae uno legis nomine continentur, idem apostolus scribit dicens: *Consentio enim legi Dei iuxta interiorem hominem; uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuantem me in lege peccati, quae est in membris meis. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum, Dominum nostrum.* Cur hoc dixerit, alio sermone demonstrat: *Scimus enim, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato. Quod enim operor, non cognosco. Non enim, quod uolo, hoc operor, sed, quod odi, illud facio. Sin autem, quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniam bona est. Nunc autem nequaquam ego operor illud, sed, quod in me habitat, peccatum. Scio enim, quoniam non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Velle enim adiacet mihi, operari autem bonum non inuenio. Non enim, quod uolo bonum, hoc facio, sed, quod nolo malum, hoc ago. Sin autem, quod nolo ego, hoc facio, nequaquam ego operor illud, sed, quod habitat in me, peccatum.*

9. Reclamabis et dices Manicheorum dogma nos sequi et eorum, qui de diuersis naturis ecclesiae bella concinnant, adserentium malam esse naturam, quae inmutari nullo modo possit. Hoc non mihi sed apostolo inputa, qui nouit aliud esse Deum, aliud hominem, aliam carnis

ritu. *Porque la carne codicia contra el espíritu, y el espíritu contra la carne. Mutuamente se contradicen, de manera que no podemos hacer lo que queremos* (Gal 5,17). De mí jamás oirás ser mala la naturaleza. Ahora, cómo haya de explicarse la fragilidad de la carne, aprendámoslo de la enseñanza del mismo que lo escribió. Pregúntale por qué dijo: *Porque no pongo por obra el bien que quiero, sino que hago el mal que no quiero.* ¿Qué necesidad traba su voluntad, qué tan gran violencia le manda imperiosamente hacer lo digno de odio, de modo que se vea compelido a hacer no lo que quiere, sino lo que no quiere y aborrece? Y te responderá: *¡Oh hombre! ¿Tú quién eres para replicarle a Dios? ¿Acaso el cacharro puede decirle al alfarero: ¿Por qué me has hecho así? ¿O es que el alfarero no puede hacer de la misma masa un vaso para honor y otro para ignominia?* (Rom 9,20s). Levántale a Dios aún más fuerte calumnia: Por qué, cuando Esaú y Jacob estaban aún en el seno de su madre, dijo: *A Jacob he amado y a Esaú he aborrecido* (Mal 1,2-3; Rom 9,13). Acúsalo de iniquidad, por qué Acar, hijo de Carmi, robó algo del botín de Jericó y por su pecado fueron muertos tantos miles de hombres (Ios 7); por qué pecaron los hijos de Helí y por poco fue barrido todo el pueblo y fue hecha cautiva el arca (1 Reg 2-4); pecó David, haciendo recuento del pueblo, y en todo Israel fueron heridos tantos miles (2 Reg 24), y, para terminar—que es lo que suele objetarnos nuestro colega Porfirio—, por qué razón el Dios clemente y misericordioso consintió que, desde Adán a Moisés y desde Moisés hasta Cristo, perecieran todas las naciones por ignorancia de los mandamientos y de la ley de Dios. Porque no vamos a decir que los

fragilitatem, aliam spiritus fortitudinem. *Caro enim desiderat contra spiritum et spiritus contra carnem et haec inuicem sibi aduersantur, ut non, quae uolumus, ipsa faciamus.* A me numquam audies malam esse naturam, sed, quomodo sit carnis fragilitas disserenda, ipso, qui scripsit, docente discamus. Interroga eum, quare dixerit: *Non enim, quod uolo, hoc operor, sed, quod odi malum, illud facio,* quae necessitas illius inpediat uoluntatem, quae tanta uis odio digna imperet facere, ut non, quod uult, sed, quod odit et non uult, facere conpellatur: Respondebit tibi: *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum figulo: Quare me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti de eadem massa aliud quidem uas facere in honorem, aliud autem in contumeliam?* Obice Deo fortiorem calumniam, quare, cum adhuc in utero essent Esau et Iacob, dixerit: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Accusa eum iniquitatis, cur Achar, filius Chari, de Hierichuntina praeda aliqua furatus sit et tanta milia hominum illius uitio trucidata sint, quam ob rem filii Heli peccauerint et omnis paene populus extinctus arcaque sit capta, Dauid peccauit, ut numeraret populum, et cur in toto Israhel tanta hominum caesa sint milia, et ad extremum—quod solet nobis obicere contubernalis uester Porphyrius—qua ratione clemens et misericors Deus ab Adam usque ad Moysen et a Moysi usque ad aduen-

britanos, provincia fértil en tiranos, ni las gentes de Escitia, ni las otras bárbaras naciones a la redonda hasta el mar Océano, conocieran a Moisés y a los profetas. ¿Qué necesidad había de venir en el último tiempo y no antes de que pereciera tanta muchedumbre incontable de hombres? Esta cuestión la ventila inteligentísimamente el bienaventurado Apóstol escribiendo a los romanos (Rom 9). Todo eso tú lo ignoras y lo dejas a la ciencia de Dios. Pues dígnate también ignorar eso que preguntas. Déjale a Dios su poder. No necesita de tu defensa. Yo, miserable, que estoy aguardando tus improperios, que leo constantemente aquello: *Por la gracia os habéis salvado* (Eph 2,8), y lo otro: *Bienaventurados aquellos cuyas iniquidades han sido perdonadas y cuyos pecados están cubiertos* (Ps 31,1), para hablarte de mi fragilidad, sé que quiero muchas cosas que son santas y, sin embargo, no las puedo cumplir—porque la fortaleza del espíritu lleva a la vida, pero la flaqueza de la carne nos retrotrae a la muerte—, y oigo al Señor que nos avisa: *Vigilad y orad, por que no entréis en tentación: porque el espíritu está pronto, pero la carne es flaca* (Mt 26,41).

10. De balde blasfemas y sugieres a los oídos de los ignorantes que nosotros condenamos el libre albedrío. Sea condenado quien lo condene. Por lo demás, los hombres nos diferenciamos de los brutos animales en que hemos sido creados con libre albedrío; pero, como ya he dicho, el albedrío se apoya en el auxilio de Dios y necesita en todo momento de su ayuda, cosa que vosotros no queréis. Para vosotros, el que una vez ha recibido el libre albedrío, ya no necesita que Dios le ayude. El libre albedrío da

tum Christi passus sit uniuersas gentes perire ignorantia legis et mandatorum Dei. Neque enim Britanni, fertilis prouincia tyrannorum, et Scythiae gentes omnesque usque ad oceanum per circuitum barbarae nationes Moysen prophetasque cognouerant. Quid necesse fuit in ultimo uenire tempore et non, priusquam innumerabilis periret hominum multitudo? Quam quaestionem beatus apostolus ad Romanos scribens prudentissime uentilat. Ignoras haec et Dei concedis scientiae; dignare et ista nescire, quae quaeris. Concede Deo potentiam sui, nequaquam te indiget defensore. Ego miserabilis, qui tuas expecto contumelias, qui illud semper lego: *Gratia salui facti estis*, et: *Beati, quorum remissae sunt iniquitates et quorum tecta sunt peccata*, ut de mea fragilitate loquar, noui me multa uelle, quae sancta sunt, et tamen inplere non posse —spiritus enim fortitudo ducit ad uitam, sed carnis fragilitas reducit ad mortem et audio Dominum commonentem: *Vigilate et orate, ne intretis in temptationem. Spiritus promptus, caro autem infirma.*

10. Frustra blasphemas et ignorantium auribus ingeris nos liberum arbitrium condemnare. Damnetur ille, qui damnat. Ceterum nos ab eo differimus brutis animalibus, quod liberi arbitrii conditi sumus, sed ipsum liberum, ut diximus, arbitrium Dei nititur auxilio illiusque per singula ope indiget, quod uos non uultis, ut qui semel liberum habet arbitrium, Deo adiutore non egeat. Liberum arbitrium dat liberam uolun-

la libre voluntad, pero no hace a nadie, de libre, un Dios que no necesite de ayuda alguna. Tú mismo, que echas a los hombres una justicia cabal e igual a Dios y confiesas ser pecador, respóndeme: ¿Quieres o no quieres carecer de pecado? Si quieres, ¿cómo es que, según tu sentencia, no cumples lo que deseas? Si no quieres, demuestras ser despreciador de los mandamientos de Dios. Si eres despreciador, eres sin género de duda pecador. Si pecador, oye lo que te dice la Escritura: *Al pecador le dijo Dios: ¿Por qué tú cuentas mis justicias y tomas en tu boca mi alianza? Tú que has aborrecido la disciplina y te has echado a la espalda mis palabras* (Ps 49,16s). Al no querer cumplir las palabras de Dios, te las echas a la espalda y, nuevo apóstol, decretas al orbe de la tierra lo que tiene que hacer o no hacer. Pero no es así como hablas. Otra cosa te da vueltas en el alma. Cuando te llamas pecador y dices que el hombre puede, si quiere, estar sin pecado, quieres que se entienda que tú eres en realidad un santo y estás limpio de todo pecado, pero que, por humildad, te das nombre de pecador y alabas más bien a los otros y te vituperas a ti mismo.

11. ¿Y quién habrá que pueda sufrir ese otro argumento vuestro? Lo decís con estas palabras: «Una cosa es ser y otra poder ser». El ser no está en nuestra mano; pero el poder ser se dice de modo general. Aun cuando otro no lo haya sido, puede serlo el que quisiere. Yo os ruego me digáis qué argucia es ésa: poder ser lo que nunca fue; poder hacerse lo que afirmas no haber hecho nadie; atribuir a cualquiera lo que ignoras si alguna vez existirá; conceder no sé a quién lo que no puedes probar se diera en los

tatem et non statim ex libero arbitrio facit Deum, qui nullius opibus indiget. Tu ipse, qui perfectam et Deo aequalem in hominibus iustitiam iactitas et peccatorem esse te confiteris, responde mihi, uelis an nolis carere peccato. Si uis, quare iuxta sententiam tuam non inples, quod desideras? Sin autem non uis, contemptorem te praeceptorum Dei esse demonstras. Si contemptor es, utique et peccator. Si peccator, audi tibi scripturam loquentem: *Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas et adsumis testamentum meum per os tuum? Tu autem odisti disciplinam et proiecisti uerba mea retrorsum.* Verba Dei dum non uis facere, post tergum tuum proicis et nouus apostolus orbi terrarum facienda et non facienda decernis. Sed non est ita, ut loqueris; aliud in tua mente uersatur. Quando enim te dicis peccatorem et posse hominem sine peccato esse, si uelit, illud uis intellegi, te quidem sanctum esse et omni carere peccato, sed per humilitatem peccati nomen adsumere, ut alios laudes et tibi detrahas.

11. Illud quoque argumentum uestrum ferre quis possit? Dicitis his uerbis: «Aliud est esse, aliud esse posse». Esse non est in nostra positum potestate, esse autem posse generaliter dici, quod, licet alius non fuerit, tamen possit esse, qui esse uoluerit. Rogo, quae est ista argumentatio: Posse esse, quod numquam fuit, posse fieri, quod nullum fecisse testeris, id cuilibet tribuere, qui an futurus sit ignores, et dare

patriarcas, profetas y apóstoles. Oye la sencillez de la Iglesia o, como a vosotros os parece, su rusticidad e ignorancia. Di lo que crees, predica públicamente lo que a sombra de tejado hablas a tus discípulos. Ya que dices tener la libertad del albedrío, ¿por qué no dices libremente lo que sientes? Una cosa oyen los rincones de tus aposentos, y otra nuestra gente. ¡Y es que el vulgo indocto no es capaz de sostener el peso de tus arcanos, ni tomar comida sólida quien ha de contentarse con la leche de los niños! Todavía no he escrito, y ya me amenazas con los rayos de tu respuesta. Quieres, claro está, que, aterrado de miedo, no me atreva a abrir la boca, y no adviertes que nosotros escribimos para obligaros a vosotros a responder y digáis de una vez abiertamente lo que, según tiempos, personas y lugares, lo decís u os lo calláis. No quiero tengáis libertad de negar lo que una vez hubiereis escrito. Victoria es de la Iglesia que digáis abiertamente lo que sentís. Porque una de dos: o vais a responder lo mismo que decimos nosotros, y en ese caso ya no seremos adversarios, sino amigos, o, de decir cosa contraria a nuestra doctrina, llevaremos de ventaja que todas las iglesias conozcan lo que sentís. Sacar a plaza vuestro sentir es haber vencido. La blasfemia salta a los ojos. No es menester refutar lo que, con sólo pronunciarse, es blasfemo. Nos amenazáis con la respuesta, que sólo puede evitar el que en absoluto no escribe. ¿Por dónde sabéis lo que yo iba a decir, para estar preparando la respuesta? Acaso digamos lo vuestro y estéis aguzando en balde el estilete de vuestro ingenio. Los eunomianos, arrianos y macedonianos, separados por sus nombres, acordes en

nescio cui, quod in patriarchis, prophetis et apostolis fuisse nequeas adprobare? Audi ecclesiasticam simplicitatem siue rusticitatem aut inperitiam, ut uobis uidetur. Loquere, quod credis; publice praedica, quod secreto discipulis loqueris. Qui dicis te habere arbitrii libertatem, quare non libere, quod sentis, loqueris? Aliud audiunt cubiculorum tuorum secreta, aliud nostrorum populi. Etenim uulgus indoctum non potest arcanorum tuorum onera sustentare nec capere solidum cibum, quod infantiae lacte contentum est. Necdum scripsi et comminaris mihi rescriptorum tuorum fulmina, ut scilicet hoc timore perterritus non audeam ora reserare, et non animaduertitis idcirco nos scribere, ut uos respondere cogamini et aperte aliquando dicere, quod pro tempore, personis et locis uel loquimini uel tacetis. Nolo uobis liberum esse negare, quod semel scripseritis. Ecclesiae uictoria est uos aperte dicere, quod sentitis. Aut enim idem responsuri estis, quod et nos loquimur, et nequaquam eritis aduersarii sed amici, aut, si contraria nostro dogmati dixeritis, in eo uincemus, quod omnes cognoscent ecclesiae, quid sentiatis. Sententias uestras prodidisse superasse est. Patet prima fronte blasphemia. Non necesse habet conuinci, quod sua statim professione blasphemum est. Minamini nobis responsionem, quam uitare nullus potest, nisi qui omnino non scribit. Vnde nostis, quid dicturi simus, ut responsionem paretis? Forsitan uestra dicemus et frustra ingenii uestri

su impiedad, no nos dan preocupación alguna, pues hablan lo que sienten. Esta es la única herejía que se avergüenza de decir en público lo que no tiene miedo de enseñar en secreto. Pero el silencio de los maestros lo rompe el furor de los discípulos. Lo que oyeron por las alcobas, lo pregonan por los tejados (Lc 12,3). Así, si lo que dicen place a los oyentes, la gloria es de los maestros; si desplace, la culpa se echa al discípulo, no al maestro. Así ha crecido vuestra herejía y habéis engañado a muchísimos, sobre todo a los que se juntan con mujeres y saben que no pueden pecar, porque siempre enseñáis y siempre negáis, y merecéis oír aquello del profeta: *Su gloria está en sus partos y preñeces... Dales, señor.* ¿Qué les darás? *Seno estéril y pechos secos* (Os 9,11). Se me enciende el pecho. No puedo cohibir mis palabras. La estrechez de una carta no consiente la extensión de una obra larga. Ningún nombre propio se toca en este opúsculo; contra el maestro de una doctrina errada hemos hablado. El que se irritare y respondiere, se traicionará, como el ratón, por su propio rastro, para recibir más hondas heridas en una lucha verdadera.

12. Muchos años hace ya que, desde mi adolescencia, he escrito obrillas varias, y siempre puse mi empeño en decir a los oyentes lo que públicamente había oído en la Iglesia. Jamás he seguido los argumentos de los filósofos, sino que me arrimé siempre a la sencillez de los apóstoles, pues sé lo que está escrito: *Destruiré la sabiduría de los sabios y rechazaré la inteligencia de los inteligentes.* Y: *Lo tonto de Dios es más sabio que los hombres* (1 Cor 1,19.25). Siendo esto así, reto a mis adversarios que examinen mis papeles pasados y, si algo hallaren vicioso en mi pobre

acuitis stilum. Eunomiani, Arriani et Macedoniani nominibus separati, inpietate concordes nullum nobis laborem faciunt: loquuntur enim, quod sentiunt. Sola haec heresis est, quae publice erubescit loqui, quod secreto docere non metuit. Magistrorum silentia profert rabies discipulorum. Quod audierunt in cubiculis, in tectis praedicant, ut, si placuerit audientibus, quod dixerunt, referatur ad gloriam magistrorum; si displicuerit, culpa sit discipuli, non magistri. Ideo creuit uestra heresis et decepistis plurimos maximeque eos, qui adhaerent mulieribus et sciunt se peccare non posse, quia semper docetis, semper negatis et audire meremini illud propheticum: *Gloria illis in partubus et parturitionibus. Da illis, Domine.* Quid dabis illis? *Vuluam sterilem et ubera arentia.* Feruet animus, non possum uerba cohibere. Epistolaris angustia non patitur longi operis magnitudinem. Nullius in hoc opusculo nomen proprie tangitur; aduersus magistrum peruersi dogmatis locuti sumus. Qui iratus fuerit atque rescripserit, suo quasi mus prodetur indicio ampliora in uero certamine uulnera suscepturus.

12. Multi anni sunt, quod ab adulescentia usque ad hanc aetatem diuersa scripsi opuscula, semperque habui studium audientibus loqui, quod publice in ecclesia didiceram, nec philosophorum argumenta sectari sed apostolorum simplicitati adquiescere sciens illud scriptum: *Perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium reprobabo* et: *Fa-*

ingenio, sáquenlo a pública plaza. Y es así que, o será bueno y contradeciré a su calumnia, o censurable y confesaré mi error, pues prefiero corregirme que no obstinarme en una doctrina equivocada. Pues tú también, maestro egregio, o defiende lo que has dicho y asienta con palabra consecuente las agudezas de tus sentencias, no sea que niegues, cuanto te dé la gana, lo que has dicho, o, si se prueba que has errado como hombre, confiésalo francamente y vuelve a la concordia a los que entre sí están en discordia. Acuérdate que la túnica del Salvador no fue rasgada ni por los soldados. Contemplas las riñas entre hermanos, y te ríes y alegras de que unos se llamen por tu nombre y otros por el de Cristo. Imita a Jonás y di: *Si por mi causa es esta tormenta, agarradme y echadme al mar* (Ion 1,12). Aquél, por su humildad, fue arrojado al abismo, para salir más gloriosamente en figura del Señor; tú, por tu soberbia, te levantas a las estrellas, de modo que Jesús tenga que decir de ti: *Veía a Satanás caer, como un rayo, del cielo* (Lc 10,18).

13. En cuanto a los que en las Escrituras santas son llamados justos, como Zacarías e Isabel, Job, Josafat, Josías y otros muchos de cuyos nombres está entretejida la misma sagrada Escritura, aunque es punto que trataré más despacio—si el Señor me diere su gracia—en la obra prometida, baste tocar aquí brevemente que se llaman justos no porque estén exentos de todo vicio o defecto, sino porque sobre los defectos predominan las virtudes. Así, Zacarías es condenado al silencio y Job es reprendido en su discurso, y Josafat y Josías, de los que se escribe, sin género de duda, haber

tuum Dei sapientius est hominibus. Cum haec ita se habeant, prouoco aduersarios, ut omnes retro chartulas discutiant et, si quid in meo ingeniolo uitii repperererint, proferant in medium. Aut enim bona erunt et contradicam eorum calumniae, aut reprehensibilia et confitebor errorem malens emendare quam perseuerare in prauitate sententiae. Et tu ergo, doctor egregie, aut defende quod locutus es et sententiarum tuarum acumina adstrue eloquio subsequenti, ne, quando tibi placuerit, neges, quod locutus es; aut, si certe errasti quasi homo, libere confitere et discordantium inter se redde concordiam. In mentem tibi ueniat tunicam saluatoris nec militibus fuisse conscissam. Fratrum inter se cernis iurgia et rides atque laetaris, quod alii tuo nomine, alii Christi appellentur. Imitare Ionam et dicito: *Si propter me est ista tempestas, tollite me et mittite me in mare.* Ille humilitate proiectus est in profundum, ut in typum Domini gloriosius surgeret; tu superbia ad astra sustolleris, ut de te loquatur Iesus: *Videbam satanan quasi fulgur de caelo cadentem.*

13. Quod autem in scripturis sanctis iusti appellantur ut Zacharias et Helisabeth, Iob, Iosaphat et Iosias et multi, quorum nominibus sacra scriptura contexta est, quamquam in promisso opere plenius—si Dominus gratiam dederit—dicturus sim, tamen in praesenti epistula hoc breuiter strinxisse sufficiat, quod iusti appellentur, non quod omni uitio careant, sed ex maiori parte uirtutum. Denique et Zacharias silentio

sido justos, cuéntase también haber hecho lo que desagradó al Señor. De ellos uno fue en auxilio de un impío, y por ello fue reprendido por el profeta; el otro, contra el mandato del Señor por boca de Jeremías (Ier 22), salió al encuentro de Necao, rey de Egipto, y fue muerto, y, no obstante, uno y otro son llamados justos. De los demás no es éste momento de tratar, pues no me has pedido un libro que ha de ser dictado despacio, y en él pueden refutarse, con el auxilio de Cristo, todas sus objeciones. Nuestra tesis ha de afirmarse con textos de las santas Escrituras, en las que diariamente habla Dios a los creyentes. Una cosa ruego y aviso por tu medio a toda esa santa e ilustre casa, y es que, por uno solo o, a lo sumo, tres hombrecillos, no reciban las heces de tan grandes herejías o, para decir poco, de tan grande infamia, de suerte que donde antes se alababa la virtud y la santidad ahora se halle la torpeza de la presunción diabólica y de una impurísima compañía. Sepan los que procuran socorros o riquezas a tales hombres que están reuniendo una muchedumbre de herejes, haciendo enemigos a Cristo y alimentando a contrarios de El, y en balde pretende la lengua una cosa cuando se toca con la mano que es otra la que se siente.

134 A AGUSTÍN

Al señor verdaderamente santo y papa digno de todo mi afecto y veneración, Agustín, Jerónimo salud en el Señor.

1. He recibido, como él se merece y tú me lo mandabas, al

condemnatur et Iob suo sermone reprehenditur et Iosaphat et Iosias, qui iusti absque dubio scripti sunt, fecisse narrantur, quae Domino displicerent. Quorum alter inpio auxilium tulit et correptus est a propheta, alter contra praeceptum Domini ex ore Hieremiae occurrit Nechao, regi Aegyptio, et interfectus est, et tamen uterque iustus appellatur. De ceteris non est huius temporis scribere; neque enim a me librum <sed epistulam> flagitasti, qui dictandus ex otio est, et omnes oppositiones eorum Christi auxilio destruendae. Quod nobis sanctarum scripturarum testimoniis adserendum est, in quibus cotidie credentibus loquitur Deus. Illudque per te sanctae atque inlustris domus conciliabulum precor atque commoneo, ne per unum aut—ut multum—tres homunculos suscipiant tantarum faeces hereseon aut—ut parum dicam—infamiam, ut, ubi primum uirtus et sanctitas laudabatur, ibi praesumptionis diabolicae et sordidissimae societatis turpitudo uersetur. Sciantque se, qui huiusce modi hominibus opes suggerunt, hereticorum multitudinem congregare et Christi hostes facere et nutrire aduersarios eius frustraque aliud lingua praetendere, cum manu sentire aliud conprobentur.

134 AD AVGVSTINVM

Domino uere sancto et omni mihi affectione uenerabili papae Augustino Hieronymus in Christo salutem.

1. Virum honorabilem, fratrem meum, filium dignationis tuae, Oro-

presbítero Orosio, varón digno de todo honor, hermano mío e hijo de tu dignación. Pero coincidió con momentos muy difíciles, en que me convino más callar que hablar, hasta el punto de interrumpir mis estudios y tener que ejercitarme, según Apio (SALLUST., *Hist.* II 37), en la facundia canina. Así, no me ha sido posible responder a tiempo a tus dos opúsculos, que has dedicado a mi nombre, eruditísimos por cierto y que brillan con todo el fulgor de la elocuencia. Y no es que piense haya en ellos nada que merezca censura, sino porque, según el bienaventurado Apóstol, *cada uno ha de abundar en su sentir, uno de una manera y otro de otra* (Rom 14,5). La verdad es que cuanto cabe decir y, con levantado ingenio, sacar de las fuentes de las Escrituras, tú lo has aducido y discutido. Pero ruego a tu reverencia no tomes a mal me detenga poco en alabar tu talento, pues nosotros discutimos uno con otro por amor de la ciencia; pero nuestros émulos, y señaladamente los herejes, si ven entre nosotros diversidad de parecer, nos levantarán que procede de resentimiento de ánimo. Ahora bien, para mí es ley amarte, recibirte, honrarte y admirarte y defender tus dichos como si fueran míos—la prueba es que también en el diálogo, que poco ha he publicado, he hecho mención, como era razón, de tu beatitud—, y trabajemos más y más para que sea barrida de las iglesias la perniciosísima herejía que finge una y otra vez penitencia, para poder mantener la posibilidad de predicar en las iglesias. Teme, en efecto, que, de manifestarse abiertamente, echada fuera, moriría.

2. Tus santas y venerables hijas, Eustoquia y Paula, caminan como dice con su linaje y tu exhortación, y mandan a tu beatitud

sium presbyterum et sui merito et te iubente suscepi. Sed incidit tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit quam loqui, ita ut nostra studia cessarent et, iuxta Appium, canina exerceretur facundia. Itaque duobus libellis tuis, quos meo nomini dedicasti, eruditissimis et omni eloquentiae splendore fulgentibus ad tempus respondere non potui, non quo quicquam in illis reprehendendum putem, sed quia iuxta beatum apostolum *unusquisque in suo sensu abundet, alius quidem sic, alius autem sic.* Certe, quicquid dici potuit et sublimi ingenio de scripturarum sanctarum hauriri fontibus, a te positum atque dissertum est. Sed quaeso reuerentiam tuam, parumper patiaris me tuum laudare ingenium; nos enim inter nos eruditionis causa disserimus. Ceterum aemuli et maxime heretici, si diuersas inter nos sententias uiderint, de animi calumniabuntur rancore descendere. Mihi autem decretum est te amare, suscipere, colere, mirari tuaque dicta quasi mea defendere—certe et in dialogo, quem nuper edidi, beatitudinis tuae, ut dignum fuerat, recordatus sum—magisque demus operam, ut perniciosissima heresis de ecclesiis auferatur, quae semper simulat paenitentiam, ut docendi in ecclesiis habeat facultatem, ne, si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur.

2. Sanctae et uenerabiles filiae tuae Eustochium et Paula et genere suo et exhortatione tua digne gradiuntur specialiterque salutant beati-

sus peculiares encomiendas. Igualmente, todos los hermanos que con nosotros se esfuerzan en el servicio del Señor Salvador. El pasado año, por asuntos de ellas, mandamos al santo presbítero Firmo a Rávena y de allí a Africa y Sicilia. Suponemos estará ya por esas partes de Africa. Ruégote saludes de mi parte a los santos hermanos que viven a tu lado. Una carta mía he mandado también al santo presbítero Firmo. Si te llegare a ti, no te sea molesto encaminársela. Cristo Señor te guarde sano y salvo y te haga acordarte de mí, señor verdaderamente santo y papa beatísimo

En esta provincia sufrimos enorme penuria de amanuenses de lengua latina. Por eso no he podido cumplir lo que me mandabas, mayormente respecto a la edición de los Setenta, que va marcada de asteriscos y óbelos; pues la mayor parte del anterior trabajo. por fraude de cierto sujeto, se nos ha perdido.

135 CARTA DE INOCENCIO PAPA A AURELIO

Al amadísimo hermano Aurelio, Inocencio.

Bien creyó nuestro compresbítero Jerónimo el camino piadosísimo que habían de seguir tus sentimientos para llegar hasta nosotros. Compadecemos a un miembro de nuestra grey, y lo que creímos deberse hacer o pudimos hacer, lo hemos rápidamente ejecutado. Que tu fraternidad, hermano carísimo, se dé priesa en entregar lo antes posible letras al mentado Jerónimo.

tudinem tuam, omnis quoque fraternitas, quae nobiscum Domino saluatori seruire conantur. Sanctum presbyterum Firmum anno praeterito ob rem earum Rauennam et inde Africam Siciliamque direximus, quem putamus iam in Africae partibus commorari. Sanctos tuo adhaerentes lateri ut meo obsequio salutes, precor. Litteras quoque meas ad sanctum presbyterum Firmum direxi, quae si ad te uenerint, ei dirigere non graueris. Incolumem te et mei memorem Christus dominus custodiat, domine uere sancte et beatissime papa.

Grandem Latini sermonis in ista prouincia notariorum patimur penuriam et idcirco praeceptis tuis parere non possumus, maxime in editione Septuaginta, quae asteriscis ueribusque distincta est; pleraque enim prioris laboris ob fraudem cuiusdam amisimus.

135 EPISTVLA INNOCENTII PAPAE AD AVRELIVM

Dilectissimo fratri Aurelio Innocentius.

Piissimum iter ad nos perueniendi tuas affectiones bene conpresbyter noster credidit Hieronymus. Conpatimur gregis nostri membro et, quod faciendum duximus uel facere potuimus, sumus uelociter executi. Germanitas tua, frater carissime, citius litteras memorato reddere festinet.

136 CARTA DE INOCENCIO A JERÓNIMO

Al amadísimo hijo Jerónimo, presbítero, Inocencio.

El Apóstol atestigua que la contienda no hizo nunca bien alguno a la Iglesia (Tit 3,9-10). Y por eso manda que se corrija pronto a los herejes, más bien que darles demasiadas largas. Al mirarse con negligencia esa regla, no se evita el mal que ha de evitarse, sino que se aumenta. Sin embargo, como tu dolor y gemido hasta tal punto sacude nuestras entrañas, que no... *(laguna en el texto)* sea de tratar y consultar, en primer lugar doy fe a tu constancia. Que quien sufre agravio o, como dices, peligro por la verdad, espere la bienaventuranza, cosa es que tú has contado muchas veces a muchos, y te lo recordamos a pesar de que recuerdas muy bien lo que tú mismo has proclamado. Igualmente, movidos por el espectáculo de tantos males, nos hemos apresurado a echar mano de la autoridad de la sede apostólica para poner coto a todo desafuero; pero no leemos el nombre de nadie contra quien pudiéramos proceder, ni se señala tampoco concretamente el delito. Así, pues, nos condolemos, que es lo único que podemos hacer. Mas, si depones una acusación clara y manifiesta contra determinadas personas, o señalaré jueces competentes o, si podemos hacer algo más urgente y que requiera mayor solicitud, no lo diferiré, hijo amadísimo. Sin embargo, ya he escrito al obispo Juan, hermano mío, que obre con mayor circunspección y no consienta más se haga en la iglesia que tiene confiada algo que luego le resulta a él mismo trabajosísimo evitar que suceda.

136 EPISTVLA INNOCENTII AD HIERONIMVM

Dilectissimo filio Hieronymo presbytero Innocentius.

Numquam boni aliquid contentionem fecisse in ecclesia testatur apostolus et ideo hereticorum correptiones primas fieri iubet magis quam diuturna duci conlatione. Quae regula dum neglegenter aspicitur, malum non uitatur, quod cauendum est, sed augetur. Tamen, quoniam dolor gemitusque tuus ita uiscera quatit nostra, ut non... tractandi consulendique sit, primum constantiae tuae adloquor fidem. Pro ueritate quisque iniuria aut, ut dicis, periculo percelletur, quia expectet beatitudinem, multis saepe narrasti et tuarum te praedicationum bene memorem commonemus. Item excitati tanta malorum scena arripere auctoritatem sedis apostolicae ad omne comprimendum nefas festinauimus, sed, in quem insurgeremus, nec nomine appellatum legimus nec criminis aliqua ratione taxatum. Quod ergo possumus, condolemus. Si deposueris autem apertam manifestamque in homines aliquos accusationem, aut iudices competentes tribuam aut, si aliquid urgentius sollicitiusque nobis fieri potest, non retardabo, fili dilectissime. Tamen episcopo fratri meo Iohanni scripsi, ut circumspectius agat, ne quid circa ecclesiam sibi creditam adhuc tale aliquid fiat, quale prouidere et propellere, ne accidat, etiam ipsi sit et postea molestissimum.

137 CARTA DE INOCENCIO A JUAN

A Juan, hermano amadísimo, Inocencio.

Las nobilísimas y santas vírgenes Eustoquia y Paula han deplorado que, en los lugares de su iglesia, haya perpetrado el diablo saqueos, muertes, incendios y todo crimen de extrema demencia. Se han callado el nombre y la causa. Y aunque no es dudoso quién cometió esos desafueros, tu fraternidad debió tener más solícita custodia de aquella grey, para que no surgiera nada de eso, que es un peligro para los otros y delata a par negligencia. Hemos oído que la grey del Señor y tales corderas apenas si viven, expuestas, desnudas y débiles, al incendio, a las armas y a las persecuciones, después de las muertes violentas o naturales de los suyos. ¿Nada se inquieta tu piedad sacerdotal de que tenga el diablo tanto poder sobre ti y los tuyos? Sobre ti, digo, pues de todo punto condena a tu gravedad sacerdotal el hecho de que se haya perpetrado tamaño crimen en la iglesia. ¿Dónde están tus medidas de prevención? ¿Dónde, ya que el incidente haya sucedido, tus socorros y consuelo, cuando dicen aquellas vírgenes estar temiendo aún más de lo que ya han padecido? Más a fondo procedería si ellas me hubieran comunicado algo más claro sobre este asunto. Mira, hermano, las asechanzas del enemigo antiguo y vigila con espíritu de buen rector de que se corrijan o repelan esas cosas, que nos han sido delatadas más bien para darnos conocimiento de ellas que con clara acusación. En otro caso, el derecho eclesiástico obligará a que responda de los daños al que no defendió.

137 EPISTVLA INNOCENTII AD IOHANNEM

Dilectissimo fratri Iohanni Innocentius.

Direptiones, caedes, incendia, omne facinus extremae dementiae generosissimae sanctae uirgines Eustochium et Paula deplorauerunt in locis ecclesiae suae perpetrasse diabolum; nomen enim hominis causamque reticuerunt. Quod etsi ambiguum non sit a quo commissum, oportuit tamen custodiam germanitatem tuam gregis illius sollicitius prouidere, ne quid huius modi oriretur quod cum aliorum periculo tuam lacessit neglegentiam. † Amice gregem Domini et tales agnas incendio, armis et persecutionibus nudas, debiles post suorum caedes et mortes uix uiuere audiuimus: nihil mouet pietatem illam sacerdotii tui de tanta diaboli in te atque in tuos potestate admissa? In te, inquam; prorsus enim sacerdotis grauitatem condemnat tantum nefas in ecclesia fuisse completum. Vbi prouisiones tuae? Vbi certe, si casus euenerant, auxilia uel consolationes, cum plus se adhuc metuere dicant, quam conqueruntur esse perpessas? Altius censerem, si essent aliquid de hac re mecum apertius collocutae. Vide, frater, antiqui hostis insidias et spiritu boni rectoris peruigila, ut haec, quae ad nos opinione magis quam accusatione manifesta delata sunt, uel corrigantur uel retundantur, ne ius ecclesiasticum de labefactatis causas eum, qui non defenderit, praestare conpellat.

138 A Ripario

Al señor verdaderamente santo y digno de toda mi veneración y afecto Ripario, Jerónimo, salud en el Señor.

Por tu carta y por relación de muchos sé que guerreas las buenas guerras de Cristo contra los enemigos de la fe católica. Sé también que los vientos son contrarios y, para mutua perdición, hay fautores de la perdición que debieran ser defensores del siglo. Sabe, sin embargo, por lo que a esta provincia se refiere, que, sin auxilio alguno humano, sino propiamente por sentencia de Cristo, ha sido expulsado Catilina no sólo de la urbe, sino de las fronteras mismas de Palestina, si bien nos dolemos muchísimo de que se han quedado con Léntulo muchos cómplices de la conjuración que habitan en Jope. A nosotros, empero, nos ha parecido mejor mudar de lugar que de verdad de fe; mejor perder la comodidad de los edificios y vivienda que mancharnos con la comunión de aquellos a quienes de momento había que ceder o, en otro caso, combatirlos diariamente, no con la lengua, sino con las espadas. Me imagino que, por las noticias que han corrido por todas partes, te habrás enterado de lo mucho que hemos tenido que sufrir y cómo la excelsa mano de Cristo se ha dejado duramente sentir por nosotros sobre el enemigo. Te ruego, pues, que acabes la obra comenzada y no consientas que, en presencia tuya, no tenga la Iglesia defensor. Eso sí, sepan todos—y eso ha de bastarte a ti por la parte varonil—que no se ha de luchar con fuerzas del cuerpo, sino con caridad del alma, que jamás puede ser vencida.

138 Ad Riparivm

Domino uere sancto atque omni mihi affectione uenerabili Ripario Hieronymus in Christo salutem.

Christi te aduersum hostes catholicae fidei bella bellare tuis litteris et multorum relatione cognoui uentosque esse contrarios et in perditionem mutuam fautores esse perditionis, qui defensores saeculi esse deberent; tamen scias in hanc prouinciam nullis humanis auxiliis, sed proprie Christi sententia, pulsum esse non solum de urbe, sed de Palaestinae quoque finibus Catilinam nosque dolere uel plurimum, quod cum Lentulo multi coniurationis socii remanserunt, qui in Ioppe remorantur. Nobis autem melius uisum est locum mutare quam fidei ueritatem aedificiorumque et mansionis amoenitatem amittere quam eorum communione maculari, quibus inpraesentiarum aut cedendum erat aut certe cotidie non lingua sed gladiis dimicandum. Quanta autem passi simus et quomodo excelsa manus Christi pro nobis in hoste saeuierit, puto te celebri nuntio omnium cognouisse. Quaeso ergo te, ut arreptum opus inpleas nec patiaris te praesente non habere Christi ecclesiam defensorem. Certe sciat unusquisque, quod uel tibi sufficiat pro uirili parte, quia no uiribus corporis sed caritate animi dimicandum est, quae superari numquam potest. Sancti fratres, qui cum nostra sunt paruitate,

Los santos hermanos que están con nuestra pequeñez se te encomiendan mucho. Espero que también el santo hermano Alencio, diácono, te lo cuente todo fielmente. Cristo, Señor nuestro omnipotente, te guarde sano y salvo y te acuerdes de mí, señor verdaderamente santo y hermano digno de toda consideración.

139 A Apronio

No sé por qué tentación del diablo ha sucedido que ni tu trabajo, ni la buena traza del santo presbítero Inocencio, ni mi propio deseo hayan tenido, hasta el momento, efecto. Doy, sin embargo, gracias a Dios de saber que, entre las mismas tentaciones del diablo, te conservas sano y salvo, y fervoroso por el calor de la fe. Mi gozo es justamente enterarme de que mis hijos en Cristo saben combatir. ¡Y ojalá confirme en vosotros ese mismo celo Aquel en quien creemos, hasta derramar de buena gana por su fe nuestra sangre! Me duele que una noble casa haya sido derribada hasta sus cimientos y, sin embargo, no he podido averiguar de qué se trata, pues el portador de tu carta me dijo que no lo sabía. De ahí que podamos dolernos por nuestros comunes amigos y de Cristo, el solo que es poderoso y señor, y suplicar a su clemencia, si bien en parte, por favorecer a los enemigos del Señor, merecemos esté Dios ofendido con nosotros. Sin embargo, harás muy bien si, dando de mano a todo, te vienes a Oriente, y señaladamente a los santos lugares. Aquí está todo tranquilo. Y aunque no han perdido el veneno del pecho, no osan ya abrir su

plurimum te salutant. Puto autem et sanctum fratrem Alentium diaconum tuae dignationi cuncta narrare fideliter. Incolumem te et memorem mei Christus, Dominus noster, tueatur omnipotens, domine uere sancte et suscipiende frater.

139 Ad Apronivm

Nescio, qua temptatione diaboli factum sit, ut tuus labor et sancti Innocentii presbyteri industria et nostrum desiderium ad praesens nequaquam uideatur habere effectum. Deo gratias, quod te sospitem et fidei calore feruentem inter ipsa diaboli temptamenta cognoui. Hoc meum gaudium est, quando in Christo audio filios meos dimicare; et istum zelum in nos ipse confirmet, cui credimus, ut pro fide eius sanguinem uoluntarie fundamus. Euersam nobilem domum funditus doleo et tamen, quid in causa sit, scire non potui; neque enim portitor litterarum nosse se dixit. Vnde dolere possumus pro amicis communibus et Christi, qui solus potens et dominus est, et eius clementiam deprecari, licet ex parte Dei mereamur offensam, qui inimicos Domini fouemus. Optimum autem facies, si cunctis rebus omissis orientem et praecipue sancta loca petas; hic enim quieta sunt omnia. Et licet uenena pectoris non amiserint, tamen os inpietatis non audent aperire, sed *sunt sicut*

boca impía; *son como áspides sordos y que tapan sus orejas* (Ps 57, 5). Mis saludos a los santos hermanos. Nuestra casa, totalmente saqueada en sus riquezas materiales por las persecuciones de los herejes, está llena de riquezas espirituales. Más vale comer sólo pan que perder la fe.

140 A CIPRIANO, PRESBÍTERO, SOBRE EL SALMO 89

1. Sólo por tu carta sabía antes de ti, Cipriano, el más estudioso de los presbíteros, que eras del número de aquellos sobre quienes se dijo a Moisés: *Escoge presbíteros* (o ancianos) *de los que tú sabes que son presbíteros (unde?)*, y que llevas el nombre del varón bienaventurado que medita en la ley del Señor día y noche (Ps 1,1-2). Mas ahora que mutuamente nos conocemos, aun en cuanto al hombre exterior, después de los saludos y dulces abrazos con que se anuda la amistad, para demostrar que es verdad lo que yo había oído, me pides sin demora que te declare un salmo dificilísimo, que entre griegos y latinos lleva el número 89. Pero me pides lo haga no con pompa de palabras que tiran al aplauso popular y suelen engañar y halagar los oídos de los ignorantes, sino con discurso sencillo y con la verdad del estilo de la Iglesia; quiero decir, que nuestra interpretación no necesite de otra interpretación, como suele acontecer con gentes demasiado elegantes, que es más difícil entender sus explicaciones que lo mismo que intentan explicar. Voy, pues, a acometer una obra dificilísima, y, arrimado al auxilio de tus santas oraciones, me

aspides surdae et obturantes aures suas. Sanctos fratres saluto. Nostra autem domus secundum carnales opes hereticorum persecutionibus penitus euersa Christo propitio spiritalibus diuitiis plena est. Melius est panem manducare quam fidem perdere.

140 AD CYPRIANVM PRESBYTERVM DE PSALMO 89

1. Prius te, Cypriane, presbyterorum studiosissime, esse de illorum numero, super quibus audit Moyses: *Elige presbyteros, quos tu ipse scis esse presbyteros,* tantum epistulis noueram et beati uiri uocabulum consecutum, qui in lege Dei die ac nocte meditatur. Nunc autem, quia exterioris quoque hominis nobis inuicem est facta cognitio et post salutationem dulcesque complexus, quibus sibi amicitia copulatur ut probes uerum esse quod audieras, statim a me postulas difficillimum psalmum, qui apud Graecos et Latinos octogesimus et nonus inscribitur, tibi edisseram, non conposita oratione uerborum plausuque populari, qui solet inperitorum aures recipere atque palpare, sed oratione simplici et ecclesiastici eloquii ueritate, ut scilicet interpretatio nostra non alio interprete indigeat, quod plerisque nimium disertis accidere solet, ut maior sit intellegentiae difficultas in eorum explanationibus quam in his, quae explanare conantur. Aggrediar opus difficillimum et sanctarum precum tuarum

acordaré de aquel versillo: *El Señor dará palabra a los que llevan con gran fuerza la buena nueva* (Ps 67,12).

2. Y, en primer lugar, hay que saber cuál sea, según el hebreo, el título de este salmo: *Oración de Moisés, varón de Dios.* Según los Setenta: *Oración de Moisés, hombre de Dios.* Qué diferencia haya entre hombre y varón, enséñenoslo la misma Escritura Santa. El cabo de cincuenta le dice a Elías: *Hombre de Dios, el rey te llama.* Al que respondió éste: *Si yo soy hombre de Dios, que baje fuego del cielo y te consuma a ti y a tus cincuenta hombres* (4 Reg 1,9). Y a Timoteo escribe el Apóstol: *Tú, empero, hombre de Dios, huye de estas cosas* (1 Tim 6,11). Además, sobre el varón da el mismo Apóstol esta instrucción: *Quiero que sepáis que cabeza de todo varón es Cristo, y cabeza de la mujer el varón. Ahora bien, la cabeza de Cristo es Dios* (1 Cor 11,3). Se trata del varón que no debe cubrir su cabeza, puesto que es imagen y gloria de Dios, y cada día, en la oración, dice: *Nosotros, empero, contemplando a cara descubierta la gloria del Señor, nos transformamos en la misma imagen, de gloria en gloria, como por el espíritu del Señor* (2 Cor 3,18). Y en otro lugar: *Hasta que lleguemos todos a varones perfectos, a la talla de la plena edad de Cristo* (Eph 4,13). Así, pues, lo mismo puede llamarse varón que hombre aquel varón santo que vio a Dios cara a cara y, no obstante, quedó salva su alma, de cuya boca hemos aprendido la creación del mundo—por lo menos del mundo visible—, la formación del hombre y la verdad de toda la historia anterior. Moisés, digo, no sólo nos dejó los cinco libros: Génesis, Exodo, Levítico, Números y Deuteronomio, sino también once sal-

fultus auxilio illius uersiculi recordabor: *Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa.*

2. Ac primo sciendum, quod psalmi istius iuxta Hebraicum titulus sit: *Oratio Moysi, uiri Dei,* iuxta Septuaginta: *Oratio Moysi, hominis Dei.* Inter hominem autem et uirum quid sit, sancta scriptura nos doceat. Loquitur quinquagenarius ad Heliam: *Homo Dei, rex uocat te.* Cui ille respondit: *Si homo Dei ego sum, descendat ignis de caelo et comedat te et quinquaginta uiros tuos.* Ad Timotheum autem apostolus scribit: *Tu autem, o homo Dei, haec fuge.* Porro de uiro idem apostolus instruit: *Volo autem uos scire, quod omnis uiri caput Christus sit, caput autem mulieris uir, caput uero Christi Deus.* Ista uir est, qui caput uelare no debet, cum sit imago et gloria Dei, et cotidie orans loquitur: *Nos autem omnes reuelata facie gloriam Domini contemplantes in eandem imaginem transformamur a gloria in gloriam sicut a Domini spiritu.* Et in alio loco: *Donec perueniamus omnes in uirum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi.* Siue igitur uiri siue hominis appellatio sancto uiro competit et ei, qui uidit Deum facie ad faciem et salua facta est anima eius, cuius ore creaturam mundi—eorum dumtaxat, quae uisibilia sunt—, conditionem hominis et omnis retro historiae didicimus ueritatem, qui non solum nobis quinque reliquit libros, Genesim, Exodum, Leuiticum, Numeros et Deuteronomium, sed undecim

mos, desde el 89, que comienza: *Señor, tú te has hecho un refugio para nosotros,* hasta el 99, que se inscribe: *Salmo en la confesión.* En cuanto al título que en la mayoría de los códices lleva el salmo 98: *Salmo de David,* no se halla en el hebreo, pues la sagrada Escritura tiene la costumbre de atribuir todos los salmos que no tienen título de autor a los mismos cuyos nombres se hallan en los salmos precedentes.

3. Ahora bien, hay cuatro salmos que llevan el título de «oración»: El decimosexto, que se titula *Oración de David,* y empieza: *Escucha, Señor, mi justicia;* el 85 igualmente: *Oración de David;* el 89, que tenemos entre manos: *Señor, tú te has hecho refugio para nosotros,* y el 101, que lleva por título: *Oración del pobre cuando estuviere angustiado y derramare ante el acatamiento del Señor su oración.* David y el pobre que, siendo rico, se hizo pobre por nosotros, se refieren a Cristo, que montó, según Zacarías (9,9), pobre y manso, sobre el pollino del asna. Moisés, empero, por quien el Señor dio la ley, por cuya boca oímos decir a Dios: *Hagamos al hombre a nuestra imagen y semejanza,* y luego se añade: *E hizo Dios al hombre, a imagen de Dios lo hizo, macho y hembra los hizo* (Gen 1,26s), explica todo lo que atañe al hombre desde el comienzo de su formación hasta su muerte y resurrección: cuál fue creado, cuánto tiempo vive, qué hace en el mundo, qué fruto saca de su vida, por qué trabaja, adónde se esfuerza en ir. Y como el mismo que esto escribe es hombre, en su persona atestigua la condición del género humano. Pero hay

quoque psalmos ab octogesimo nono, cuius principium est: *Domine, refugium factus es nobis,* usque ad nonagesimum nonum, qui inscribitur: *Psalmus in confessione.* Quod autem in plerisque codicibus nonagesimus octauus habet titulum: *Psalmus Dauid,* in Hebraico non tenetur hanc habente scriptura sancta consuetudinem, ut omnes psalmi, qui, cuius sint, titulos non habent, his deputentur, quorum in prioribus psalmis nomina continentur.

3. Quattuor autem psalmi sunt, qui habent orationis titulum: Sextus decimus, qui inscribitur: *Oratio Dauid* et incipit: *exaudi, Deus, iustitiam meam,* et octogesimus quintus similiter: *Oratio Dauid,* et octogesimus nonus, qui nunc in manibus est: *Domine, refugium factus es nobis,* et centesimus primus, qui habet titulum: *Oratio pauperis, cum anxius fuerit et in conspectu Domini effuderit precem suam.* Dauid et pauper, qui, cum diues esset, pauper pro nobis factus est, refertur ad Christum, qui sedit super pullum asinae iuxta Zachariam pauper atque mansuetus. Moyses autem, per quem Dominus legem dedit, cuius ore audiuimus loquentem Deum: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram,* statimque infertur: *Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum; masculum et feminam fecit illos,* ab initio conditionis hominis usque ad mortem et resurrectionem omnia explicat, qualis creatus sit, quanto uiuat tempore, quid agat in saeculo, quem fructum uitae habeat, propter quid laboret, quo ire contendat. Et quoniam ipse, qui haec scribit, homo est, sub persona sua de omni generis humani

quienes refieren este salmo al pueblo de Israel: cómo ofendió a Dios en el desierto, y cayó, y no mereció entrar en la tierra prometida—y en lugar de los padres entraron los hijos—; y cómo nuevamente esperan se les aplaque Dios, lo que se cumpliría en el advenimiento de Cristo.

4. Oración, según los gramáticos, es todo discurso de los que hablan, y dan esta etimología de la palabra: *Oratio est oris ratio* («la oración es la razón de la boca»). Pero en las Escrituras sagradas es difícil leer la palabra oración en este sentido; la oración, en ellas, se refiere a las preces y súplicas. Dicen los hebreos que, en un volumen único de salmos, se contienen cinco libros: del 1 al 40, del 41 al 71, del 72 al 88, del 89, que es comienzo del libro cuarto y vamos ahora a explicar, al 105; al fin de todos ésos se pone un doble amén, que los Setenta trasladaron por *fiat, fiat* («hágase»); del 106 hasta el fin. Es el mismo caso de los doce profetas que, habiendo editado ellos mismos sus breves librillos, se contienen en volumen que lleva un solo nombre. Por poco paso por alto un punto. He dicho que entre los once salmos de Moisés se cuenta el 98, en que se pone: *Exaltad al Señor Dios nuestro y adorad el escabel de sus pies. Moisés y Aarón entre sus sacerdotes, y Samuel entre los que invocan su nombre.* El pasaje parece contradecir a nuestra sentencia. ¿Cómo puede ser de Moisés el salmo, cuando hace mención de Samuel, que sabemos ser muy posterior? La solución de la dificultad es muy sencilla. El nombre de Samuel está puesto proféticamente, el cual fue de tanto merecimiento, que se puso con Moisés en Jeremías: *Si estuvieren Moi-*

condicione testatur. Sunt autem, qui hunc psalmum siue orationem ad Israheliticum populum referant: Quomodo in solitudine offenderit Deum atque conciderit et non meruerit terram repromissionis intrare—proque patribus ingressi sunt filii—et rursum placatum expectent Deum, quod in Christi conpleatur aduentu.

4. Oratio iuxta grammaticos omnis sermo loquentium est, cuius etymologiam sic exprimunt: Oratio est oris ratio. In scripturis autem sanctis difficile orationem iuxta hunc sensum legimus, sed eam, quae ad preces et obsecrationes pertinet. Aiunt Hebraei uno psalmorum uolumine quinque libros contineri: A primo usque ad quadragesimum et a quadragesimo primo usque ad septuagesimum primum et a septuagesimo secundo usque ad octogesimum octauum et ab octogesimo nono, qui quarti libri initium est et quem nunc disserimus, usque ad centesimum quintum—in quorum omnium fine duplex amen positum est, quod Septuaginta transferunt fiat, fiat—et a centesimo sexto usque ad finem instar duodecim prophetarum, qui et ipsi, cum proprios libellos ediderint, unius uoluminis nomine continentur. Illud autem, quod paene praeterii asserens inter undecim Moysi psalmos etiam nonagesimum octauum esse, in quo positum est: *Exaltate Dominum Deum nostrum et adorate scabellum pedum illius. Moyses et Aaron in sacerdotibus eius et Samuhel in his, qui inuocant nomen illius,* uidetur nostrae sententiae contraire, quomodo Moysi sit, qui Samuhelem nominet, quem multo post tempo-

sés y Samuel (Ier 15,1), según aquel ejemplo cuando el hombre de Dios habla en Samaria: *Altar, altar, esto dice el Señor: He aquí que nacerá un hijo a la casa de David: Josías es su nombre* (3 Reg 13,2). Sepamos también que yerran los que piensan que todos los salmos son de David, y no de aquellos a cuyo nombre se inscriben. De ahí que este mismo salmo quieren que haya sido compuesto, a nombre de Moisés, por el mismo David; es decir, que el legislador describiría con boca sagrada la común caída y calamidad del género humano, y luego la esperanza de su salud.

5. *Señor, tú te has hecho una habitación para nosotros de generación en generación* (89,1). Los Setenta: *Señor, tú te has hecho un refugio para nosotros en toda generación y generación.* Por habitación y refugio se pone en el hebreo *maon,* que suena más a habitación que a refugio. Como el salmista va a contar cosas de desastre y a llorar al linaje humano, empieza por las alabanzas de Dios, de modo que cuanto de adverso acaezca luego al hombre, no se atribuya a dureza del Creador, sino a culpa del que fue creado. El que sufre una tormenta, busca el refugio de una roca o de un cobertizo; el que se ve perseguido por el enemigo, se acoge a los muros de las ciudades; el viandante, cansado del sol o del polvo, busca el consuelo de una sombra; si una bestia feroz tiene sed de la sangre del hombre, éste trata, como puede, de escapar al peligro inminente; así, el hombre, desde el comienzo de su creación, tiene a Dios por ayudador. A su gracia debe haber sido creado; a su misericordia, la subsistencia y la vida, y ninguna obra buena puede llevar a cabo sin Aquel que de tal

re fuisse cognoscimus. Cuius quaestionis facilis solutio est: Prophetatum esse nomen Samuhelis, qui tanti meriti fuit, ut cum Moyse poneretur in Hieremia: Si steterint Moyses et Samuhel iuxta illud exemplum, quando homo Dei loquitur in Samaria: *Altare, altare, haec dicit Dominus: Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomen eius.* Sciamus quoque errare eos, qui omnes psalmos Dauid arbitrantur et non eorum, quorum nominibus inscripti sunt. Vnde et hunc psalmum uolunt nomine Moysi a Dauid esse compositum, quod scilicet legis dator communem humani generis offensam et calamitatem et dein expectationem salutis sacro ore describat.

5. *Domine, habitaculum factus es nobis in generatione et generatione.* Septuaginta: *Domine, refugium factus es nobis in omni generatione et generatione.* Pro habitatione et refugio in Hebraico maon ponitur, quod magis habitationem quam refugium sonat. Narraturus autem tristia et genus deploraturus humanum a laudibus Dei incipit, ut quidquid postea homini accidit aduersorum, non creatoris duritia sed eius, qui creatus est, culpa accidisse uideatur. Qui sustinet tempestatem, uel petrae uel tecti quaerit refugium; quem hostis persequitur ad muros urbium confugit; fessus uiator tam sole quam puluere umbrae quaerit solacium; si saeuissima bestia hominis sanguinem sitiat, cupit, utcumque potuerit, praesens uitare discrimen: Ita et homo a principio conditionis suae Deo utitur adiutore et, cum illius sit gratiae, quod creatus

modo le concedió el libre albedrío, que no negara su gracia para cada una de las obras; en otro caso, la libertad del albedrío pudiera redundar en agravio del Creador y en contumacia del que fue precisamente creado libre para que supiera que, sin Dios, no era nada. Lo que dice: *De generación en generación,* significa todos los tiempos: antes de la ley, en la ley y en la gracia del evangelio. Por lo que también el Apóstol dice: *De gracia os habéis salvado por medio de la fe, y ello no por vosotros, sino por don de Dios* (Eph 2,8). Y todas sus cartas, en los saludos del encabezamiento, no ponen primero la paz y luego la gracia, sino primero la gracia y luego la paz. Como si dijera: una vez se nos perdonen nuestros pecados, alcanzaremos la paz del Señor.

6. *Antes de que nacieran los montes y fueran paridos la tierra y el orbe, desde el siglo hasta el siglo eres tú.* Los Setenta: *Antes de que fueran asentados los montes y se formara la tierra y el orbe, desde el siglo hasta el siglo, tú eres, ¡oh Dios!* Este lugar lo transforman algunos por mala puntuación, aquellos, sobre todo, que opinan haber preexistido las almas antes de que fuera creado el hombre el día sexto. Así, efectivamente, leen y puntúan: *Señor, un refugio te has hecho para nosotros de generación en generación, antes de que se asentaran los montes y se formara la tierra y el orbe;* aquí punto, y luego sigue: *Desde el siglo hasta el siglo, tú eres, ¡oh Dios!* Y lo declaran así: Si el Señor fue refugio para los hombres antes de que se asentaran los montes y se formara el orbe de la tierra, luego preexistieron las almas en las regiones celestes antes de formarse los cuerpos de los hombres.

est, illius misericordiae, quod subsistit et uiuit, nihil boni operis agere potest absque eo, qui ita liberum concessit arbitrium, ut suam per singula opera gratiam non negaret, ne libertas arbitrii redundet ad iniuriam conditoris et ad eius contumaciam, qui ideo liber conditus est, ut absque Deo nihil esse se nouerit. Quod autem dicit: *In generatione et generatione,* omnia significat tempora et ante legem et in lege et in euangelii gratia. Vnde et apostolus dicit: *Gratia salui facti estis per fidem et hoc non ex uobis, sed ex Dei dono,* et omnes epistulae eius in salutationis principio non prius pacem habent et sic gratiam, sed ante gratiam et sic pacem, ut donatis nobis peccatis nostris pacem Domini consequamur.

6. *Antequam montes nascerentur et parturiretur terra et orbis, a saeculo et usque in saeculum tu es.* Septuaginta: *Antequam montes firmarentur et fingeretur terra et orbis, a saeculo et usque in saeculum tu es, Deus.* Hunc locum quidam praua distinctione subuertunt, maxime hi, qui ante uolunt fuisse animas, quam homo in sexti diei numero conderetur. Ita enim legunt atque distingunt: *Domine, refugium factus es nobis in generatione et generatione, priusquam montes firmarentur et fingeretur terra et orbis,* ut scilicet postea consequatur: *A saeculo usque in saeculum tu es, Deus.* Ita enim disserunt: Si Dominus, antequam montes firmarentur et fingeretur terra orbisque terrarum, refugium fuit hominum, ergo fuerunt animae in caelestibus, antequam hominum corpora formarentur. Nos autem, ut proposuimus, lectionem ita debemus

Mas nosotros hemos de puntuar como hemos propuesto: *Antes de que los montes se asentaran y se formara la tierra y el orbe, desde el siglo hasta el siglo, tú eres, ¡oh Dios!* No es que fuera nuestro refugio antes de la creación del mundo, cuando aún no existíamos, sino que Dios, de lo eterno a lo eterno, es siempre Dios. Porque lo que el traductor latino puso: *Del siglo hasta el siglo,* y en hebreo se dice *olam,* lo traduciremos más exactamente: *De lo eterno a lo eterno.* Algo semejante se lee también en los Proverbios, en persona de la sabiduría, que es Cristo: *El Señor me creó principio de sus caminos antes de sus obras, antes del tiempo me fundó en el principio, antes de hacer la tierra y los abismos, antes de que brotaran las fuentes de las aguas, antes de que se asentaran los montes, antes de todos los collados me engendró* (Prov 8,22-25). A nadie ha de inquietarle la palabra «creación», pues en el hebreo no se dice «creación», que es *bara,* sino «posesión». Efectivamente se escribe: *Adonay canani bresith dercho,* que vale en nuestra lengua: *El Señor me poseyó principio de sus caminos.* Realmente, entre posesión y creación va mucha diferencia. La posesión significa que el Hijo estuvo siempre en el Padre, y el Padre en el Hijo; creación es comienzo de existir del que antes no existía. Según las leyes de la tropología, las palabras: *Antes de que se asentaran los montes y se formara la tierra y el orbe de la tierra,* puede significar que Dios ha sido siempre nuestro refugio antes de que en nuestra alma se asentaran los dogmas sublimes, y se formara o afianzara por obra de Dios la tierra de nuestro cuerpo, y se afirmara o estableciera el orbe de la tierra, que se dice en hebreo *thebel;* en griego, más expresivamente,

distinguere: *Antequam montes firmarentur et fingeretur terra et orbis terrarum, a saeculo usque in saeculum tu es, Deus,* ut non refugium nostrum fuerit ante conditionem mundi, qui necdum eramus, sed quod Deus ab aeterno usque in aeternum sit semper Deus. Pro eo enim, quod Latinus interpres posuit: A saeculo usque in saeculum et Hebraice dicitur olam, rectius interpretabimur: *A sempiterno usque in sempiternum.* Simile quid et in Prouerbiis ex persona sapientiae, qui Christus est, legitur: *Dominus creauit me initium uiarum suarum in opera sua, ante saeculum fundauit me, in principio, antequam terram faceret et abyssos priusquam procederent fontes aquarum, prius quam montes firmarentur, ante omnes colles generat me.* Nullum autem debet uerbum creationis mouere, cum in Hebraeo non sit creatio, quae dicitur bara, sed possessio. Ita enim scriptum est: *Adonay canani bresith dercho,* quod in lingua nostra exprimitur: *Dominus possedit me initium uiarum suarum.* Inter possessionem autem et creationem multa diuersitas est: Possessio significat, quod semper filius in patre et pater in filio fuerit, creatio autem eius, qui prius non erat, conditionis exordium. Potest iuxta leges tropologiae hoc, quod dicitur: *Antequam montes firmarentur et fingeretur terra et orbis terrarum,* significare, quod, antequam in anima nostra sublimia dogmata firmarentur et terra corporis nostri fingeretur siue sta-

oikoumene, palabra ésta que nosotros podemos trasladar por «habitada». Ahora bien, habitada y no desierta es el alma que merece tener a Dios por huésped, según las palabras del Salvador: *Yo y mi Padre vendremos y pondremos nuestra mansión en él* (Io 14, 23). En cuanto a aquello del hebreo, y que traen también todos los intérpretes: *Antes de que nacieran los montes y fuera parida la tierra* (89,2), nos lleva manifiestamente a la tropología, pues ni los montes ni las demás cosas nacen ni son paridas, sino que se crean o forman. Por ahí se da claramente a entender que también los santos y excelsas virtudes son siempre creadas por la misericordia de Dios.

7. *Convertirás al hombre hasta aplastarlo, y dices: Convertíos, hijos de Adán* (89,3). Los Setenta: *No vuelvas al hombre a la humildad, y dijiste: Convertíos, hijos de los hombres*. El sentido del texto hebreo es: ¡Oh Dios, que has creado al hombre y desde el principio eres su refugio y habitación!, lo convertirás hasta aplastarlo. Lo hiciste y lo plasmaste para que fuera aplastado en la muerte, y tu vaso se quebrará al término de su vida. Y, sin embargo, aunque ésta es la suerte que le espera, de nacer y morir, y, por mucho tiempo que viva, al fin ha de quedar disuelto por la muerte, tú le dices diariamente por tus profetas: *Convertíos, hijos de los hombres*, que por vuestra culpa habéis ofendido a Dios y de inmortales os hicisteis mortales, por no haber querido oír el mandato de quien os mandaba: *De todo árbol del paraíso comerás; pero no del árbol de la ciencia del bien y del mal. Porque el día que gustares de él morirás sin remedio* (Gen 2,16-17).

biliretur a Deo et orbis terrarum—qui Hebraice dicitur *thebel*, Graece significantius dicitur *oikoumene*, quam nos habitatam transferre possumus—firmaretur siue stabiliretur, Deus nobis semper refugium fuerit. Habitata est autem anima, non deserta, quae hospitem meretur Deum dicente saluatore: *Ego et Pater meus ueniemus et mansionem faciemus apud eum*. Illud autem, quod et Hebraicum habet et omnes alii interpretes: *Antequam montes nascerentur et parturiretur terra*, manifeste ad tropologiam nos trahit. Neque enim montes et cetera natiuitatem parturitionemque recipiunt, sed conditionem. Ex quo liquido demonstratur sanctos quoque excelsasque uirtutes Dei semper misericordia procreari.

7. *Conuertes hominem usque ad contritionem et dicis: Reuertimini filii Adam*. Septuaginta: *Ne auertas hominem in humilitatem, et dixisti: Conuertimini, filii hominum*. Iuxta Hebraicum quod dicitur, hoc est: O Deus, qui hominem condidisti et ab initio eius es refugium et habitatio, conuertes eum usque ad contritionem; fecisti eum atque plasmasti, ut contereretur in morte et uas tuum extremo uitae suae tempore frangeretur; cui cum inmineat ista condicio, ut ortus intereat et, quamuis longo uixerit tempore, tamen fine dissoluatur extremo, cotidie ei loqueris per prophetas: *Reuertimini, filii Adam*, qui uestra culpa offendistis Deum et de inmortalibus facti estis mortales. Praecipientis enim audire noluistis imperium: *De omni ligno, quod est in paradiso, comedes; de*

La traducción de los Setenta: *No vuelvas al hombre a la humildad, y dijiste: Convertíos, hijos de los hombres,* tiene este sentido: Te suplico no humilles con pecado eterno al hombre, que has creado a tu imagen y semejanza, y le has hecho tanto honor, que, de esclavo, lo has llamado hijo, no sea que sobre él se cumpla la antigua sentencia: *Tierra eres y a la tierra volverás* (Gen 3,19). Y es así que tú nos permitiste la penitencia diciendo: *No quiero la muerte del pecador, sino sólo que se convierta y viva* (Ez 33, 11). Tú has dicho con palabra de todos tus santos: *Convertíos* —o volved—, *hijos de los hombres,* al padre clementísimo que sale al encuentro a los que vuelven y les ofrece el anillo que perdieron por su culpa y les pone la antigua ropa de la inmortalidad.

8. *Porque mil años a tus ojos son como el día de ayer, que ya pasó, como una vigilia de la noche* (89,4). Tú, que por los profetas nos convidas en todo momento a penitencia, diciendo: *Convertíos, hijos de Adán,* te pedimos—como antes dije—no hagas que el hombre sea retenido por eterna humillación. Y no pensemos haces tus promesas a largo plazo y que nos vas a dar la salud tras largos tiempos. Comparada con la eternidad, breve es toda largura de los tiempos. En tu acatamiento mil años se cuentan por un día. E, inmediatamente, el salmista se corrige a sí mismo: Dije mal «un día»; dije que en ti mil años se comparan al espacio de un solo día. Más bien hube de decir que la prolijidad de mil años equivale al espacio de una sola vigilia. La noche se divide en cuatro vigilias, y éstas, a su vez, se subdividen cada una en tres

ligno autem sciendi boni et mali non comedes. In quacumque enim die gustaueris de eo, morte morieris. Porro iuxta id, quod Septuaginta transtulerunt: *Ne auertas hominem in humilitatem, et dixisti: Conuertimini, filii hominum,* hunc habet sensum: Obsecro, ut hominem, quem ad tuam imaginem et similitudinem condidisti et tanto cum honore dignatus es, ut de seruo filium nuncupares, ne eum humilies peccato perpetuo; ne super illum uigeat antiqua sententia: *Terra es et in terram ibis.* Tu enim nobis paenitentiam permisisti dicens: *Nolo mortem peccatoris, tantum ut reuertatur et uiuat;* tu dixisti omnium sanctorum tuorum eloquio: *Conuertimini*—siue reuertimini—, *filii hominum,* ad clementissimum patrem, qui occurrit uenientibus et signum, quod suo uitio perdiderunt, offert et stolam incorruptionis largitur antiquam.

8. *Quia mille anni in oculis tuis ut dies hesterna, quae* (praeteriit) *transiit, et uigilia nocturna siue in nocte.* Qui per prophetas semper nos ad paenitentiam prouocas dicens: *Reuertimini, filii hominum,* petimus —ut ante iam dixi—, ne facias hominem sempiterna humilitate retineri. Nec putamus longum esse, quod promittis, et salutem nobis post tempora multa tribuendam. Aeternitati comparata breuis est omnium temporum longitudo. In conspectu enim tuo mille anni quasi una dies reputantur. Statimque se ipse reprehendit: Male dixi unam diem et unius diei spatio mille annorum apud te longitudinem comparari, cum magis debuerim dicere unius uigiliae spatium instar habere mille annorum prolixitatem. Nox in quattuor

horas. De ahí que el Señor llegó a la cuarta vigilia a los apóstoles que navegaban por el lago. Ahora bien, así como una vigilia pasa en seguida—sobre todo para los que están cansados por el trabajo de ellas—, así, para ti, que siempre eres, y has de ser, y has sido, el espacio de mil años se calcula por un momento. Y lo que añade: *Como el día de ayer, que ya pasó,* hemos de sentirlo conforme a aquello del Apóstol, que escribe a los hebreos: *Jesucristo ayer y hoy, y El mismo para siempre* (Hebr 13,8). Personalmente opino, por este lugar y por la carta que se escribe en nombre del apóstol Pedro, que mil años es manera de decir un solo día; quiero decir que, como el mundo fue fabricado en seis días, así hay que creer no haya de durar más de seis mil años. Luego vendría el número septenario y octonario, en que se practicaría el verdadero sabatismo y se devolvería la pureza de la circuncisión. De ahí que se prometan, en ocho bienaventuranzas, los premios de las buenas obras. En cuanto a Pedro, escribe así: *Una cosa no ha de pasaros por alto, amadísimos, y es que un día para el Señor es como mil años, y mil años como un día. No tarda el Señor en su promesa, como algunos se imaginan que tarda* (2 Petr 3,8-9).

9. *Si tú los hieres, serán como un sueño, por la mañana, como hierba que pasa. Por la mañana floreció y pasó; por la tarde será pisada y se secará* (89,5-6). Los Setenta: *Lo que se tiene por nada serán sus años. Pase por la mañana como hierba, por la mañana florezca y pase; por la tarde cae, se endurece y se seca.* El sentido del hebreo es: Mucho contribuye a nuestra conversión y salud que toda vida de los mortales se reduce, por la muerte, a un

uigilias diuiditur, quae singulae trium horarum spatio subputantur. Vnde et Dominus quarta uigilia ad nauigantes uenit apostolos. Sicut igitur una noctis uigilia cito pertransit—maxime uigiliarum labore defessis—, sic et mille annorum spatia apud te, qui semper es et futurus es et fuisti, pro breuissimo tempore computantur. Quodque infert: *Sicut dies hesterna, quae praeteriit,* iuxta illud apostoli sentiamus, quod scribit ad Hebraeos: *Iesus Christus heri et hodie, ipse et in sempiternum.* Ego arbitror ex hoc loco et ex epistula, quae nomine Petri apostoli scribitur, mille annos pro una die solitos appellari, ut scilicet, quia mundus in sex diebus fabricatus est, sex millibus annorum tantum credatur subsistere et postea uenire septenarium numerum et octonarium, in quo uerus exercetur sabbatismus et circumcisionis puritas redditur. Vnde et octo beatitudinibus bonorum operum praemia promittuntur. Scribit autem Petrus hoc modo: *Vnum hoc ne uos praetereat, dilectissimi, quia una dies apud dominum quasi mille anni et mille anni quasi unus dies. Non moratur Dominus in promisso, ut quidam moram aestimant.*

9. *Percutiente te eos somnium erunt, mane quasi herba transiens. Mane floruit et abiit, ad uesperam conteretur atque siccabitur.* Septuaginta: *Quae pro nihilo habentur, eorum anni erunt. Mane sicut herba transeat, mane floreat et transeat, uespere decidat, induret et arescat.* Iuxta Hebraicum hic sensus est: Multum conuersioni nostrae contulit et saluti, quod omnis uita mortalium quasi somnium ita ueloci morte

sueño. A semejanza de las flores y la hierba, casi al mismo tiempo de nacer, se seca y perece. *Si tú hieres,* dice, es decir, a los hombres; y, cumplida aquella palabra: *Necio, esta noche te requerirán el alma; y lo que has allegado, ¿de quién será?* (Lc 12,20), toda la condición humana se comparará con un sueño. Y es así que, a la manera como la hierba verdeguea por la mañana y, adornándose luego con sus flores, deleita los ojos de los que la contemplan; pero, marchitándose lentamente, pierde toda su belleza y se convierte en heno que hay que pisar, así toda la hermosura de los hombres verdeguea en los niños, florece en los jóvenes, alcanza su vigor en la edad madura y, de pronto, sin saber cómo, la cabeza empieza a blanquear, se arruga la cara; la piel, antes lisa, se contrae y, al cabo, en lo que aquí se llama la tarde, apenas puede el hombre moverse, de modo que ya no se reconoce al que antes fuera por haberse cambiado casi en otro. Mas ¿para qué hablar del tiempo de la infancia hasta la extrema vejez y decrepitud, cuando los mismos estragos hacen la enfermedad, las inedias y la tristeza? El rostro antes hermosísimo de las mujeres pasa a tal fealdad, que tiene fuerza para convertir el amor en aborrecimiento. Sobre pareja condición de los mortales habla también Isaías, cuando dice: *Toda carne es heno y toda su gloria como flor de heno: secóse el heno y cayó su flor* (Is 40,6-7). El comentario según los Setenta es parecido: Todo lo que en el mundo parece largo es, ¡oh Dios!, breve para ti. Y es así que los días y los años a que se reduce la vida humana, si se comparan con la eternidad, serán reputados como nada. Como la hierba crece por

contracta est, quae in similitudine florum atque faeni in eodem paene tempore siccatur et deperit. *Percutiente,* inquit, *te eos,* id est homines; et illo sermone completo: *Stulte, hac nocte repetent animan tuam a te; quae autem praeparasti, cuius erunt?* Omnis humana condicio somnio comparabitur. Sicut enim mane uirens herba et suis floribus uernans delectat oculos contemplantium paulatimque marcescens amittit pulchritudinem et in faenum, quod conterendum est, uertitur, ita omnis species hominum uernat in paruulis, floret in iuuenibus, uiget in perfectae aetatis uiris et repente, dum nescit, incanescit caput, rugatur facies, cutis prius extenta contrahitur et extremo fine, quod hic dicitur uespera, id est senectute, uix moueri potest, ita ut non cognoscatur, quis prior fuerit, sed paene in alium commutetur. Quid loquimur de infantiae temporibus usque ad extremam et decrepitam senectutem, cum hoc et languor faciat et inediae (et) maeror, ut uultus prius pulcherrimus feminarum ad tantam transeat foeditatem, ut amor in odia commutetur? Super hac condicione mortalium et Isaias loquitur: *Omnis caro faenum et omnis gloria eius quasi flos faeni, faenum aruit, flos decidit.* Iuxta Septuaginta quoque similiter explanandum est: Omne, quod in saeculo longum uidetur, apud te, Deus, breue est. Dies enim et anni, quibus humana uita contracta est, si comparentur aeternitati, reputabuntur pro

la mañana, florece y se seca, y por la tarde se endurece y perece, así será toda belleza de los hombres.

10. *Porque hemos sido consumidos por tu furor y conturbados por tu indignación* (89,7). Los Setenta: *Porque hemos desfallecido por tu ira y nos hemos conturbado por tu furor.* En lugar de lo que nosotros hemos puesto: *Hemos sido conturbados,* Símmaco y Aquila trasladaron: *Hemos acelerado,* y significa la brevedad de la vida humana. Y lo que el salmista añade: *Por tu ira y tu furor,* pone de manifiesto la persistencia de la sentencia divina, que pesa sobre todos los hombres; la sentencia, digo, de que *tierra eres y a la tierra has de volver* (Gen 3,19). Hermosamente se dice, en el texto, no: *Hemos sido conturbados,* como en los Setenta, sino: *Hemos acelerado,* en el sentido de que toda edad de los hombres, por larga que parezca, comparada con la eternidad, es siempre corta. Lo que atestigua el poeta glorioso:

«Mas huye, huyendo va entre tanto
el tiempo irreparable»

(VIRG., *Georg.* 3,284.)

Y otra vez:

«Mucho, Rebo, si mucho entre mortales
algo es, hemos vivido»

(ID., *Aen.* 10,861s.)

11. *Has puesto nuestras iniquidades delante de ti, nuestras negligencias a la luz de tu rostro* (89,8). Los Setenta: *Has puesto nuestras iniquidades ante tu acatamiento, nuestro siglo a la luz de tu rostro.* Donde nosotros, siguiendo el texto hebreo y a Símmaco, hemos puesto: *Nuestras negligencias,* y los Setenta tras-

nihilo. Sicuti enim herba mane creuit, floruit et siccatur ad uesperam indurescit et deperit, ita erit omnis hominum pulchritudo.

10. *Consumpti enim sumus in furore tuo et in indignatione tua conturbati sumus.* Septuaginta: *Quia defecimus in ira tua et in furore tuo turbati sumus.* Pro eo, quod nos diximus: *Turbati sumus;* Symmachus et Aquila transtulerunt: *Accelerauimus;* breuitatem autem uitae significat humanae. Quodque intulit: *In ira tua et in furore tuo,* sententiae dei ostendit perseuerantiam, cui omnes homines subiacemus, illi uidelicet: *Terra es et in terram ibis.* Pulchre autem non, ut in Septuaginta continetur, *turbati sumus,* sed iuxta Hebraicum *accelerauimus* dicitur, ut, quamuis aetas hominum longa uideatur, tamen comparatione aeternitatis breuis sit. Quod et inlustris poeta testatur dicens:

«sed fugit interea, fugit inreparabile tempus»

et iterum:

«Rhaebe, diu, res si qua diu mortalibus ulla est, uiximus».

11. *Posuisti iniquitates nostras coram te, neglegentias nostras in luce uultus tui.* Septuaginta: *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, saeculum nostrum in inluminatione uultus tui.* Vbi nos iuxta Hebraicum et Symmachum possuimus: *Neglegentias nostras,* pro quo Septuaginta saeculum transtulerunt, in Hebraico scriptum est: *Alomenu,* quod quinta

ladaron «nuestro siglo», en el hebreo se escribe *alomenu,* que la quinta edición interpreta «adolescencia», Aquila *paroraseis* y nosotros podemos verter a nuestra lengua por «errores» o «ignorancias». De ahí que en otro lugar se dice: *No te acuerdes de las faltas de mi juventud ni de mis ignorancias* (Ps 24,7). Y otra vez: *¿Quién entiende las faltas? Límpiame, Señor, de mis culpas ocultas, y lo ajeno perdona a tu siervo* (Ps 18,13-14). Y es así que cosa ajena a nosotros son los vicios que a menudo cometemos por voluntad, a veces por error e ignorancia. Y, no obstante, aun cuando no se pueda acusar la voluntad, el error es culpable. Pero me maravillo por qué los Setenta quisieron decir «siglo» en lugar de adolescencia, negligencias y errores, a no ser porque en el siglo y en el tiempo de la presente vida se cometen los vicios. Lo que añade: *A la iluminación* o *a la luz de tu rostro,* tiene este sentido: Nada se te oculta de nuestros pecados; tu ojo penetra nuestros mismos escondrijos, según lo que está escrito: *Las tinieblas no se te esconderán* (Ps 138,12); y: *Dios escudriña los corazones y los riñones* (Ps 7,10); y otra vez: *Como sus tinieblas, así su luz* (Ps 138,12). *El hombre ve en la cara, pero Dios en el corazón* (1 Reg 16,7).

12 *Porque todos nuestros días han pasado, bajo tu ira hemos consumido nuestros años, como quien dice una palabra* (89,9). Los Setenta: *Porque nuestros años se han desvanecido, en tu ira nos hemos desvanecido; nuestros años han meditado como una araña.* La brevedad de la vida humana, sobre la que pesa hasta ahora la sentencia de Dios, y que en el anterior versículo compara

editio interpretatur: Adulescentiam, Aquila *paroraseis* et nos in linguam nostram uertere possumus errores siue ignorantias. Vnde dicit et in alio loco: *Delicta iuuentutis meae et ignorantias meas ne memineris,* et iterum: *Delicta quis intellegit? Et ab occultis meis munda me, Domine, et ab alienis parce seruo tuo.* Aliena enim a nobis sunt uitia, quae saepe uoluntate, interdum ignoratione et errore committimus, et tamen, cum non sit uoluntas in crimine, error in culpa est. Miror autem, cur Septuaginta uoluerint pro adulescentia, neglegentiis et erroribus siue ignorationibus saeculum dicere, nisi forte eo, quod in saeculo et in uitae huius tempore uitia committantur. Quodque intulit: *In inluminatione siue in luce uultus tui,* hunc habet sensum: Nihil te nostrorum latuit peccatorum, secreta quoque nostra tuus oculus inspexit iuxta illud, quod scriptum est: *Tenebrae non abscondentur a te,* et: *Scrutans corda et renes deus,* et iterum: *Sicut tenebrae eius, ita et lumen illius; homo enim uidet in facie, deus in corde.*

12. *Omnes enim dies nostri transierunt, in furore tuo consumpsimus annos nostros quasi sermonem loquens.* Septuaginta: *Quoniam dies nostri defecerunt, in ira tua defecimus; anni nostri sicut aranea meditati sunt.* Breuitatem humanae uitae, quae sententiae Dei huc usque subiecta est et quam in priori uersiculo somnio comparat dicens: *Percutiente te eos somnium erunt,* nunc sermoni loquentium comparat, ut, quomodo sermo,

con el sueño diciendo: *Si tú los hieres, serán como sueño,* ahora la compara a la palabra de los que hablan: la palabra, que está en la boca, apenas se profiere, se corta y deja de existir. Así pasa también y deja de existir toda nuestra vida, y ello bajo la ira y furor de Dios, que con razón pesan sobre nosotros, pues está viva en nosotros, como arriba hemos dicho, la sentencia de Dios. Ahora, qué haya de entenderse por ira y furor de Dios, es cosa que hemos dicho muchas veces. No es que Dios se vengue por impulso de ira, sino que, a quienes sufren los castigos, les parece estar airado. Lo que en nosotros procede de alteración, en El nace de verdad de juicio. En lugar de «palabra de quien habla», los Setenta trasladaron «meditación de araña». Y es así que, como pasa volando la palabra del que habla, así en balde se teje la tela de la araña. De ella, con referencia a los herejes, se escribe en Isaías: *Tejen tela de araña* (Is 59,5), que puede cazar animalillos menudos y leves, como moscas y mosquitos, y otros por el estilo; pero son rotas por los fuertes. Imagen de los leves y simples en la Iglesia, que se dejan cazar por sus errores; mas a los varones robustos en la fe no pueden retenerlos en sus redes.

13. *Los días de nuestros años, en ellos, son setenta años; a lo más, ochenta; y lo que de aquí pasa, trabajo y dolor* (89,10). Los Setenta: *Los días de nuestros años, en ellos, son setenta años, acaso en los potentados, ochenta; y lo que pasa de ellos, trabajo y dolor.* En lugar de lo que nosotros hemos puesto en ellos y el hebreo dice *bahem,* Símmaco, más expresivamente, lo trasladó por *holócleroi,* que, más en cuanto al sentido que a la letra, podemos verter por «todos». Así, pues, todo lo que vivimos y en que la

qui in ore uersatur, dum profertur, intercipitur et esse desistit, sic et omnis uita nostra pertranseat atque desistat et hoc in ira et in furore Dei, cui merito subiacemus uiuente in nobis, ut supra diximus, sententia Dei. Quae sit autem ira et furor Dei, crebrius diximus, non quo Deus ulciscatur iratus, sed quo patientibus poenas iratus esse uideatur. Quod enim in nos ex perturbatione descendit, in illo est ex iudicii ueritate. Pro sermone loquentis Septuaginta meditationem araneae transtulerunt. Quomodo enim loquentis sermo praeteruolat, ita et opus araneae incassum texitur. De quo super persona hereticorum in Isaia scriptum est: *Telam araneae texunt,* quae parua et leuia potest capere animalia, ut muscas, culices et cetera istius modi, a fortioribus autem rumpitur, instar leuium in ecclesia simplicumque, qui eorum decipiuntur erroribus, cum uiros in fidei ueritate robustos non ualeant obtinere.

13. *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem multum, octoginta anni; et, quod amplius est, labor et dolor.* Septuaginta: *Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni, si autem in potentatibus, octoginta anni; et amplius eorum labor et dolor.* Pro eo, quod nos posuimus: In ipsis et in Hebraico habetur *bahem,* Symmachus significantius transtulit *holócleroi,* quod magis ad sensum quam ad uerbum transferre possumus uniuersi. Quicquid igitur uiuimus et in quo delectabilis

vida de los mortales tiene algún deleite, se cifra en el espacio de setenta años. A lo más, y, como lo interpreta Símmaco, contra lo que cabe pensar, ochenta años. Lo que sale de ese límite se pasa entre enfermedades y debilidad, compañera que es de senectud; se oscurecen los ojos, duelen o se caen los dientes, antes durísimos; el cuadro, en fin, más completo que la palabra divina nos traza en el Eclesiastés: *Cuando vienen los días malos, en que decimos: «No tengo ya contento»; antes que se oscurezcan el sol, la luna y las estrellas, y vengan las nubes después de la lluvia; cuando temblarán los guardianes de la casa, y se encorvarán los fuertes, y cesarán de trabajar las muelas, porque son pocas, y se oscurecerán los que miran por las ventanas, y se cerrarán las puertas de fuera, y se debilitará el ruido del molino, y se agudizará la voz del ave y debilitarán la suya todas las hijas del canto, y habrá temores en lo alto y tropezones en el camino, y florecerá el almendro, y se pondrá pesada la langosta, y se caerá la alcaparra, porque se va el hombre a su eterna morada y andan las plañideras en torno de la plaza; antes que se rompa el cordón de plata, y se quiebre el plantío de oro, y se haga pedazos el cántaro junto a la fuente, y se caiga al fondo del pozo la polea, y se torne el polvo a la tierra que antes era, y retorne a Dios el espíritu que El le dio.* (Eccle 12,1-8). *Vanidad de vanidades, dijo el Ecclesiastés, y todo vanidad* (ibid., 1,1). Es como una síntesis de las miserias de la vida humana, y señaladamente de la vejez. En otro lugar hemos comentado su sentido. Hay quienes, interpretando alegóricamente este lugar, lo aplican al misterio del sábado y la circuncisión, en el sentido de que primero descansamos en la ley, y luego, en el

est uita mortalium, septuaginta annorum spatio comprehenditur. Sin autem multum et, ut interpretatus est Symmachus, contra opinionem, octoginta anni sunt; quicquid supra fuerit, morbis et infirmitate transigitur, quae est socia senectutis, caligantibus oculis, dolentibus uel cadentibus durissimis prius dentibus, quod plenius diuinus sermo in Ecclesiaste describit. *Quando ueniunt dies malitiae et in quibus dicimus: Non est nobis uoluntas; quando obscuratur sol et lux et luna et stellae et conuertuntur nubes post pluuiam; in die, qua mouebuntur custodes domus et subuertuntur uiri uirtutis cessantque molentes, quia paucae factae sunt, et obscurantur, quae uident in foraminibus, et clauduntur ianuae in foro in infirmitate uocis molentis et exurget ad uocem auis et humiliantur omnes filiae cantici et quidem ab alto aspicient et pauor in uia et florebit amygdalum et incrassabitur locusta et scindetur capparis. Quoniam abiit homo in domo aeternitatis suae et gyrabunt in foro, qui plangunt, quoad usque non pulsetur funiculus argenti et conteratur ornamentum auri et confringatur hydria ad fontem et impediatur rota in lacu et conuertatur puluis in terra, sicut fuit, et spiritus reuertatur ad Deum, qui dedit eum. Vanitas uanitatum,* dixit Ecclesiastes, *uniuersa uanitas.* Quae omnia humanae uitae et maxime senectutis miserias comprehendunt et, quem sensum habeant, in suo loco disseruimus. Sunt, qui istum locum allegorice interpretantes

evangelio, poseemos los misterios de la verdadera circuncisión. Y aducen aquello de *dar parte a siete y dar parte a ocho* (Eccle 11, 2), y la muchedumbre de los ochenta mil hombres que, bajo Salomón, construyeron el templo de Dios (3 Reg 5,15). Mas ¿qué tendrá esto que ver con el paso presente, en que basta una declaración pura y simple? Esta no ha de buscar la ostentación de ciencia multiplicando las palabras, sino la inteligencia del lector.

14. *Porque velozmente hemos pasado y hemos volado* (Ps 89, 10). Los Setenta: *Porque sobreviene la mansedumbre sobre nosotros y seremos corregidos.* En griego se dice *paideuthesómetha,* verbo ambiguo, que lo mismo puede significar corrección que instrucción y doctrina. *Y es así que el Señor, a quien ama, lo corrige—o lo instruye—, y azota a todo el que recibe por hijo* (Hebr 12,6; cf. Prov 3,12). Símmaco trasladó así: *Porque somos de repente cortados y pasamos volando.* La quinta edición: *Porque velozmente hemos pasado y nos disolvemos.* El sentido es: Después de los setenta años—o, a lo sumo, después de los ochenta—, en que se cifra la vida de los hombres, cuando el alma se separa del cuerpo, volamos parejas de los vientos o, como antes comparó al hombre a la hierba verde, a la hermosura de las flores y a la aridez o sequedad de la tarde, ahora, en vez de la sequedad, pone el corte de las flores. Y una vez, dice, que hubiere pasado todo lo que hemos vivido, con súbita muerte nos disolvemos. En cuanto a la versión de los Setenta: *Porque sobreviene la mansedumbre y seremos corregidos,* su sentido es: Después de los seten-

ad sabbati circumcisionisque mysterium referunt, quod primum requiescamus in lege et postea uerae circumcisionis in euangelio sacramenta nos teneant, admonentes et illud: *Da partem septem et da partem octo,* et septuaginta milia atque octoginta milia hominum multitudines, a quibus templum sub Salomone constructum est. Sed quid hoc ad praesentem locum, cui sufficit simplex et pura explanatio, quae non doctrinae gloriam in multiplicatione sermonum sed legentis debet intellegentiam quaerere?

14. *Quoniam transiuimus cito et auolauimus.* Septuaginta: *Quoniam superuenit mansuetudo super nos et corripiemur.* Pro quo in Graeco scriptum est *paideuthesómetha,* quod uerbum ambiguum est et tam correptionem quam eruditionem doctrinamque significat. *Quem enim diligit Dominus, corripit—siue erudit—et flagellat omnem filium, quem recipit.* Quem locum ita Symmachus transtulit: *Succidimur enim repente et auolamus,* quinta editio hoc modo: *Quoniam transiuimus celeriter et dissoluimur.* Et est sensus: Post septuaginta annos—ut multum, octoginta—, quibus hominum uita transigitur, cum anima fuerit a corpore separata, uento similes auolamus siue, quia supra herbae uirenti et florum pulchritudini et ad uesperam siccitati hominem comparat, nunc pro ariditate uesperae succisionem florum ponit. Et cum pertransierit, inquit, omne, quod uiuimus, subita morte dissoluimur. Quod autem dixere Septuaginta: *Quia superuenit mansuetudo et corripiemur,* hunc habet sensum: Post septuaginta annos et octoginta, cum uenerit Domini mansuetudo et dies

ta o los ochenta años, cuando sobrevenga la mansedumbre del Señor y se nos eche encima el día de la muerte, no seremos juzgados según nuestro merecido, sino según la clemencia o bondad de Dios, y lo que se tiene por corrección o castigo es instrucción y enseñanza. Yo no acabo de admirarme por qué a los Setenta, Teodoción y la sexta columna les dio por traducir la palabra hebrea *ais* por mansedumbre, que Aquila, Símmaco y la quinta edición trasladaron por «prisa», «de repente» y «velozmente».

15. *¿Quién conoce la fuerza de tu ira y, según el temor a ti debido. tu indignación?* (89,11). Los Setenta: *¿Quién conoce el poder de tu ira, y sabrá contar, por temor tuyo, tu ira?* La puntuación del hebreo y los Setenta es diferente. Los Setenta juntan la cuenta con el temor y el furor; el hebreo, en cambio, lo une con el versículo siguiente, de modo que sigue: *Muéstranos cómo se cuenten nuestros días y vendremos con corazón sabio.* Lo que puede comentarse brevemente así: ¿Quién puede saber cuánto tiempo haya de durar tu ira, de la que nace al género humano el temor? Si tú, que eres Dios, lo enseñas. Por eso te ruego nos indiques el tiempo de nuestra vida, para que, con corazón sabio, nos podamos preparar para tu juicio. Decir: *¿Quién conoce la fuerza*—o el poder—*de tu ira y, según el temor a ti debido, tu indignación,* es decir lo difícil que es conocer el secreto y razón de la ira, temor e indignación de Dios. De ahí que también el profeta suplica con lágrimas: *Señor, no me arguyas en tu ira ni me castigues en tu furor* (Ps 6,2). Porque no castiga para matar y aniquilar, sino para corregir y enmendar. Por eso, en Oseas (4,14), dice Dios que no quiere en modo alguno airarse ya contra el pue-

nobis mortis ingruerit, non iudicabimur iuxta meritum sed iuxta clementiam et, quae putatur correptio esse, eruditio est atque doctrina. Satisque miramur, quid uoluerint uerbum Hebraicum ais Septuaginta, Theodotio et sexta editio transferre mansuetudinem, cum Aquila, Symmachus et quinta editio festinationem et repente uelociterque transtulerint.

15. *Quis nouit fortitudinem irae tuae et secundum timorem tuum indignationem tuam?* Septuaginta: *Quis nouit potestatem irae tuae et prae timore tuo iram tuam dinumerare?* Inter Hebraicum et Septuaginta diuersa distinctio est. Septuaginta enim dinumerationem timori et furori Domini copulant, porro Hebraicum sequenti aptat uersiculo, ut sequatur: *Vt numerentur dies nostri, sic ostende: et ueniemus corde sapienti.* Quod breuiter ita nobis disserendum uidetur: Quis potest nosse, quamdiu ira tua, ex qua timor nascitur humano generi, perseueret? Te docente, qui Deus es. Itaque obsecro, ut tempus uitae nostrae indices nobis, quo possimus corde sapienti tuo nos iudicio praeparare. Quod autem dicit: Quis nouit fortitudinem—siue potestatem—irae tuae et secundum timorem tuum indignationem tuam?, ostendit esse difficile irae timorisque et indignationis Dei secretum rationemque cognoscere. Vnde et propheta lacrimabiliter deprecatur: *Domine, ne in ira tua arguas me neque in furore tuo corripias me.* Non enim corripit, ut interficiat atque disperdat, sed ut corrigat et emendet. Quam ob rem et in Osee populo Iudaeorum, cui

blo judío, contra quien se había irritado mucho, y que no visitará o castigará a sus nueras cuando adulteren, y, por Ezequiel (16,42), habla así a Jerusalén: *Ya no me irritaré contra ti y mi celo se ha apartado de ti.* Y en las palabras de los Días se habla de cuando marcha Israel a la batalla con corazón pacífico (1 Par 12,38).

16. *Muéstranos cómo se cuentan nuestros días, y vendremos con corazón sabio* (89,12). Los Setenta: *Hazme conocer así tu diestra, y a los instruidos de corazón la sabiduría.* Aquila, Símmaco y la quinta edición vertieron así: *Muéstranos nuestros días de manera que vengamos con corazón sabio.* Y es error evidente que los Setenta dijeran «diestra» en lugar de «días». Porque *iamenu* es palabra compuesta, que significa «nuestros días». En singular, si la última letra es *nun,* significa «diestra», como se ve por el nombre de *Beniamín,* que quiere decir «hijo de la diestra»; pero si la final es *men,* suena «día» o «días». El sentido: Muéstranos el número de nuestros años y días, que has determinado que vivamos en este mundo, y así prepararnos para tu venida. Así, despreciando el error de los mortales, tendremos prisa por marchar a ti y desearemos tu presencia y nos apresuraremos a ti con corazón sabio. Nada, efectivamente, engaña tanto a los mortales como prometerse, cuando ignoran lo que va a durar su vida, larga posesión de este mundo. De ahí la verdad con que se dijo no haber nadie tan viejo y de tan decrépita edad que no crea que ha de vivir aún un año más (Cic., *Cato maior* 24). Y este mismo sentido tiene lo que se dice: *Acuérdate de tu muerte y no pecarás* (Eccle 7,36-40). Porque quien cada día se acuerda que tiene

multum iratus est, dicit se nequaquam irasci nec uisitare nurus eorum, cum adulterauerint, et per Hiezechiel loquitur ad Hierusalem: *Iam non irascar tibi et zelus meus recessit a te;* et in uerbis Dierum sonat, quando pergit Israhel aduersum hostes in proelium corde pacifico.

16. *Vt numerentur dies nostri, sic ostende: et ueniemus corde sapienti.* Septuaginta: *Dexteram tuam sic notam fac mihi et eruditos corde in sapientia,* quod Aquila, Symmachus et quinta editio ita uerterunt: *Dies nostros sic ostende, ut ueniamus corde sapienti.* Errorque perspicuus, cur pro diebus Septuaginta dexteram dixerint; «iamenu» quippe uerbum compositum est significans dies nostros. Quod singulari numero si scribatur, extrema littera, quae appellatur nun, exprimit dexteram, sicut est illud in nomine Beniamin, qui interpretatur filius dexterae. Sin autem mem habeat, diem uel dies sonat. Est autem sensus: Numerum annorum dierumque nostrorum, quos in hoc saeculo nos uiuere decreuisti, ostende nobis, ut praeparemus nos aduentui tuo et contempto errore mortalium ad te pergere festinemus cupiamusque praesentiam tuam et ad te festinemus corde sapienti. Nihil enim ita decipit humanum genus, quam, dum ignorant spatia uitae suae, longiorem sibi saeculi huius possessionem repromittunt. Vnde et illud egregie dictum est: Nullum tam senem esse et sic decrepitae senectutis, ut non se adhuc uno plus anno uiuere suspicetur. Ad hunc sensum pertinet et illud, quod dicitur: *Memento mortis tuae et non peccabis.* Qui enim se recordatur cotidie esse moriturum,

que morir, menosprecia lo presente y se da prisa hacia lo por venir. Y esto es lo que, en otro lugar, pide a Dios David diciendo: *No me arrebates en medio de mis días antes de que me vaya y no subsista* (Ps 101,25). Lo que se expone así: No me hagas morir en tiempo que aún pensaba había de vivir y corregiría mis pecados por la penitencia. Porque, si esto haces, hallándome en mis pecados, cesaré de ser. No que niegue la esperanza de la resurrección; lo que niega es que pueda subsistir para Dios, ante quien son tenidos por nada todos los que se obstinan en sus pecados. Donde nosotros hemos traducido: *Instruidos de corazón en sabiduría,* otros, engañados por la ambigüedad de la palabra, trasladaron «atados». Efectivamente, si se dice *pepedemenous,* significa «atados».

17. *Vuélvete, Señor. ¿Hasta cuándo? Y sé propicio a tus siervos* (89,13). Los Setenta, de manera semejante. Ya que hemos hecho penitencia y, sabiendo que sabemos la brevedad de nuestra vida, deseamos llegar a ti con corazón sabio; tú también, Señor, vuélvete a nosotros, pues, por nuestros pecados, te habías ido lejos y nos habías abandonado para que anduviéramos según nuestra voluntad y pensamientos. La frase que añade: *¿Hasta cuándo?,* tiene el mismo sentido que dijimos en el salmo 12: *¿Hasta cuándo, Señor? ¿Es que me vas a olvidar para siempre?* (Ps 12,1). Al que se ve angustiado, se le hace tardío el auxilio de Dios, y por eso ruega más fervientemente; quiere sentir pronto la ayuda del Señor y que no se muestre juez airado, sino aplacado.

18. *Llénanos por la mañana de tu misericordia, y te alaba-*

contemnit praesentia et ad futura festinat. Hoc est, quod et Dauid in alio loco precatur dicens: *Ne auferas me in dimidio dierum meorum, priusquam abeam et non subsistam.* Quod ita exponitur: Ne eo tempore facias me mori, quando adhuc me putabam esse uicturum et peccata corrigere paenitentia. Si enim hoc feceris, inuentus in delictis meis esse cessabo, non quo spem resurrectionis neget, sed quod Deo se neget posse subsistere, apud quem omnes, qui in uitiis perseuerauerint, pro nihilo computantur. Vbi nos interpretati sumus: *Eruditos corde in sapientia,* alii transtulerunt compeditos uerbi ambiguitate decepti. Si enim dicas *pepedemenous,* compeditos significat.

17. *Reuertere, Domine, usque quo? Et exorabilis esto super seruos tuos.* Septuaginta similiter. Quia agimus paenitentiam et scientes uitae nostrae breuitatem ad te corde sapienti cupimus peruenire, et tu, Domine, reuertere ad nos. Peccatis enim nostris longe recesseras et dimiseras nos, ut ambularemus secundum uoluntatem et cogitationes nostras. Quod autem infert *usque quo,* illam habet intellegentiam, quam in duodecimo psalmo diximus: *Usque quo, Domine, obliuisceris me in finem?* Qui enim in angustia constitutus est, serum ei Dei uidetur auxilium et propterea inpensius deprecatur, ut cito adiutorem Dominum sentiat et nequaquam iratum iudicem, sed placatum.

18. *Imple nos matutina misericordia tua et laudabimus et laetabi-*

remos y nos regocijaremos todos los días de nuestra vida (89,14). Los Setenta: *Hemos sido llenos por la mañana de tu misericordia, y nos hemos regocijado y deleitado todos los días de nuestra vida.* Casi en todos los lugares tienen los Setenta la costumbre de poner como ya hecho y pasado lo que en hebreo se ve que está en futuro. Pero aquí no dice el hebreo, como quisieron ellos, que han quedado por la mañana llenos de la misericordia de Dios y que se han alegrado; de haber sido así, ¿cómo es que luego ruega el salmista y dice: *Mira a tus siervos y a tus obras?* No; todo lo que piden en su oración, lo piden para merecer la misericordia matutina de Dios. Cuando la hubieren conseguido, lo alabarán y se alegrarán todos los días de su vida. Por mi parte, paréceme que pide la esperanza de la resurrección y los premios de la vida eterna, diciendo: *Llénanos de tu misericordia matutina.* Lo mismo suena el título del salmo 21, que pertenece literalmente al misterio del Señor y de su resurrección, y se inscribe: *Para la asunción matutina* (Ps 21,1).

19. *Alégranos por los días en que nos has afligido, por los años en que hemos visto males* (89,15). Los Setenta: *Nos hemos alegrado por los días en que nos humillaste, por los años en que vimos males.* También Lázaro, que había recibido males en su vida, descansa en el seno de Abrahán con gozo eterno. Y llama males no los que son contrarios a lo bueno, sino que pone males por aflicciones y angustias. Con males así afligió también Sara a Agar, su criada (Gen 16,6), y de ellos se dice en el evangelio: *Bástale a cada día su malicia* (Mt 6,34). Así, pues, cuanto en

mur in cunctis diebus nostris. Septuaginta: *Repleti sumus mane misericordia tua et exultauimus et delectati sumus in omnibus diebus nostris.* In cunctis paene locis hanc habent Septuaginta consuetudinem, ut, quod apud Hebraeos in futurum ostenditur, hoc illi quasi iam factum et praeteritum referant. Hic ergo non, ut illi uoluerunt, dicunt se impletos esse matutina misericordia Dei atque laetatos—alioquin, si hoc factum erat, quomodo postea deprecantur et dicunt: *Respice in seruos tuos et in opera tua?*—. Sed totum, quod postulant, ideo deprecantur, ut mereantur matutinam misericordiam eius, quam cum fuerint consecuti, laudent eum atque laetentur in cunctis diebus uitae suae. Videtur autem mihi resurrectionis spem et aeternae uitae praemia deprecari dicens: *Imple nos matutina misericordia tua.* Quod quidem et uicesimi (primi) psalmi titulus sonat, qui proprie ad mysterium Domini et ad resurrectionem eius pertinens inscribitur: *Pro assumptione matutina.*

19. *Laetifica nos pro diebus, quibus afflixisti nos, et annis, in quibus uidimus mala.* Septuaginta: *Laetati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti, pro annis, quibus uidimus mala.* Et Lazarus, quia receperat mala in uita sua in sinu Abrahae aeterno quiescit gaudio. Mala autem non ea appellat, quae contraria bonis sunt, sed pro aflictione ponit et angustiis. Quibus malis et Sarra afflixit Agar, ancillam suam, et de quibus in euangelio scribitur: *Sufficit diei malitia sua.* Quando igitur in hoc saeculo persecu-

este mundo más nos afligieren las persecuciones, la pobreza, los poderosos enemigos o las torturantes enfermedades, tanto mayores premios conseguiremos en el otro después de la resurrección. Y hermosamente dijo, no que los «soportamos», sino que los «vimos». Porque *¿quién es el hombre que viva y no vea la muerte?* (Ps 88,49). Una muerte que no hay que referir tanto a la disolución del cuerpo, cuanto a la muchedumbre de los pecados, y de ella se dice: *El alma que pecare, ésa morirá* (Ez 18,4).

20. *Manifiéstese tu obra sobre tus siervos, y tu gloria sobre los hijos de ellos* (89,17). Luego el Señor mismo opera su obra en sus siervos; y el que pide no se contenta con su propia salud, sino que quiere la gloria de los hijos, es decir, de los siervos de Dios. Ahora bien, por hijos hemos de entender no tanto los nacidos de la estirpe de ellos, cuanto los discípulos, de que hablaba también Pablo: *Hijitos míos, por los que de nuevo sufro dolores de parto* (Gal 4,19). De ahí también que Juan apóstol, según el merecimiento de sus hijos y el adelantamiento de las obras de cada uno, escribe a los pequeñuelos, escribe a los jóvenes y escribe a los padres (1 Io 2,12-14).

21. *Y sea sobre nosotros la hermosura del Señor Dios nuestro, y haz estable la obra de nuestras manos sobre nosotros; sí, confirma la obra de nuestras manos* (89,17). Los Setenta: *Y sea el resplandor del Señor Dios nuestro sobre nosotros, y endereza las obras de nuestras manos sobre nosotros; sí, endereza la obra de nuestras manos.* ¿Dónde están los que, orgullosos por el poder de su libre albedrío, piensan haber conseguido la gracia de Dios por el mero hecho de poder hacer o no hacer el bien o el mal?

tionibus, paupertate, inimicorum potentia uel morborum cruciatibus fuerimus afflicti, tanto post resurrectionem in futuro maiora praemia consequemur. Pulchre autem non dixit sustinuimus mala, sed uidimus. *Quis est enim homo, qui uiuat et non uideat mortem?* Quae non tam ad dissolutionem corporis referenda est quam ad multitudinem peccatorum, iuxta quam dicitur: *Anima, quae peccauerit, ipsa morietur.*

20. *Appareat apud seruos tuos opus tuum et gloria tua super filios eorum.* Ergo in seruis suis ipse Dominus operatur opus suum nec propria, qui postulat, salute contentus est, sed quae sit gloria filiorum, id est seruorum Dei. Filios autem non tam illos, qui de eorum stirpe generati sunt, quam discipulos debemus accipere, de quibus et Paulus loquebatur: *Filioli mei, quos iterum parturio.* Vnde et Iohannes apostolus secundum merita filiorum suorum profectusque operum singulorum scribit ad paruulos, scribit ad iuuenes, scribit ad patres.

21. *Et sit decor Domini Dei nostri super nos et opus manuum nostrarum fac stabile super nos et opus manuum nostrarum confirma.* Septuaginta: *Et sit splendor Domini Dei nostri super nos et opera manuum nostrarum dirige.* Vbi sunt, qui liberi arbitrii sibi potestate plaudentes in eo se putant Dei gratiam consecutos, si habeant potestatem faciendi uel non faciendi bona siue mala? Ecce hic beatus Moyses post resurrectio-

He aquí cómo el bienaventurado Moisés, después que pidió la resurrección con estas palabras: *Llénanos, de mañana, de tu misericordia, y te alabaremos y nos alegraremos todos nuestros días* (89,14), no se contenta con haber él resucitado y obtenido el galardón de la vida eterna, sino que pide que el resplandor del Señor Dios suyo esté sobre aquellos que resuciten y brille en las almas y en los corazones de los santos, y que El dirija las obras de sus manos y las haga eternas, y El confirme cuanto en los santos parece bueno. Y es así que como la humildad del que suplica merece premio, así la soberbia del presuntuoso merece ser abandonada del auxilio de Dios.

141 A AGUSTÍN

Al señor santo y papa Agustín, Jerónimo.

En todo tiempo, ciertamente, he venerado a tu beatitud con el honor que era razón, y amado al Señor y Salvador que mora en ti; pero ahora, si cabe, añadimos a lo que está en su colmo y rellenamos lo que está lleno. La verdad que no dejamos pasar hora sin mentar tu nombre, pues has estado firme por el ardor de tu fe contra los vientos que soplaban y has preferido, en cuanto en ti estuvo, librarte solo de Sodoma que habitar con quienes perecían. Tu discreción sabe lo que digo. ¡Enhorabuena! El orbe de la tierra te celebra. Los católicos te veneran y admiran como a nuevo fundador de la antigua fe, y—lo que es señal de mayor gloria—todos los herejes te abominan, y con odio parejo me per-

nem, quam postulauerat dicens: *Imple nos matutina misericordia tua et laudabimus et laetabimur in cunctis diebus nostris,* nequaquam surrexisse contentus est se et aeternae uitae praemia consecutum, sed postulat, ut decor Domini Dei sui sit super eos, qui surrexerint, et splendeat in animabus cordibusque sanctorum et opera manuum eorum ipse dirigat faciatque esse perpetua ipseque confirmet, quicquid in sanctis uidetur boni. Sicut enim humilitas deprecantis meretur praemia, ita superbia confidentis Dei auxilio deseretur.

141 AD AVGVSTINVM

Domino sancto ac beatissimo papae Augustino Hieronymus.

Omni quidem beatitudinem tuam eo, quo decet, honore ueneratus sum et habitantem in te dilexi dominum saluatorem, sed nunc, si fieri potest, cumulo aliquid addimus et plena complemus, ut absque tui nominis mentione ne unam quidem horam praeterire patiamur, qui contra flantes uentos ardore fidei perstitisti maluistique, quantum in te fuit, solus liberari de Sodomis quam cum pereuntibus commorari. Scit, quid dicam, prudentia tua. Macte uirtute, in orbe celebraris. Catholici te conditorem antiquae rursum fidei uenerantur atque suscipiunt et—quod signum maioris gloriae est—omnes heretici detestantur et me pari persequuntur odio, ut, quos gladiis nequeant, uoto interficiant. Incolumem et mei memorem

siguen a mí. A los que no pueden al filo de la espada, nos matan con el deseo. La clemencia de Cristo Señor te guarde sano y salvo y haga que te acuerdes de mí, señor venerable y papa beatísimo.

142 A AGUSTÍN

Muchos cojean de los dos pies y, ni quebrantadas las cervices, se doblegan, pues mantienen su amor al antiguo error, aunque no tienen la misma libertad para predicarlo. Los hermanos que están con nuestra pequeñez, y señaladamente tus santas y venerables hijas, se te encomiendan humildemente. Ruego a tu corona saludes de mi parte a tus hermanos y señores míos Alipio y Evodio. Jerusalén ha sido hecha cautiva por Nabucodonosor y no quiere oír los consejos de Jeremías (Ier 43,2.7-10); antes bien, echa menos a Egipto, para morir en Taphnes y perecer allí con eterna servidumbre.

143 A ALIPIO Y AGUSTÍN OBISPOS

A los señores verdaderamente santos y dignos de ser venerados con todo afecto y razón, Alipio y Agustín, obispos, Jerónimo salud en Cristo.

1. El santo presbítero Inocencio, portador de la presente, no tomó el pasado año, como quien no tenía intención alguna de retornar al Africa, escrito mío para vuestra dignación. Sin embargo, doy gracias a Dios de que así sucedió a fin de que, con vuestras cartas, vencierais mi silencio. Y es así que, para mí, toda

te Christi Domini clementia tueatur, domine uenerande et beatissime papa.

142 AD AVGVSTINVM

Multi utroque claudicant pede et ne fractis quidem ceruicibus inclinantur habentes affectum erroris pristini, cum praedicandi eandem non habeant libertatem. Sancti fratres, qui cum nostra sunt paruitate, praecipue sanctae et uenerabiles filiae tuae, suppliciter te salutant. Fratres tuos, dominum meum Alypium et dominum meum Euodium, ut meo nomine salutes, precor coronam tuam. Capta Hierusalem tenetur a Nabuchodonosor nec Hieremiae uult audire consilia, quin potius Aegyptum desiderat, ut moriatur in Taphnes et ibi seruitute pereat sempiterna.

143 AD ALYPIVM ET AVGVSTINVM EPISCOPOS

Dominis uere sanctis atque omni affectione ac iure uenerandis Alypio et Augustino episcopis Hieronymus in Christo salutem.

1. Sanctus Innocentius presbyter, qui huius sermonis est portitor, anno praeterito quasi nequaquam Africam reuersurus mea ad dignationem uestram scripta non sumpsit. Tamen Deo gratias agimus, quod ita euenit, ut nostrum silentium uestris epistulis uinceretis. Mihi enim omnis occasio

ocasión de escribir a vuestra reverencia me resulta gratísima, y pongo por testigo a Dios que, si me fuera posible, tomara alas de paloma para abrazaros. Siempre, ciertamente; pero sobre todo ahora que, por obra común vuestra y por la autoridad de ambos, ha sido degollada la herejía celestina, la cual hasta tal punto había inficionado los corazones de muchos que, aun viéndose vencidos y condenados, no echan el veneno de sus mentes y hacen lo único que pueden, que es aborrecernos, pues piensan que por nosotros han perdido la libertad de enseñar la herejía.

2. En cuanto a lo que me preguntáis si he contestado a los libros de Aniano, falso diácono celedense, que pace muy a sus anchas para suministrar palabras hueras a la blasfemia ajena, os comunico haber recibido, poco tiempo ha, tales libros en cedulillas, mandados por nuestro santo hermano el presbítero Eusebio; pero luego, ora por mis crecientes achaques, ora por la dormición en el Señor de vuestra hija Eustoquia, ha sido tanto mi dolor que casi pensé debía pura y simplemente despreciarlos. Y es así que sigue atollado en el mismo lodo y, si se exceptúan unas cuantas palabras de cascabel y mendigadas, ninguna otra cosa dice. Sin embargo, bastante hemos logrado con que, al intentar responder a mi carta, se delata a sí más claramente y pone de manifiesto ante todo el mundo sus blasfemias. Porque todo lo que niega haber dicho en aquel lamentable sínodo de Dióspolis lo proclama en esta obra. Ni es tampoco empresa grande responder a necísimas niñerías. Sin embargo, si el Señor me diere vida y tengo abundancia de escribientes, en unas cuantas trasnochadas le responderé, no para refutar una herejía de todo punto muerta, sino para con-

gratissima est, per quam scribo uestrae reuerentiae testem inuocans deum, quod, si possit fieri, adsumptis alis columbae uestris amplexibus implicarer, semper quidem pro merito uirtutum uestrarum sed nunc maxime, quia cooperatoribus et auctoribus uobis heresis Caelestina iugulata est, quae ita infecit corda multorum, ut, cum superatos damnatosque esse se sentiant, tamen uenena mentium non omittant et, quod solum possunt, nos oderint, per quos putant se libertatem docendi [hereseos] perdidisse.

2. Quod autem quaeritis, utrum rescripserim contra libros Anniani, pseudodiaconi Celedensis, qui copiosissime pascitur, ut alienae blasphemiae uerba friuola subministret, sciatis me ipsos libros in schedulis missos a sancto fratre nostro Eusebio presbytero suscepisse non ante multum temporis et exinde uel ingruentibus morbis uel dormitione sanctae et uenerabilis filiae uestrae Eustochiae ita doluisse, ut propemodum contemnendos putarem. In eodem enim luto haesitat et exceptis uerbis tinnulis atque emendicatis nihil aliud loquitur. Tamen multum egimus, ut, dum epistulae meae respondere conatur, apertius se proderet et blasphemias omnibus patefaceret. Quicquid enim in miserabili illa synodo Diospolitana dixisse se denegat, in hoc opere profitetur; nec grande est ineptissimis naeniis respondere. Si autem Dominus uitam tribuerit et notariorum habuerimus copiam, paucis lucubratiunculis respondebimus, non ut conuin-

fundir con mis razonamientos su ignorancia y blasfemia. Si bien mejor haría esto tu santidad, para no verme yo forzado a alabar mis obras contra el hereje. Nuestros santos hijos comunes Albina, Piniano y Melania se os encomiendan mucho. Entrego esta breve carta, desde la santa Belén, al presbítero Inocencio que os la lleve. Vuestra nieta Paula os suplica lastimadamente os acordéis de ella y se os encomienda mucho. La clemencia de Cristo, Señor nuestro, os guarde sanos y salvos y haga os acordéis de mí, señores verdaderamente santos y padres dignos del afecto y veneración de todos.

144 CARTA DE AGUSTÍN A OPTATO, OBISPO DE MILEVI

Al señor beatísimo y al hermano sinceramente carísimo y deseadísimo Optato, Agustín salud en el Señor.

1. De mano del piadoso presbítero Saturnino he recibido la carta de tu veneración en que, con gran ahínco, me pides lo que todavía no tengo. Claro que también me manifiestas la causa por que así lo haces, a saber: porque crees haber tenido yo ya respuesta a la consulta que sobre la cuestión había hecho. ¡Ojalá fuera sí! Dios me libre, en tal caso, de defraudarte en la comunicación de ese regalo, cuando conozco tu expectación avidísima. Pero, si me quieres creer, hermano carísimo, ésta es la hora en que han pasado casi cinco años desde que mandé a Oriente el libro no de mi presunción, sino de mi consulta, y todavía no he merecido una respuesta, en que se desatara el nudo de esa cues-

camus heresim emortuam, sed ut inperitiam atque blasphemiam nostris sermonibus confutemus. Meliusque hoc faceret sanctitas tua, ne compellamur contra hereticum nostra laudare. Sancti filii communes Albina, Pinianus et Melania plurimum uos salutant. Has litterulas de sancta Bethleem sancto presbytero Innocentio tradidi perferendas. Neptis uestra Paula miserabiliter deprecatur, ut memores eius sitis, et multum uos salutat. Incolumes uos et memores mei Christi, Domini nostri, tueatur clementia, domini uere sancti atque omnium affectione uenerabiles patres.

144 EPISTVLA AVGVSTINI AD OPTATVM, EPISCOPVM MILEVITANVM

Domino beatissimo sinceriterque carissimo et desiderantissimo fratri et coepiscopo Optato Augustinus in Domino salutem.

1. Per religiosum presbyterum Saturninum tuae uenerationis litteras sumpsi hoc a me magno studio, quod nondum habeo, flagitantis. Sed cur hoc feceris, causam mihi aperuisti, quod scilicet credas de hac re mihi consulenti iam fuisse responsum. Vtinam ita esset! Absit, ut te, cuius expectationem auidissimam nouerim, huius muneris communicatione fraudarem! Sed, si quid credis, frater carissime, quinque ferme anni ecce euoluti sunt, ex quo in orientem misi librum non praesumptionis sed consultationis meae et adhuc rescripta non merui, quibus mihi enodare-

tión, sobre la que deseas te dé una sentencia segura. Y las dos cosas te mandara si las dos cosas tuviera.

2. Ahora bien, no me parece debo mandar a nadie dar al público lo que tengo sin lo que todavía no tengo, pues acaso él me responda aún como deseo; y, en ese caso, puede con razón molestarse de que se haya difundido en manos de las gentes y en general noticia mi interrogación, elaborada con disquisición trabajosísima, sin su respuesta, de que no hay aún por qué desesperar. Y quizá juzgara haber obrado yo con más jactancia que utilidad, como si pudiera preguntar lo que él no pudo desatar, cuando acaso puede y, hasta que lo haga, es bien aguardar. Porque más bien sé que se ocupa en otros asuntos que no admiten en absoluto dilación y son, sin duda, más importantes.

3. Y porque también tu santidad lo sepa, atiende por un momento lo que, el año siguiente, me contestó a la vuelta del portador por quien yo le había escrito. Pongo un trozo de aquella carta en la presente. «Pero coincidió, me dice, con momentos muy difíciles, en que me convino más callar que hablar, hasta el punto de interrumpir mis estudios y tener que ejercitarme, según Apio (SALUST., *Hist.* II 37), en la facundia canina. Así, no me ha sido posible responder a tiempo a tus dos opúsculos que has dedicado a mi nombre, eruditísimos por cierto y que brillan con todo el fulgor de la elocuencia. Y no es que piense haya en ellos nada que merezca censura, sino porque, según el bienaventurado Apóstol, cada uno ha de abundar en su sentir, uno de una manera y otro de otra (Rom 14,5). La verdad es que cuanto cabe decir y, con le-

tur haec quaestio, in qua me cupis ad te certam ferre sententiam. Vtrumque ergo misissem, si utrumque haberem.

2. Hoc autem, quod habeo, sine altero, quod nondum habeo, cuiquam me iam debere mittere uel edere non uidetur, ne ille, qui mihi fortasse, ut desidero, responsurus est, interrogationem meam disputatione operosissima elaboratam sine sua responsione, quae adhuc desperanda non est, per manus hominum notitiamque diffundi iure succenseat idque iactantius quam utilius fecisse me iudicet, quasi ego potuerim quaerere, quod ille non potuerit enodare, cum forsitan possit idque dum faciat, expectandus sit; magis enim scio, quod aliis occupatur, quae minime differenda sunt plurisque pendenda.

3. Quod ut tua quoque sanctitas nouerit, adtende paulisper, quid mihi alio anno per <per> latorem, per quem scripseram, remeantem scripserit; nam hoc ex eius epistula in istam transtuli: Incidit, inquit, tempus difficillimum, quando mihi tacere melius fuit quam loqui, ita ut nostra studia cessarent et iuxta Appium canina exerceretur facundia. Itaque duobus libellis tuis, quos nomini meo dedicasti, eruditissimis et omni eloquentiae splendore fulgentibus ad tempus respondere non potui, non quod quicquam in illis reprehendendum putem, sed quia iuxta beatum apostolum unusquisque in suo sensu abundet, alius quidem sic, alius autem sic. Certe, quicquid dici potuit et sublimi ingenio de scripturarum sanctarum hauriri fontibus, a te positum atque dissertum est. Sed quaeso

vantado ingenio, sacar de las fuentes de las Escrituras, tú lo has aducido y discutido. Pero ruego a tu reverencia no tomes a mal me detenga poco en alabar tu talento, pues nosotros discutimos uno con otro por amor de la ciencia; pero nuestros émulos, y señaladamente los herejes, si ven entre nosotros diversidad de parecer, nos levantarán que procede de resentimiento de ánimo. Ahora bien, para mí es ley amarte, recibirte, honrarte y admirarte y defender tus dichos como si fueran míos—la prueba es que también en el diálogo que poco ha he publicado he hecho mérito, como era razón, de tu beatitud—, y trabajemos más y más para que sea barrida de las iglesias la perniciosísima herejía, que finge una y otra vez penitencia, para poder mantener la posibilidad de predicar en las iglesias. Teme, en efecto, que, de manifestarse abiertamente, echada fuera, moriría».

4. Ya ves, hermano venerable, cómo las palabras de mi amigo carísimo en contestación a mi pregunta no niegan la respuesta definitiva, sino que ponen la excusa del tiempo, por verse forzado a entender en negocios más urgentes. Ya ves también cuán benévolos sentimientos abriga para conmigo y el aviso que me da. Pueden, efectivamente, nuestros émulos, y señaladamente los herejes, levantarnos que lo que nosotros hacemos por amor al saber, y salva ciertamente la caridad y sincera amistad, procede de resentimiento de ánimo. Por eso, si la gente leyere una y otra obra: aquella en que yo consultaba y la en que él responda a mis consultas, como conviene que yo dé también gracias por mi instrucción caso de que la misma cuestión haya sido por él suficientemente explicada, no será menguado fruto, cuando esto llegue a

reuerentiam tuam, parumper patiaris me tuum laudare ingenium. Nos enim inter nos eruditionis causa disserimus. Ceterum aemuli et maxime heretici, si diuersas inter nos sententias uiderint, de animi calumniabuntur rancore descendere. Mihi autem decretum est te amare, suscipere, colere, mirari tuaque dicta quasi mea defendere—certe et in dialogo, quem nuper edidi, beatitudinis tuae, ut dignum fuerat, recordatus sum—magisque demus operam, ut perniciosissima heresis de ecclesiis auferatur, quae semper simulat paenitentiam, ut docendi in ecclesiis habeat facultatem, ne, si aperta se luce prodiderit, foras expulsa moriatur.

4. Cernis nempe, uenerande frater, haec mei carissimi uerba inquisitioni meae reddita non eam negasse responsionem sed excusasse de tempore, quod in alia magis urgentia curam cogeretur inpendere. Vides etiam quam beniuolum animum erga me gerat quidue commoneat, ne scilicet, quod inter nos salua utique caritate ac sinceritate amicitiae eruditionis causa facimus, calumnientur aemuli et maxime heretici de animi rancore descendere. Proinde, si utrumque opus nostrum, et ubi ego inquisiui et ubi ipse ad inquisita responderit, homines legerint, quia etiam oportet, ut, si eadem quaestio secundum eius sententiam sufficienter fuerit explicata, me instructum esse gratias agam, non paruus erit fructus, cum hoc exierit in notitiam plurimorum, ut minores nostri non solum sciant, quid

noticia de muchos más, que nuestros posteriores sepan no sólo qué han de sentir en punto que entre nosotros ha sido con diligente discusión averiguado, sino que aprendan por nuestro ejemplo, por la misericordia y bondad del Señor, cómo pueda darse entre hermanos carísimos la mutua controversia por razón de investigación, permaneciendo, no obstante, inviolada la caridad.

5. Ahora bien, si mi escrito, en que sólo se lee el planteamiento de una cuestión oscurísima, saliere y se difundiere por ahí sin la respuesta de él en que acaso aparezca la solución, y viniere a parar incluso a manos de quienes *comparándose,* como dice el Apóstol, *a sí mismos consigo mismos* (2 Cor 10,12), no entenderán con qué intención hacemos nosotros lo que no saben hacer ellos con la misma intención, interpretarán también mi voluntad para con el amigo carísimo, que merece todos los honores por sus ingentes merecimientos, no como la ven—puesto caso que no la ven—, sino como, al dictado de su odio, la sospechan. Y eso realmente, en cuanto esté de nuestra parte, debemos precaverlo.

6. Mas si, por azar, lo que no queremos sea por nosotros conocido, llega, a pesar nuestro, a conocimiento aun de quienes no queremos, ¿qué remedio nos quedará sino resignarnos con ánimo tranquilo a la voluntad del Señor? Realmente no debiera escribir a nadie lo que quisiera estuviera siempre oculto. Pero si, lo que Dios no permita, por cualquier azar o fuerza mayor, aquél no contestara nunca, no cabe duda que, tarde o temprano, se divulgará la consulta que yo le hice. Y no dejará de ser provechosa a quienes la leyeren: porque, aunque no hallen lo que buscan, hallarán cómo hayan de inquirir y no temerariamente afirmar lo

de hac re sentire debeant, quae inter nos diligenti disceptatione discussa est, uerum etiam discant exemplo nostro Deo miserante atque propitio, quem ad modum inter carissimos fratres ita non desit alterna inquisitionis gratia disputatio, ut tamen maneat inuiolata dilectio.

5. Si autem scriptum meum, ubi res obscurissima tantum modo legitur inquisita, sine illius rescripto, ubi res obscurissima tantum forsitan apparebit inuentum, emanarit latiusque pergat, perueniat etiam ad illos, qui comparantes, ut ait apostolus, semet ipsos sibimet ipsis non intellegunt, quo animo a nobis fiat, quod ipsi eo animo facere nesciunt, et uoluntatem meam erga honorandum pro suis ingentibus meritis dilectissimum amicum non sicut eam uident—quando nec uident—sed sicut eis libitum est et sicut odio suo dictante suspicantur exponent. Quod profecto, quantum in nobis est, cauere debemus.

6. At si forte, quod per nos innotescere nolumus, etiam inuitis nobis eis, quibus nolumus, innotuerit, quid restabit nisi aequo animo habere Domini uoluntatem? Neque enim hoc scribere ad quemquam deberem, quod semper latere uoluissem. Nam si—quod absit—aliquo uel casu uel necessitate numquam ille rescripserit, procul dubio nostra consultatio, quam ad eum misimus, quandoque manifestabitur nec inutilis legentibus erit, quia, etsi non illa inuenient, quae requirunt, inuenient certe, quem-

que ignoran. Y, a ejemplo de lo que allí leyeren, procurarán también ellos consultar a quienes puedan con estudiosa caridad, no con litigiosa porfía. Así, o encontrarán por fin lo que buscan o, por la inquisición misma, aguzarán su ingenio hasta caer en la cuenta que no hay que inquirir más. Por ahora, sin embargo, mientras quede alguna esperanza de que pueda llegar la respuesta del amigo ya consultado, creo haber persuadido a tu caridad que no debemos, en cuanto de nosotros dependa, hacer que se divulgue nuestra consulta. Si bien tú no me pedías esa sola, sino que deseabas te enviara también adjunta la respuesta de quien había yo consultado. Cosa que ciertamente hiciera si la tuviera. Ahora, si con las palabras que pones en tu carta «sobre la luminosa demostración de mi sabiduría que por merecimientos de mi vida, como escribes, me concede el autor de la luz», si con estas palabras, digo, te refieres no a mi consulta y pesquisa misma, sino que piensas he hallado ya la solución del problema que he andado indagando, y ésa es más bien la que pides te remita, yo lo hiciera si las cosas fueran como tú piensas. Pero la verdad es, hermano, que no he hallado hasta ahora, lo confieso, la manera como el alma traiga de Adán el pecado—punto de que no es lícito dudar—y ella no sea traída o propagada de Adán. Cosa que tengo que averiguar con mayor diligencia antes que afirmarla inconsideradamente.

7. Hay en tu carta «no sé cuántos viejos señores y por doctos sacerdotes instruidos, a los que no habrías podido reducir al modo de sentir de tu humilde persona y a una aserción plenísima de verdad»; pero no me indicas cuál sea esa aserción tuya tan llena

ad modum sint inquirenda nec temere adfirmanda, quae nesciunt, et secundum ea, quae ibi legerint, consulere etiam ipsi, quos potuerint, studiosa caritate, non discordiosa contentione curabunt, donec aut id, quod uolunt, reperiant aut ipsa inquisitione aciem mentis exerceant, ut ulterius inquirendum non esse cognoscant. Nunc tamen, quam diu iam consulti amici nondum est desperanda responsio, edendam non esse consultationem nostram, quantum quidem in nobis est, puto, quod persuaserim dilectioni tuae, quamquam et ipse non eam solam poposceris, sed adiunctam etiam eius, quem consului, responsionem tibi desideraueris mitti, quod utique facerem si haberem. Si autem, ut uerbis tuae sanctitatis utar, quae in tua epistula posuisti, sapientiae meae lucidam demonstrationem, quam mihi pro merito, ut scribis, uitae meae auctor lucis attribuit, non ipsam dicis consultationem et inquisitionem meam, sed mihi iam eius rei, quam quaesiui, prouenisse inuentionem putas et ipsam potius poscis ut mittam, facerem, si ita esset, ut putas. Ego enim adhuc, fateor, non inueni, quem ad modum anima et peccatum ex Adam trahat unde dubitare fas non est—et ipsa ex Adam non trahatur, quod mihi diligentius inquirendum quam inconsultius adserendum est.

7. Habent litterae tuae nescio quot senes et a doctis sacerdotibus institutos uiros, quos ad tuae modicitatis intellegentiam assertionemque ueritate plenissimam reuocare non poteras, nec tamen exprimis, quaenam

de verdad y a la que no has podido reducir a esos viejos señores, instruidos por añadidura por doctos sacerdotes. Porque si los tales viejos sostenían o sostienen lo que recibieron de doctos sacerdotes, ¿cómo pudo originarte quebraderos de cabeza la turba campesina y menos instruida de los clérigos en cosas que había sido instruida por doctos sacerdotes? Mas si los dichosos viejos o la turba de los clérigos se había, por su mal, apartado de lo que recibiera de los doctos sacerdotes, había más bien que corregirla con la autoridad de aquellos mismos sacerdotes y reprimir todo alboroto de contiendas. Pero dices a tu vez que, «doctor nuevo y bisoño, has tenido miedo de corromper o contradecir las tradiciones de tantos y tales obispos y, por no hacer agravio a los difuntos, te contuviste respetuosamente de atraer a los hombres a mejor sentir». ¿Qué das con esto a entender sino que aquellos a quienes deseabas corregir se negaban a asentir a un maestro nuevo y bisoño, porque no querían abandonar las tradiciones de aquellos doctos y grandes obispos ya difuntos? Nada digo de momento sobre ellos en esta cuestión; lo que deseo vehementemente conocer es esa aserción tuya que dices llenísima de verdad; no digo tu sentir mismo, sino tu aserción o demostración.

8. Efectivamente, que tú no apruebas a quienes afirman que todas las almas de los hombres se propagan y transmiten, por las sucesivas generaciones, de aquella sola que fue dada al primer hombre, es cosa que me has dado suficientemente a conocer; pero ignoramos, por no contenerlo tu carta, con qué razonamiento o con qué textos de las divinas Escrituras hayas demostrado ser eso falso.

sit assertio tua ueritate plenissima, ad quam senes et a doctis sacerdotibus institutos uiros reuocare non poteras. Si enim hoc tenebant uel tenent hi senes, quod a doctis sacerdotibus acceperunt, quomodo tibi rustica et minus instructa clericorum turba molestias generauerat in his rebus, in quibus a doctis sacerdotibus fuerat instituta? Si autem senes isti uel turba clericorum ab eo, quod a doctis sacerdotibus acceperat, sua prauitate deuiabat, illorum potius auctoritate fuerat corrigenda et a tumultu contentiosissimo comprimenda. Sed rursus, cum dicis te nouellum rudemque doctorem tantorum ac talium episcoporum traditiones timuisse corrumpere et conuertere homines in meliorem partem ob defunctorum iniuriam formidasse, quid das intellegi, nisi quod illi, quos corrigere cupiebas, doctorum atque magnorum iam defunctorum episcoporum traditiones nolendo deserere nouello rudique doctori adquiescere recusabant? Qua in re de illis interim taceo, tuam uero assertionem, quam dicis esse ueritate plenissimam, uehementer scire desidero; non ipsam sententiam sed eius assertionem.

8. Inprobari enim abs te eos, qui adfirmant omnes animas hominum ex illa una, quae protoplasto data est, per generationum successionem propagari atque traduci, sufficienter quidem in nostram notitiam pertulisti, sed qua ratione quibusue diuinarum scripturarum testimoniis id falsum esse monstraueris, quia tuae litteras non continent, ignoramus.

En segundo lugar, no veo con claridad al leer tus cartas, la que a mí me has enviado y la escrita a los hermanos de Cesarea, qué sea lo que tú sostienes en lugar de lo que repruebas. Sólo veo que crees, como tú mismo escribes, «haber hecho Dios a los hombres, y que los hace y seguirá haciendo. Nada hay—dices—en los cielos o en la tierra que haya subsistido ni subsista sin tenerlo a El por principio». Esto realmente es tan verdadero, que nadie debe dudar de ello. Pero todavía te queda por indicar de dónde hace Dios las almas, que niegas se hagan por generación. ¿De otra parte? Y, si ello es así, ¿qué parte? ¿O es que las saca de la nada? Porque Dios nos libre de que opines como Orígenes o Prisciliano o cualquiera otro de los que sintieron que las almas, por culpa de una vida anterior, son arrojadas a los cuerpos terrenos y mortales. Contra pareja opinión está absolutamente la autoridad del Apóstol, que dice que Esaú y Jacob, antes de nacer, ningún bien ni mal obraron (Rom 9,11). Así, pues, sólo en parte, y no del todo, nos es conocida tu sentencia en esta cuestión; pero su demostración, es decir, cómo se nos haga ver que es verdadera, es cosa que de todo punto se nos oculta.

9. Por eso te pedía en mi carta anterior—y te lo vuelvo a pedir en ésta—tuvieras a bien mandarme el libro sobre la fe, que me recuerdas haber escrito y sobre el que te quejas haberlo falazmente suscrito no sé qué presbítero, y los textos divinos que pudiste aducir para esclarecimiento de la presente cuestión. Dices, en efecto, en tu carta a los de Cesarea «haberos parecido bien que jueces seculares entendieran también en toda la demostración de la

Deinde, quid ipse pro isto, quod inprobas, teneas, legenti mihi epistulam tuam, et quam fratribus antea Caesariensibus et quam mihi nuperrime direxisti, non euidenter apparet, nisi quod uideo te credere, sicut scribis, Deum fecisse homines et facere et facturum esse neque aliquid esse in caelis aut in terra, quod non ipso constiterit et constet auctore. Hoc sane ita uerum est, ut dubitare hinc nullus debeat. Sed adhuc te oportet exprimere, unde faciat animas Deus, quas negas ex propagine fieri, utrum aliunde—et si ita est, quidnam illud sit—an omnino de nihilo. Nam illud Origenis et Priscilliani uel si qui alii tale aliquid sentiunt, quod pro meritis uitae prioris terrena atque mortalia contrudantur in corpora, absit, ut sentias. Huic quippe opinioni prorsus apostolica contradicit auctoritas dicens Esau et Iacob, antequam nati fuissent, nihil operatos boni seu mali. Igitur non ex toto sed ex parte nobis est tua de hac re nota sententia; assertio uero eius, id est unde doceatur uerum esse, quod sentis, nos penitus latet.

9. Propterea petiueram prioribus litteris meis, ut libellum fidei, quem te scripsisse commemoras eique nescio quem presbyterum fallaciter subscripsisse conquereris, mihi mittere dignareris—quod etiam nunc peto—et quid testimoniorum diuinorum huic quaestioni reserandae adhibere potuisti. Dicis enim in epistula ad Caesarienses placuisse uobis, ut omnem ueritatis adprobationem etiam iudices cognoscerent saeculares, quibus ex

verdad. Y reunidos todos de común acuerdo y averiguándolo todo a la luz de la fe, la divinidad, como tú escribes, por infusión de su misericordia, les concedió que pudieran aducir mayor afirmación y demostración en favor de su sentir que cuanto vuestra mediocridad les presentaba con autoridades de grandes testimonios». Esas autoridades de grandes testimonios son las que yo, con grande empeño, deseo conocer.

10. Efectivamente, a mi parecer, sólo has desarrollado una causa por la que rechazas a tus contradictores, a saber: que niegan ser nuestras almas obra de Dios. Si así sienten, con toda razón se juzga que su sentir es condenable. Y es así que, si eso dijeran de los mismos cuerpos, habría, sin género de duda, que corregirlos o detestarlos. Porque ¿qué cristiano puede negar ser obra de Dios los cuerpos de todos y cada uno de los que nacen? Sin embargo, no por confesar que los cuerpos son plasmados por obra de Dios negamos sean engendrados por los padres. Luego cuando, por modo semejante, se dice que ciertos gérmenes incorpóreos, *sui generis,* de nuestras almas proceden de los padres y, no obstante, de ellos, por obra de Dios, se hacen las almas, para refutar esa opinión no ha de traerse por testigo la conjetura humana, sino la Escritura divina. A la verdad, de los libros santos de autoridad canónica pudiéramos alegar abundancia de textos con que se prueba que Dios crea las almas; pero con parejos textos se refuta a quienes niegan sean obras de Dios todas y cada una de las almas de los hombres que nacen; no a quienes eso confiesan y, sin embargo, sostienen que, como los cuerpos, son ciertamente formadas por Dios, pero por propagación de los padres. Para refutar a és-

communi deprecatione residentibus et ad fidem uniuersa rimantibus id diuinitas, ut scribis, misericordiae suae infusione largita est, ut maiorem adfirmationem pro suis sensibus assertionemque proferrent, quam uestra circa eos mediocritas cum ingentium testimoniorum auctoritatibus retentabat. Has ergo testimoniorum ingentium auctoritates ingenti studio scire desidero.

10. Solam quippe unam causam uideris secutus, qua contradictores tuos refelleres, quod scilicet negarent esse opus Dei animas nostras. Quod si sentiunt, merito eorum sententia iudicatur esse damnanda. Nam hoc si de ipsis corporibus dicerent, procul dubio fuerant emendandi uel detestandi. Quis enim Christianus neget opera Dei esse corpora singulorum quorumque nascentium? Nec tamen ea propterea negamus a parentibus gigni, quia fatemur diuinitus fingi. Quando ergo dicitur sic etiam animarum nostrarum incorporea quaedam sui generis semina et a parentibus trahi et tamen ex eis animas Dei opere fieri, ad hoc refutandum non humana coniectura sed diuina scriptura testis adhibenda est. Nam de sanctis libris canonicae auctoritatis potuit uobis testimoniorum suppetere copia, qua probatur Deus animas facere; sed testimoniis talibus hi redarguuntur, qui opera Dei esse singulas quasque animas in hominibus nascentibus negant, non hi, qui hoc fatentur et tamen eas sicut corpora Deo quidem operante formari sed ex parentum propagatione contendunt. Ad

tos tienes que buscar textos seguros divinos o, si ya los has encontrado, mandármelos, con mutua caridad, a mí, que no he dado aún con ellos, por más que los ando buscando con el mayor ahínco de que soy capaz.

11. Efectivamente, lo último que, en breves palabras, consultas en tu carta a los hermanos de Cesarea dice así: «Os ruego —dices— me enseñéis como a hijo y discípulo vuestro y que, con la ayuda de Dios, acaba de acercarse a estos misterios, con aquella información que debéis y es razón, y como es bien respondan sacerdotes inteligentes: ¿Qué sentencia será mejor sostener: la que afirma que el alma se transmite y que todas las otras, por no sabemos qué oculto conducto y orden secreto, fluyen a todo el género humano por transfusión del primer hombre, Adán, o hay que abrazar más bien la tesis y creencia que sostienen y afirman todos vuestros hermanos y sacerdotes de ahí, la que atestigua y cree que Dios ha sido, es y será autor de todas las cosas y de todos los hombres?» De estos dos extremos que en tu consulta pusiste quieres que se elija uno y se te responda el elegido. Lo cual deberían hacer los que lo supieran, caso de que tales extremos fueran tan de todo punto contrarios entre sí que, escogido uno, hubiera lógicamente que rechazar el otro.

12. Ahora bien, ¿cómo piensas habría que refutar a quien no elija uno de los dos, sino que nos responda ser ambos verdaderos? Es decir, que crea y proclame, por un lado, que las otras almas fluyen a todo el género por transfusión del primer hombre, Adán, y, sin embargo, Dios ha sido, es y será autor de todas las

hos refellendos tibi diuina testimonia certa quaerenda sunt aut, si iam inuenisti, nobis, qui nondum inuenimus, cum impensissime, quantum possumus, inquiramus, mutua dilectione mittenda.

11. Tua quippe consultatio breuis atque postrema in litteris, quas ad fratres Caesarienses misisti, ita se habet: Exoro, inquis, ut me, filium uestrum atque discipulum et ad haec mysteria nuper proximeque Deo iuuante uenientem, qua debetis et dignum est et qua prudentes respondere conuenit sacerdotes, informatione doceatis, utrum magis illa sit tenenda sententia, quae animam dicit esse de traduce et per occultam quandam originem ordinemque secretum in omne hominum genus ceteras animas ex Adae protoplasti transfusione defluere an potius ea, quam omnes fratres uestri et sacerdotes hic positi retinent et adfirmant, eligenda definitio credulitasque retinenda, quae Deum auctorem uniuersarum rerum hominumque cunctorum et fuisse et esse et futurum esse testatur et credit. Horum igitur duorum, quae consulens proposuisti, uis ut eligatur tibique respondeatur alterutrum, quod fieri deberet ab scientibus, si essent inter se duo ista contraria, ut altero electo consequenter esset alterum respuendum.

12. Nunc autem, si quispiam non alterum e duobus his eligat, sed utrumque uerum esse respondeat, id est et in omne hominum genus ceteras animas ex Adae protoplasti tranfusione defluere et nihilo minus Deum auctorem uniuersarum rerum hominumque cunctorum et fuisse et

cosas y de todos, absolutamente todos, los hombres. ¿Es que vamos a decir que, si las almas se propagan de los padres, no es Dios autor de todas las cosas, dado caso que no haría las almas? Si tal dijéramos, se nos responderá que los cuerpos se propagan de los padres, y, si por esto hay que decir que Dios no hace los cuerpos, luego no es Dios autor de todas las cosas. Mas ¿quién puede negar ser Dios autor de todos los cuerpos humanos, y no sólo del que originariamente plasmó de la tierra o, a lo más, también del de su cónyuge, ya que también a ésta la formó de la costilla del primero? ¡De los otros, como no podemos negar que de los primeros padres derivan los demás cuerpos de los hombres, no sería ya Dios el autor!

13. Por tanto, si esos contra quienes combates en esta cuestión afirman que las almas se propagan por derivación de la del primer hombre, de forma que niegan las haga ya Dios ni las forme Dios, continúa arguyéndolos, convenciéndolos y corrigiéndolos cuanto, con la ayuda del Señor, pudieres. Mas si afirman que del primer padre y luego sucesivamente de los otros traen ciertos principios y son, no obstante, creadas y formadas por Dios, autor de todas las cosas, busca qué haya de responderse a esto señaladamente de las Escrituras santas, que no sea ambiguo ni pueda entenderse de otro modo. O, si ya lo has hallado, mándamelo, como arriba te he pedido, también a mí. Y si la cosa está aún para ti tan oculta como para mí, prosigue refutando con todas tus fuerzas a los que dicen que «las almas no proceden de obra divina», cosa que en tu primera carta dijiste «haber ellos susurrado entre otros

esse et futurum esse credat et dicat, quid huic contradicendum esse censes? Numquidam dicturi sumus: Si ex parentibus animae propagantur non est Deus auctor omnium rerum, quia non facit animas? Respondebitur enim, si hoc dixerimus: Ergo, quia corpora ex parentibus propagantur, non est Deus auctor omnium rerum, si propter hoc dicendus est non facere corpora. Quis autem neget auctorem humanorum omnium corporum Deum, sed illius dicat solius, quod de terra primitus finxit aut certe etiam coniugis ipsius, quia et ipsam de latere eius ipse formauit, non autem etiam ceterorum, quia ex illis cetera hominum corpora defluxisse negare non possumus?

13. Ac per hoc, si, aduersus quos tibi est in hac quaestione conflictus, sic adseuerant animarum ex illius unius deriuatione propaginem, ut eas iam Deum negent facere atque formare, insta eis redarguendis, conuincendis, corrigendis, quantum Domino adiuuante potueris. Si autem initia quaedam ex illo uno et deinceps a parentibus adtrahi et tamen singulas in hominibus singulis adfirmant ab auctore omnium rerum Deo creari atque formari, quid eis respondeatur, inquire, de scripturis maxime sanctis, quod non sit ambiguum nec aliter possit intellegi, aut, si iam inuenisti, ut superius postulaui, dirige et nobis. Quod si te adhuc sicut me latet, insta quidem omnibus uiribus eos confutare, qui dicunt animas non ex opere diuino—quod eos dixisti in epistula tua primum inter secretiores fabulas murmurasse, deinde propter hanc sententiam stultam atque

más secretos cuentos», y que luego, por pareja sentencia, necia e impía, se separaron de tu compañía y del servicio de la Iglesia». Contra ésos defiende y sostén de todos los modos imaginables lo que pusiste en la misma carta: «Que Dios hizo, hace y hará todas las almas y que nada hay en los cielos o en la tierra que haya subsistido o subsista sin tenerlo a El por principio». He ahí, efectivamente, un punto que de todo, absolutamente de todo género de criaturas se cree, dice, defiende y demuestra con absoluta verdad y rectitud. Dios fue, en efecto, Dios es y será autor de todas las cosas y de todos los hombres sin excepción—cosa que pusiste al final de tu consulta a nuestros colegas de episcopado de la provincia de Cesarea y, en cierto modo, los exhortaste a que lo escogieran con preferencia a ninguna otra tesis, a ejemplo de todos los hermanos y compañeros de sacerdocio que hay entre vosotros y que eso sostienen.

14. Pero una cosa es preguntar si es Dios el autor y hacedor de todas las almas y cuerpos, tesis que es la pura verdad, o surge algo en la naturaleza que El no haga—opinión totalmente errónea—, y otra preguntar si Dios hace las almas por generación o sin generación, sin que sea, por otra parte, lícito dudar que son hechas por El. En esta cuestión quiero que te muestres sobrio y vigilante y no niegues de forma la propagación de las almas que des, incautamente, en la herejía pelagiana. Todo el mundo sabe que los cuerpos humanos se propagan, y, sin embargo, decimos, y con toda verdad decimos, que Dios es creador no sólo del consabido primer hombre o de la primera pareja, sino de todos los que de ellos se han propagado. Por ahí creo yo puede fácilmente

impiam a tuo consortio et ecclesiae seruitio recessisse—atque aduersus eos omnibus modis defende et tuere, quod in eadem epistula posuisti, deum fecisse animas et facere et facturum esse neque aliquid esse in caelis aut in terra, quod non ipso constiterit aut constet auctore. Hoc enim de omni omnino genere creaturae uerissime atque rectissime creditur, dicitur, defenditur, comprobatur. Deus enim auctor uniuersarum rerum hominumque cunctorum et fuit et est et futurus est, quod in extrema tua ad coepiscopos nostros prouinciae Caesariensis consultatione posuisti atque, ut id potius elegirent, exemplo omnium fratrum et consacerdotum, qui sunt apud uos atque id retinent, quodam modo hortatus es.

14. Sed alia quaestio est, ubi quaeritur, utrum omnium animarum et corporum auctor effectorque Deus sit, quod ueritas habet, an aliquid naturarum exoriatur, quod ipse non faciat, quae opinio prorsus erroris est, alia uero, ubi quaeritur, utrum Deus animas humanas ex propagine an sine propagine faciat, quas tamen ab illo fieri dubitare fas non est. In qua quaestione sobrium te esse ac uigilantem uolo nec sic animarum propaginem destruas, ut in heresim Pelagianam incautus incurras. Nam si humanorum corporum, quorum propagatio est omnibus nota, dicimus tamen dum uereque dicimus non illius tantum primi hominis coniugumue primorum sed omnium ex illis propagatorum esse creatorem, puto fa-

entenderse que quienes sostienen la propagación de las almas no hemos de quererlos refutar por el hecho de que Dios hace las almas, puesto que también hace los cuerpos, cuya propagación no podemos negar. No, es menester buscar otros documentos con que repeler a quienes piensan que las almas se propagan, si es que la verdad pronuncia que se hallan en un error. Por cierto que sobre esta cuestión hubiera sido bien interrogar, de ser posible, a aquellos, ya difuntos, a quienes, como escribes en la segunda carta que me mandaste, no quisiste tú hacer agravio y por ello te abstuviste de traer a mejor partido a ciertos hombres. Y es así que esos difuntos dijiste tú haber sido tales, tan grandes y doctos obispos, que tuviste miedo, doctor tú nuevecillo y bisoño, de alterar las tradiciones de ellos. Así, pues, si yo pudiera saber con qué razonamientos o textos tales y tan grandes y doctos varones demostraban esta sentencia de la propagación de las almas... *(laguna señalada por Goldbacher).* Sentencia que en tu carta a los de Cesarea, sin miramiento alguno a la autoridad de aquellos grandes obispos, calificaste de «invención nueva y dogma inaudito», cuando, a decir verdad, aun cuando fuera error, sabemos no ser nuevo, sino vetusto y antiguo.

15. Ahora bien, cuando sobre una cuestión hay causas que nos obligan, no sin razón, a dudar, no debemos también dudar de si debemos dudar. En las cosas dudosas hay que dudar sin género de duda. Ya ves de qué modo el Apóstol no duda en dudar de sí mismo si fue arrebatado al tercer cielo en cuerpo o fuera del cuerpo. Si fue de una u otra manera, dice, no lo sé, Dios lo sabe (2 Cor 12,2-3). ¿Por qué entonces, mientras lo ignoro, no me ha

cile intellegi eos, qui animarum defendunt propaginem, non ex hoc nos habere uelle destruere, quando Deus animas facit, cum et corpora facit, quae de propagine fieri negare non possumus, sed alia documenta esse quaerenda, quibus hi, qui sentiunt propagari animas, repellantur, si eos errare ueritas loquitur, de qua re illi magis fuerant, si fieri posset, interrogandi, propter quorum iniuriam defunctorum, sicut scribis in epistula, quam mihi posteriorem misisti, in meliorem partem conuertere homines formidabas. Hos enim defunctos tales tantosque et tam doctos episcopos fuisse dixisti, ut eorum traditiones timeres, doctor nouellus rudisque, corrumpere uelle. Itaque, si scire possem, tales ac tanti et tam docti uiri istam de animarum propagatione sententiam quibus rationibus uel testimoniis adserebant..., quam tamen in litteris ad Caesarienses datis illorum auctoritatem nequaqum respiciens inuentionem nouam et inauditum dogma esse dixisti, cum profecto, etsi error est, nouum tamen eum non esse nouerimus sed uetustum et antiquum.

15. Quando autem nos aliquae causae in aliqua quaestione non inmerito dubitare compellunt, non etiam hinc dubitare debemus, utrum dubitare debeamus. De dubiis quippe rebus sine dubitatione dubitandum est. Vides, quem ad modum apostolus de se ipso dubitare non dubitet, utrum in corpore an extra corpus raptus sit in tertium caelum; siue hoc siue illud, nescio, inquit, Deus scit. Cur ergo mihi, quam diu nescio, du-

de ser a mí lícito dudar si mi alma ha venido a esta vida por propagación o sin propagación, con tal de que no dude que, de cualquier modo, ha sido hecha por el sumo y verdadero Dios? ¿Por qué no me ha de ser a mí lícito decir: Sé que mi alma subsiste por obra de Dios y es en absoluto obra de Dios; ora por propagación, ora sin propagación, como la que fue dada al primer hombre, lo ignoro, Dios lo sabe? Cualquiera de los dos extremos que quieras tú que demuestre, lo pudiera hacer si supiera. Si tú lo sabes, aquí me tienes más pronto a aprender lo que no sé que a enseñar lo que sé. Mas si lo ignoras, como yo, ora también, como yo, a fin de que, por cualquiera de sus siervos o por sí mismo, nos enseñe aquel Maestro que dijo a sus discípulos: *No queráis que los hombres os llamen «rabbi» o maestros, porque uno solo es vuestro maestro, Cristo* (Mt 23,8). Eso, si sabe El que nos convenga conocer también esas cosas—El que sabe no sólo lo que ha de enseñar, sino también lo que a nosotros nos conviene aprender.

16. Porque confieso a tu dilección mi ardiente deseo: deseo, sí, ardientemente saber lo que no preguntas; pero mucho más ardientemente quisiera saber, si fuera posible, cuándo vendrá el deseado de todas las naciones (Agg 2,8) y cuándo será el reino de los santos, que no cómo empezó mi venida a este mundo. Y, sin embargo, cuando aquello preguntaron al que todo lo sabe sus discípulos, nuestros apóstoles, recibieron por respuesta: *No os atañe a vosotros saber los tiempos que Dios se reservó en su poder* (Act 1,17). ¿Qué decir si también sabe no atañer a nosotros saber esto, Aquel que, sin género de duda, sabe lo que nos conviene

bitare non liceat, utrum anima mea in istam uitam ex propagine an sine propagine uenerit, cum eam utrolibet modo a summo et uero Deo factam esse non dubitem? Cur mihi non sit fas dicere: Scio animam meam ex opere Dei subsistere et prorsus opus Dei esse; siue ex propagine sicut corpus siue extra propaginem sicut illa, quae primo homini data est; nescio, Deus scit? Vtrum horum uis ut confirmem, possem, si nossem. Quod si ipse nosti, en habes me cupidiorem discere, quod nescio, quam docere, quod scio. Si autem nescis sicut ego, ora sicut et ego, ut siue per quemlibet seruum suum siue per se ipsum magister ille nos doceat, qui dixit discipulis suis: *Ne uelitis dici ab hominibus rabbi; unus est enim magister uester Christus,* si tamen scit expedire nobis, ut etiam talia nouerimus, qui nouit non solum, quid doceat, uerum etiam, quid nobis discere expediat.

16. Nam confiteor dilectioni tuae cupiditatem meam: Cupio quidem et hoc scire, quod quaeris, sed multo magis cuperem scire, si fieri posset, quando praesentetur desideratus omnibus gentibus et quando regnum sanctorum futurum sit, quam unde in hanc terram uenire coeperim. Et tamen illud cum ab illo, qui scit omnia, discipuli sui, nostri apostoli, quaererent, responsum acceperunt: *Non est uestrum scire tempora, quae pater posuit in sua potestate.* Quid, si et hoc scit non esse nostrum scire, qui

saber? Ahora bien, por El sé que no nos atañe saber los tiempos que el Padre se reservó en su poder. Mas en cuanto al origen de las almas, que aún no sé, no sé siquiera si nos atañe o no saberlo, es decir, si puede o no ser objeto de nuestro conocimiento. Porque, de saber por lo menos eso, no sólo dejaría de afirmarlo mientras lo ignoro, sino que pondría término a toda ulterior pesquisa. Ahora, empero, aun cuando se trate de punto tan oscuro y profundo, que más temo ahí la temeridad que deseo tengo de saber, quiero, no obstante, si es posible, saber también eso. No cabe duda ser mucho más necesario lo que dice aquel santo: *Dame, Señor, a conocer mi fin* (Ps 38,5)—no dijo, efectivamente, «mi principio»—; ojalá, sin embargo, por lo que hace a la cuestión presente, tampoco me fuera desconocido mi principio.

17. A la verdad, aun respecto a mi principio, no dejo de estar agradecido a mi Maestro, pues sé que el alma humana es espíritu y no cuerpo, y espíritu racional o intelectual. Sé también que no es naturaleza de Dios, sino antes bien una criatura, mortal en cierto sentido, en cuanto puede cambiar en peor y apartarse de la vida de Dios, por cuya participación es bienaventurada, y, en cierto sentido, inmortal, pues no puede perder la conciencia, por la que, después de la presente vida, le irá bien o mal. Sé igualmente que no ha merecido ser encerrada en esta carne por actos ejecutados antes de venir a la carne, pero que no por eso está en el hombre sin la mancha del pecado, *aun cuando*, como está escrito, *su vida sobre la tierra no pasare de un día* (Iob 14,4-5 *iuxta* LXX). Y por eso sé que nadie nace de Adán sin pecado por

profecto scit, quid nobis sit utile scire? Et illud quidem per illum scio non esse nostrum scire tempora, quae pater posuit in sua potestate, utrum autem originem animarum, quam nondum scio, nostrum sit scire, id est pertineat ad nos id scire: ne hoc quidem scio. Nam si saltem hoc scirem, quod nostrum non sit id scire, non solum adfirmare, quam diu nescio, uerum etiam quaerere iam desisterem. Nunc autem, quamuis tam sit obscurum atque profundum, ut plus illic docendi caueam temeritatem, quam discendi habeam cupiditatem, tamen etiam hoc uolo scire, si possum. Et licet multo amplius sit necessarium, quod ait ille sanctus: *Notum mihi fac, Domine, finem meum*—non enim ait: Initium meum—, utinam tamen nec initium meum, quod ad istam quaestionem attinet, me lateret!

17. Verum de ipso quoque initio meo ingratus doctori meo non sum quod animam humanam spiritum esse, non corpus, eumque rationalem uel intellectualem scio nec eam Dei esse naturam sed potius creaturam aliquatenus mortalem, in quantum in deterius commutari et a uita Dei, cuius participatione beata fit, alienari potest, et aliquatenus inmortalem, quoniam sensum, quo ei post hanc uitam uel bene uel male sit, amittere non potest. Scio etiam non eam pro actibus ante carnem gestis includi in carne meruisse, sed nec ideo esse in homine sine sorde peccati, *etsi unius diei*, sicut scriptum est, *fuerit uita eius super terram.* Ac per hoc scio ex Adam per seriem generationis sine peccato neminem nasci, unde

la serie de la generación, y, por ende, aun a los párvulos les es necesario renacer en Cristo por la gracia de la regeneración. Todas estas cosas, tantas y de no poca monta, acerca del principio u origen de las almas—entre las que hay más de una que pertenece a aquella ciencia que consta por la fe—, me congratulo de haberlas aprendido y afirmo que las sé. Por eso, si en la cuestión del origen de las almas ignoro si Dios las hace a los hombres por propagación o sin propagación, aunque no dudo ser El quien las hace, prefiero ciertamente saber también eso que no ignorarlo; pero, en tanto no pueda saberlo, más vale dudar que atreverse a afirmar como cierto algo que se oponga acaso a aquello de que no debo dudar.

18. Así, pues, tú, hermano mío bueno, ya que me consultas y quieres que me decida por una de las dos sentencias: Si las demás almas son hechas una para cada uno por el Creador por propagación del primer hombre, como se propagan los cuerpos, o sin propagación, como fue la del mismo primer hombre—pues que de una u otra manera sea Dios quien las hace, es punto que no negamos—; ya, pues, que tú me consultas, permíteme te consulte yo a mi vez: ¿Cómo puede el alma traer el pecado original de donde no es ella originalmente traída? Porque que todas las almas traigan de Adán el pecado de origen, es cosa que tampoco negamos, para no precipitarnos, detestablemente, en la detestable herejía pelagiana. Si esto que te pregunto tampoco tú lo sabes, déjame pacientemente que yo ignore las dos cosas: lo que tú preguntas y lo que yo. Pero si ya sabes lo que te pregunto, cuando también a mí me lo hubieres enseñado, entonces, ya sin miedo ninguno sobre ello, te responderé también lo que quieres que te

et paruulis necessarium est per gratiam regenerationis in Christo renasci. Haec tam multa nec parua de initio uel origine animarum nostrarum, in quibus plura sunt ad eam scientiam pertinentia, quae fide constant, et didicisse me gratulor et nosse confirmo. Quapropter si nescio in origine animarum, utrum illas Deus hominibus ex propagine an sine propagine faciat, quas tamen ab ipso fieri non ambigo, scire quidem et hoc magis eligo quam nescire, sed, quam diu non possum, melius hinc dubito, quam uelut certum confirmare aliquid audeo, quod illi rei sit forte contrarium, de qua dubitare forte non debeo.

18. Tu itaque, mi frater bone, quoniam consulis me et uis, ut unum horum definiam, utrum animae ceterae ex illo uno homine sicut corpora per propaginem an sine propagine sicut illius unius a creatore singulae fiant—ab ipso enim fieri siue sic siue sic non negamus—, patere, ut etiam ipse consulam, quomodo inde anima peccatum originaliter trahat, unde originaliter ipsa non trahitur. Omnes enim animas ex Adam trahere originale peccatum similiter non negamus, ne in Pelagianam heresim detestabilem detestabiliter inruamus. Si hoc, quod ego interrogo, nec tu scis, sine me patienter utrumque nescire, et quod tu interrogas et quod ego; si autem iam scis, quod interrogo, cum hoc etiam me docueris,

responda. Ruégote, pues, no te me enfades un poquillo por no haber podido yo afirmar lo que buscas; pero sí he podido señalarte lo que has de buscar. Una vez que lo hallares, no dudes en afirmar lo que buscabas.

19. He ahí lo que he creído debía escribir a tu santidad, que piensas, como si estuvieras cierto de ello, que ha de desaprobarse la propagación de las almas. Pero si hubiera tenido que contestar a quienes la afirman, acaso les hubiera hecho ver hasta qué punto ignoran lo que se imaginan saber y cuánto debieran temer afirmar eso temerariamente.

20. Por lo demás, en la respuesta de mi amigo que he insertado en la presente no quisiera te inquietara que recuerda haberle enviado dos libros, a los que responde no haber tenido tiempo libre para responder. Sólo uno trata de la presente cuestión, no los dos. En cada uno le consultaba y discutía tema distinto. Y en cuanto a lo que amonesta y exhorta que trabajemos más y más para que sea barrida de las iglesias la herejía perniciosísima, refiérese a la misma herejía pelagiana, sobre la que yo, en cuanto puedo, te aviso, hermano, que la evites con la mayor cautela, cuando medites o acaso ya discutas acerca del origen del alma. El peligro está en que se te infiltre la creencia de que haya en absoluto alma alguna, excepto la del solo Mediador, que no traiga de Adán el pecado de origen, que ata por la generación y ha de ser desatado por la regeneración.

tunc et illud, quod uis ut respondeam, nihil ibi iam metuens respondebo. Peto ergo, ne succenseas, quia non potui confirmare, quod quaeris, sed potui demonstrare, quid quaeras, quod cum inueneris, confirmare non dubites, quod quaerebas.

19. Et hoc quidem sanctitati tuae scribendum existimaui, qui propaginem animarum iam quasi certus inprobandam putas. Ceterum si illis, qui hanc adserunt, rescribendum fuisset, fortassis ostenderem, quem ad modum id, quod se nosse arbitrantur, ignorent et ne hoc adserere auderent, quanta ratione formidare deberent.

20. Sane in rescripto amici, quod huic epistulae inserui, ne te forte moueat, quod duos libros a me missos commemorauit, quibus respondere uacuum sibi tempus non fuisse respondit, unus est de hac quaestione, non ambo; in alio autem aliud ab illo consulendo et pertractando quaesiui. Quod uero admonet et hortatur, ut magis demus operam, ut perniciosissima heresis de ecclesiis auferatur, illam ipsam Pelagianam heresim dicit, quam cautissime ut deuites, quantum possum, frater, admoneo, cum de animarum origine siue cogitas siue iam disputas, ne tibi subrepat esse credendum ullam prorsus animam nisi unius mediatoris non ex Adam trahere originale peccatum generatione deuinctum, regeneratione soluendum.

145 A Exuperancio, sobre la penitencia

No sabemos una palabra de este Exuperancio ni de su hermano Quintiliano. Este hubo de visitar a San Jerónimo en Belén y le habló de su hermano soldado, cristiano de verdad, pero que tardaba demasiado en dejar la milicia, sin duda con intento de llenar la bolsa. San Jerónimo le apremia a seguir pronto y desnudo al Señor. El título *de paenitentia* no corresponde gran cosa al contenido. Acaso lo sugirió la alusión a la parábola del hijo pródigo con que termina la carta. Como se escribe a un soldado, podemos decir: «Sin novedad en el frente». No hallamos idea alguna nueva. Y bien sabe Dios cuán ardientemente desearíamos hallarla. Admiremos la tenacidad de la mente jeronimiana.

Fecha desconocida.

Entre los otros provechos que me ha acarreado la amistad de tu santo hermano Quintiliano, es sin duda el mayor haberme unido a ti, en espíritu, antes de conocerte de cuerpo. Porque ¿quién no amará al que, bajo el manto y uniforme militar, hace obras de profetas y vence, con el hombre interior, configurado según la imagen del Creador, al hombre exterior que da a entender otra cosa? Por eso soy yo el primero en invitarte al comercio epistolar, y te ruego me des ocasión de escribirte más a menudo, con lo que, en adelante, te escribiré con más libertad. De momento, baste indicar a tu discreción que te acuerdes de la sentencia del Apóstol: *¿Estás ligado a mujer? No busques soltarte. ¿Estás suelto? No busques mujer* (1 Cor 7,27); es decir, no busques la atadura, que es lo contrario de estar suelto. Así, pues, el que es esclavo de su deber conyugal está atado; el que está atado es esclavo, y el que está suelto es libre. Por tanto, como quiera que gozas de la libertad de Cristo y una cosa haces y otra profesas, y estás ya

145 Ad Exvperantivm de paenitentia

Inter omnia, quae mihi sancti fratris Quintiliani amicitiae praestiterunt, hoc uel maximum est, quod te mihi ignotum corpore mente sociauit. Quis enim non diligat eum, qui sub paludamento et habitu militari agat opera prophetarum et exteriorem hominem aliud promittentem uincat interiore homine, qui conformatus est ad imaginem creatoris? Vnde et prior ad officium prouoco litterarum et precor, ut mihi occasionem saepius tribuas rescribendi, quo de cetero scribam audacius. Illud autem prudentiae tuae breuiter significasse sufficiat, ut memineris apostolicae sententiae: *Vinctus es,* inquit, *uxori? ne quaeras solutionem; solutus es? ne quaeras uxorem,* id est alligationem, quae solutioni contraria est. Qui igitur seruit officio coniugali, uinctus est; qui uinctus est, seruus est; qui autem solutus est, liber est. Cum ergo Christi gaudeas libertate et aliud agas, aliud repromittas ac propemodum in domate constitutus sis,

poco menos que en el tejado de la casa, no debes bajar de él para coger la túnica (Mt 24,17) ni mirar atrás una vez que has echado mano a la esteva del arado (Lc 9,62). No; de ser posible, imita a José y déjale la capa a la señora egipcia (Gen 39,12) y sigue desnudo al Salvador, que dice en el evangelio: *El que no tomare su cruz y me siguiere, no puede ser mi discípulo* (Lc 14,27). Echa de ti la carga del siglo; no busques las riquezas, que son comparadas a las corcovas de los camellos. Vuela desnudo y ligero al cielo y no consientas que el peso del oro apesgue y abata las alas de tus virtudes. Te digo esto no porque haya sabido que eres avaro, sino porque me imagino que permaneces aún en la milicia para llenar un saco, que el Señor nos ha mandado vaciar. Los que tienen heredades y riquezas son mandados venderlo todo y darlo a los pobres y seguir así al Salvador. Ahora bien, tu dignación o es rico, y en ese caso debe hacer lo que está mandado, o es todavía pobre, y entonces no tiene por qué buscar lo que luego ha de distribuir.

A la verdad, Cristo lo acepta todo según la voluntad del alma. Nadie más pobre que los apóstoles y nadie, sin embargo, dejó tanto por el Señor. Aquella pobrecilla viuda del evangelio que echó al cepo del templo sus dos cornadillos es antepuesta a todos los ricos, pues dio todo lo que tenía (Mc 12,41-44). Pues tampoco tú busques que dar, sino da lo que ya has buscado. Así reconocerá Cristo a su fortísimo soldado, aunque bisoño; así te saldrá gozoso el padre al encuentro como a quien retorna de región muy apartada, te vestirá de ropa y te pondrá el anillo y en tu honor matará el becerro cebado (Lc 15,20-24). Así, finalmente,

non debes ad tollendam tunicam tecta descendere nec respicere postergum nec aratri semel arrepti stiuam dimittere, sed, si fieri potest, imitare Ioseph et Aegyptiae dominae pallium derelinque, ut nudus sequaris dominum saluatorem, qui dicit in euangelio: *Nisi quis tulerit crucem suam et secutus me fuerit, non potest meus esse discipulus.* Proice sarcinam saeculi, ne quaeras diuitias, quae camelorum prauitatibus conparantur. Nudus et leuis ad caelum uola, ne alas uirtutum tuarum auri deprimant pondera. Hoc autem dico, non quo te auarum didicerim sed subintellegam idcirco adhuc militiae operam dare, ut impleas sacculum, quem euacuari Dominus praecepit. Si igitur, qui habentes possessiones et diuitias, iubentur omnia uendere et dare pauperibus et sic sequi saluatorem, dignatio tua aut diues est et debet facere, quod praeceptum est, aut adhuc tenuis et non debet quaerere, quod erogatura est. Certe Christus pro animi uoluntate omnia in acceptum refert. Nemo apostolis pauperior fuit et nemo tantum pro domino dereliquit. Vidua illa in euangelio paupercula, quae duo minuta misit in gazophylacium, cunctis praefertur diuitibus, quia totum, quod habuit, dedit. Et tu igitur eroganda non quaeras, sed quaesita iam tribue, ut fortissimum tirunculum suum Christus agnoscat, ut laetus tibi de longissima regione uenienti occurrat pater, ut stolam tribuat, ut donet anulum, ut immolet pro te uitulum saginatum, ut expeditum cum

como al santo hermano Quintiliano, te hará navegar pronto hasta nosotros. He llamado a las puertas de la amistad. Si me abrieres, me tendrás a menudo por huésped.

146 A EVÁNGELO PRESBÍTERO

1. Leemos en Isaías: *El insensato dice insensateces* (Is 32,6). Me entero de que un infeliz ha dado en tamaña locura, que antepone los diáconos a los presbíteros, es decir, a los obispos. El Apóstol enseña claramente ser unos mismos los presbíteros y los obispos. ¿Qué le pasa entonces a ese servidor de mesas y viudas para levantarse, tan engreído, sobre aquellos por cuyas oraciones se consagra el cuerpo y la sangre de Cristo? ¿Quieres una autoridad? Escucha este texto: *Pablo y Timoteo, siervos de Cristo Jesús, a todos los santos en Cristo Jesús, que están en Filipos, juntamente con los obispos y diáconos* (Phil 1,1). ¿Quieres también un ejemplo? En los Hechos de los Apóstoles Pablo habla así a los sacerdotes (u obispos) de una sola Iglesia: *Atended a vosotros mismos y a todo el rebaño sobre el cual el Espíritu Santo os ha puesto como obispos, para gobernar la Iglesia del Señor, que El se adquirió con su sangre* (Act 20,28). Y por que nadie, con espíritu de porfía, levante un caramillo sobre que en una sola iglesia hubiera más de un obispo, escucha otro texto en que, con meridiana claridad, se demuestra ser uno mismo el obispo y el presbítero: *Te he dejado en Creta para que ordenes lo que falta y establezcas en las ciudades presbíteros, según yo te mandé: hombres sin tacha, maridos de una sola mujer, que tengan hijos fieles,* a

sancto fratre Quintiliano ad nos cito faciat nauigare. Pulsaui amicitiarum fores; si aperueris, nos crebro habebis hospites.

146 AD EVANGELVM PRESBYTERVM

1. Legimus in Esaia: *Fatuus fatua loquetur.* Audio quendam in tantam erupisse uaecordiam, ut diacones presbyteris, id est, episcopis, anteferret. Nam cum apostolus perspicue doceat eosdem esse presbyteros, quos episcopos, quid patitur mensarum et uiduarum minister, ut super eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus sanguisque conficitur? Quaeris auctoritatem? Audi testimonium: *Paulus et Timotheus, serui Christi Iesu, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt in Philippis, cum episcopis et diaconibus.* Vis et aliud exemplum? In Actibus apostolorum ad unius ecclesiaę sacerdotes ita Paulus loquitur: *Adtendite uobis et cuncto gregi, in quo uos spiritus sanctus posuit episcopos, ut regeretis ecclesiam Domini, quam adquisiuit sanguine suo.* Ac ne quis contentiose in una ecclesia plures episcopos fuisse contendat audi et aliud testimonium, in quo manifestissime conprobatur eundem esse episcopum atque presbyterum: *Propter hoc reliqui te Cretae, ut, quae deerant, corrigeres et constitueres per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi mandaui: si quis est sine crimine, unius uxoris uir, filios habens fideles, non in accusatione*

quienes no se acuse de excesos o de insumisos. Porque es menester que el obispo sea hombre sin tacha, como mayordomo que es de Dios (Tit 1,5ss). Y a Timoteo: *No descuides la gracia que te fue dada, con revelación del Espíritu, por la imposición de manos del colegio de presbíteros* (1 Tim 4,14). Y el mismo Pedro, en su primera carta: *A los presbíteros,* dice, *que hay entre vosotros, les ruego yo, su compañero de presbiterado y testigo de los sufrimientos de Cristo y de la venidera gloria que ha de revelarse, que gobiernen el rebaño de Cristo y vigilen sobre él, no por fuerza, sino de buena gana, según Dios* (1 Petr 5,1-2). El texto griego dice más expresivamente *episcopeuontes,* de donde viene el nombre de *episcopos* y obispo. ¿Te parecen pocos los testimonios de tan grandes varones? Pues suene la trompeta evangélica, el hijo del trueno (Mc 3,17), a quien Jesús amaba más que a nadie, el que del pecho del Salvador bebió las corrientes de la doctrina: *El presbítero, a la señora Electa y a sus hijos, a quienes yo quiero de verdad* (2 Io 1,1). Y en la otra carta: *El presbítero, a Cayo carísimo, a quien yo quiero de verdad* (3 Io 1,1). Posteriormente, cierto, se eligió a uno solo que se pusiera al frente de los demás; pero eso fue remedio contra el cisma, para evitar que, tratando cada uno de atraer a sí mismo a la Iglesia, la escindieran. Y es así que en la misma Alejandría, desde Marcos evangelista hasta Heraclas y Dionisio, obispos, los presbíteros llamaban siempre obispo a uno de su gremio al que escogían y ponían, como quien dice, sobre el candelero. Es como el ejército que se escoge al general o emperador, o como si los diáconos escogen de entre ellos al que saben que tiene buena manderecha y lo llamen archidiácono. Porque

luxuriae aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse quasi Dei dispensatorem. Et ad Timotheum: *Noli neglegere gratiam, quae tibi data est prophetiae per inpositionem manuum presbyterii.* Sed et Petrus in prima epistula: *Presbyteros,* inquit, *in uobis precor, conpresbyter et testis passionum Christi et futurae gloriae, quae reuelanda est, particeps, regere gregem Christi et inspicere non ex necessitate sed uoluntarie iuxta Deum.* Quod quidem Graece significantius dicitur ἐπισκοπεύοντες, unde et nomen episcopi tractum est. Parua tibi uidentur tantorum uirorum testimonia? Clangat tuba euangelica filius tonitrui, quem Iesus amauit plurimum, qui de pectore saluatoris doctrinarum fluenta potauit: *Presbyter Electae dominae et filiis eius, quos ego diligo in ueritate,* et in alia epistula: *Presbyter Gaio carissimo, quem ego diligo in ueritate.* Quod autem postea unus electus est, qui ceteris praeponeretur, in scismatis remedium factum est, ne unusquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet. Nam et Alexandriae a Marco euangelista usque ad Heraclam et Dionysium episcopos presbyteri semper unum de se electum et in excelsiori gradu conlocatum episcopum nominabant, quomodo si exercitus imperatorem faciat aut diaconi eligant de se, quem industrium nouerint, et archidiaconum uocent. Quid enim facit excepta ordinatione episcopus, quod presbyter non facit? Nec altera Romanae urbis ecclesia, altera totius orbis

¿qué hace, si se exceptúa la ordenación, el obispo que no haga el presbítero? Ni hay que tener a la Iglesia de Roma como Iglesia distinta de la del orbe de la tierra. Las Galias y las Bretañas, el Africa y la Persia, el Oriente y la India y todas las bárbaras naciones, a un solo Cristo adoran, una sola regla de la verdad observan. Si se busca autoridad, mayor es el orbe que la urbe. Dondequiera estuviere el obispo, en Roma o en Gubbio, en Constantinopla o en Regio, en Alejandría o en Tanis, el mismo mérito, el mismo sacerdocio tiene. El poder de las riquezas y la humildad de la pobreza hacen más alto o más bajo al obispo; pero, por lo demás, todos son sucesores de los apóstoles.

2. Pero dirás: ¿Cómo es que en Roma el presbítero es ordenado por testimonio del diácono? ¿A qué me alegas la costumbre de una sola ciudad? ¿Por qué vindicas como ley de la Iglesia la rareza, de la que ha nacido el sobrecejo o ceño? Todo lo raro es más apetecido. Entre los indios se aprecia más el poleo que la pimienta. A los diáconos, su rareza los hace honorables; a los presbíteros, la turbamulta, despreciables. Por lo demás, en la misma Iglesia de Roma los presbíteros están sentados, mientras los diáconos siguen de pie. Claro que, según van aumentando los vicios, también he visto, en ausencia del obispo, estar el diácono sentado entre presbíteros, y, en las comidas familiares, bendecir los diáconos a los presbíteros. Sepan los que esto hacen que no hacen bien, y oigan a los apóstoles: *No está bien que, dejando el ministerio de la palabra, sirvamos nosotros a las mesas* (Act 6,2). Sepan por qué fueron constituidos los diáconos, lean los Hechos de los Apóstoles, acuérdense de su condición. Presbítero y obispo son dos nombres, de los que uno indica la edad, el otro la dignidad. De

aestimanda est. Et Galliae et Brittaniae et Africa et Persis et Oriens et India et omnes barbarae nationes unum Christum adorant, unam obseruant regulam ueritatis. Si auctoritas quaeritur, orbis maior est urbe. Vbicumque fuerit episcopus, siue Romae siue Egubii siue Constantinopoli siue Regii siue Alexandriae, siue Tanis, eiusdem meriti, eiusdem et sacerdotii. Potentia diuitiarum et paupertatis humilitas uel sublimiorem uel inferiorem episcopum facit, ceterum omnes apostolorum successores sunt.

2. Sed dices: Quomodo Romae ad testimonium diaconi presbyter ordinatur? Quid mihi profers unius urbis consuetudinem? Quid paucitatem, de qua ortum est supercilium, in leges ecclesiae uindicas? Omne, quod rarum est, plus adpetitur; puleium apud Indos pipere pretiosius est. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit. Ceterum in ecclesia etiam Romae presbyteri sedent et stant diaconi, licet paulatim increbrescentibus uitiis inter presbyteros absente episcopo sedere diaconum uiderim et in domesticis conuiuiis benedictiones presbyteris dare. Discant, qui hoc faciunt, non se recte facere et audiant apostolos: *Non est dignum, et relinquentes uerbum Dei ministremus mensis.* Sciant, quare diaconi constituti sint, legant Acta apostolorum, recordentur condicionis suae. Presbyter et episcopus, aliud aetatis, aliud dignitatis est nomen.

ahí que en las cartas a Timoteo y a Tito se habla de la ordenación del obispo y del diácono, pero nada en absoluto se dice de los presbíteros. Es que en el obispo se contiene también el presbítero. El que sube, de menor a mayor sube. Así, pues, o habrá de ordenarse el presbítero de diácono, con lo que se demostraría ser el presbítero menor que el diácono, al que pasó creciendo de menor a mayor, o, si el diácono se ordena de presbítero, sepa éste que, en ganancias, es menor que aquél; pero, en dignidad sacerdotal, mayor. Y es bien sepamos que las tradiciones apostólicas fueron tomadas del Antiguo Testamento. Así, lo que fueron Aarón y sus hijos y los levitas en el templo, eso han de vindicar para sí obispos, presbíteros y diáconos.

147 A Sabiniano diácono, exhortatoria a penitencia

1. Samuel lloraba en otro tiempo a Saúl, pues le pesaba al Señor que lo hubiera ungido para rey de Israel (1 Reg 15,10-11), y Pablo con llorosa voz amonestaba a los corintios, de quienes se contaba fornicación, y tal fornicación como no se daba ni entre los gentiles: *Que, cuando de nuevo vaya a vosotros, no me humille Dios entre vosotros y tenga que llorar a muchos de los que antes pecaron y no han hecho penitencia por la inmundicia que han cometido en materia de impureza y fornicación* (2 Cor 12,21). Esto hacían el profeta y el Apóstol, que no se sentían personalmente manchados de nada, por espíritu de bondad para con todos. Pues ¡cuánto más no habré de hacerlo yo, personalmente pecador, sobre ti, pecador, que no quieres levantarte después de tu caída

Vnde ad Timotheum et ad Titum de ordinatione episcopi et diaconi dicitur, de presbyteris omnino reticetur, quia in episcopo et presbyter continetur. Qui prouehitur, de minori ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, ut presbyter minor diacono conprobetur, in quem crescit ex paruo, aut si ex diacono ordinatur presbyter, nouerit se lucris minorem, sacerdotio esse maiorem. Et ut sciamus traditiones apostolicas sumptas de ueteri testamento: quod Aaron et filii eius atque leuitae in templo fuerunt, hoc sibi episcopi et presbyteri et diaconi in ecclesia uindicent.

147 Ad Sabinianvm diaconvm cohortatoria de paenitentia

1. Et Samuhel quondam lugebat Saulem, quia paenituerat dominum, quod unxisset eum regem super Israhel, et Paulus Corinthios, in quibus audiebatur fornicatio et talis fornicatio, quae nec inter gentes quidem, uoce flebili commonebat dicens: *ne, cum rursus uenero, humiliet me Deus apud uos et lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt et non egerunt paenitentiam super inmunditiam, quam gesserunt in inpudicitia et fornicatione.* Si hoc propheta et apostolus nulla ipsi labe maculati clementi in cunctos mente faciebant, quanto magis ego, ipse peccator, in te

ni alzar los ojos al cielo! Disipada la hacienda de tu padre, te recreas en las bellotas de los puercos y, subido al despeñadero de la soberbia, te arrojas cabeza abajo a lo profundo. Quieres tener a tu vientre en lugar de Dios, te ufanas en tu propia confusión, te estás engordando como pingüe víctima para tu propia muerte e imitas los vicios de aquellos cuyo castigo no temes, ignorante de que la bondad de Dios te está exhortando a penitencia. Mas, según tu dureza y corazón impenitente, *te atesoras ira para el día de la ira* (Rom 2,5). ¿O es que acaso se endurece tu corazón, como el del faraón, porque no eres súbitamente herido, sino que se difiere tu castigo? También el de aquél se difirió, pues las diez plagas no las sufrió como de un Dios irritado, sino como de padre que le avisaba; hasta que, con perversa penitencia, se echó a perseguir por los desiertos al pueblo que había despedido, y tuvo la audacia de entrar en mares que por sí solos podían enseñarle a temer a Aquel a quien los mismos elementos servían. También el faraón había dicho: *No sé nada del Señor y no quiero soltar a Israel* (Ex 5,2). Y tú lo imitas cuando dices: *La visión que éste ve tiene para días, y éste profetiza a largo plazo* (Ez 12,28). Por lo tanto, dice Adonai el Señor: *No se dilatarán más las palabras que hablo, porque voy a hablar y hacer* (ibid.). El santo David, con paso casi caído y andar fluctuante, se quejaba de los impíos y criminales, entre quienes tú no sólo tienes parte no pequeña, sino que eres su capitán, porque gozaban de la felicidad de este mundo y decían: *¿Es que lo sabe Dios y hay conocimiento en el Excelso? Mira cómo esos pecadores y poderosos del mundo han*

facere debeo peccatore, quod non uis erigi post ruinam nec oculos ad caelum leuas, sed prodacta patris substantia porcorum siliquis delectaris et superbiae praerupta conscendens praeceps laberis in profundum! Deum uentrem uis habere pro Christo; seruis libidini, gloriaris in confusione tua et quasi pinguis hostia in mortem propriam saginaris imitarisque eorum uitia, quorum tormenta non metuis, ignorans, quod bonitas Dei ad paenitentiam te hortetur. *Secundum duritiam autem tuam et cor inpaenitens thesaurizas tibi iram in die irae.* An idcirco induratur iuxta Faraonem cor tuum, quia non statim percuteris et differeris ad poenam diu? Et ille dilatus est et decem plagas non quasi ab irato Deo sed quasi a patre commonente sustinuit, donec in peruersum acta paenitentia populum, quem dimiserat, per deserta sequeretur et ingredi auderet maria, per quae uel sola doceri potuit timori habendum eum, cui etiam elementa seruirent. Dixerat et ille: *Non noui Dominum neque dimitto Israhel.* Quem tu imitans loqueris: *Visio, quam hic uidet, in dies longos est et in tempora longa iste prophetat.* Propter quod dicit Adonai dominus: *Non prolongabunt amplius omnes sermones mei, quoscumque loquor, quia loquar uerbum et faciam.* Sanctus Dauid de impiis et scelestis—quorum tu non pars modica sed princeps es—, quod saeculi felicitate fruerentur et dicerent: *Quomodo cognouit Deus et si est scientia in excelso? ecce isti peccatores et abundantes in saeculo obtinuerunt diuitias,* paene lapso pede

obtenido riquezas. Luego en balde—decía ahora el profeta—*he justificado mi corazón y he lavado entre los inocentes mis manos.* Y es que antes había dicho: *He tenido envidia de los que obran inicuamente, al ver la prosperidad de los pecadores. No se acuerdan para nada de la muerte ni hay golpe sólido en su azote. No saben lo que son trabajos de los hombres ni serán con los hombres azotados. Por eso de ellos se apodera la soberbia, se ciñen de su propia impiedad e iniquidad. La iniquidad destilará de ellos como grasa, pasaron al efecto de su corazón. Pensaron y hablaron mal, hablaron iniquidad contra el Excelso. Pusieron en el cielo su boca, y la lengua de ellos barrió la tierra* (Ps 72,3ss).

2. ¿No te parece que todo este salmo está compuesto para ti? Estás rollizo de cuerpo y eres nuevo apóstol del anticristo. Cuando te calan en una ciudad y te pasas a otra, no necesitas gastar nada, no eres herido de fuerte golpe y no mereces ser castigado con los hombres que no son, como tú, bestias sin razón. Por eso te has hinchado de soberbia y te has hecho de la lujuria tu vestido y, vomitando, como de pingüe grasa y de no sé qué reaño, mortíferas palabras, no miras que tienes que morir ni sientes, después de saciar tu pasión deshonesta, remordimiento alguno. Has pasado al afecto de tu corazón y, por que no parezca que eres solo en errar, finges cosas nefandas de los siervos de Dios, sin darte cuenta que hablas a lo alto y pones tu boca en el cielo. Y no es de maravillar que tú blasfemes de cualesquiera siervos del Señor, cuando los que fueron tus padres llamaron Belcebú al padre de familias. *No es el discípulo más que el maestro, ni el criado más que el amo* (Mt 10,24). Si aquéllos tal pararon al madero

et fluctuanti uestigio causabatur dicens: *Ergo sine causa iustificaui cor meum et laui inter innocentes manus meas.* Praemiserat enim: *Quia aemulatus sum super iniqua agentes pacem peccatorum uidens, quia non est respectus in morte eorum et solida plaga in flagello eorum. In laboribus hominum non sunt et cum hominibus non flagellabuntur. Propterea tenuit eos superbia, circumdati sunt iniquitate et impietate sua. Egredietur sicut ex adipe iniquitas eorum, transierunt in adfectum cordis. Cogitauerunt et locuti sunt mala, iniquitatem in excelsum locuti sunt. Posuerunt in caelum os suum et lingua eorum pertransiuit super terram.*

2. Nonne tibi uidetur de te omnis psalmus esse conpositus? Vegeto quippe es corpore et nouus antichristi apostolus, cum in una notus fueris ciuitate et transgredieris ad aliam, non indiges sumptibus, non plaga forti percuteris et cum hominibus, qui non sunt ut tu inrationabilia iumenta, corripi non mereris. Propterea elatus es in superbiam et uestimentum tuum est facta luxuria et quasi aruina pingui et quodam adipe eructans uerba mortifera non te respicis esse moriturum nec umquam post expletam libidinem paenitentia remorderis. Transisti in affectum cordis et, ne tibi solum uidearis errare, simulas nefanda de seruis Dei nesciens, quod iniquitatem in altum loquaris et ponas in caelum os tuum. Nec mirum, si a te qualescumque serui Domini blasphementur, cum patrem familias Beelzebul uocauerint patres tui. *Non est discipulus super*

verde, ¿qué harás tú en mí, leño seco? (Lc 23,31). Algo semejante te dice en Malaquías el pueblo de los creyentes, escandalizado de tu panda: *Vano es el que sirve a Dios. ¿De qué nos aprovecha haber guardado sus mandamientos y haber ido suplicantes ante el acatamiento del Señor omnipotente? Y ahí están tan felices los soberbios. Prosperan todos los que obran la iniquidad. Se han opuesto a Dios y, no obstante, se salvan* (Mal 3,14-15). A éstos amenaza luego el Señor con el día del juicio y muy de antemano anuncia la diferencia que habrá entre el justo y el injusto: *Convertíos y veréis la diferencia que va entre el justo y el injusto, entre el que sirve a Dios y el que no le sirve* (Mal 3,18).

3. Todo esto acaso te parezca ridículo y, como quien se recrea en las comedias y poetas líricos y en los mimos de Léntulo—si bien no concederé fácilmente que ni aun eso entiendas por lo romo de tu corazón—, despreciarás las palabras de los profetas. Pero Amós te responderá: *A las tres o a las cuatro impiedades, ¿no lo rechazaré?, dice el Señor* (Am 1,3). Y es así que Damasco, Gaza, Tiro, los idumeos, amonitas y moabitas y aun el mismo Judá e Israel habían despreciado el vaticinio, a ellos destinado, de que hicieran penitencia; de ahí que ahora el Señor alegue las causas justísimas de la ira que va a descargar sobre ellos, diciendo: *A las tres o cuatro impiedades, ¿no lo rechazaré?* Crimen es, dice, pensar mal: he pasado por ello. Más criminal querer llevar a cabo lo pensado, y también sobre esto, por mi misericordia, he hecho la vista gorda. ¿Acaso había que consumar de hecho el pecado y pisotear soberbiamente mi bondad? Y, sin embargo, aun

magistrum nec seruus super dominum. Si illi in uiridi ligno tanta fecerunt, tu in me, ligno arido, quid facturus es? Tale quid et in Malachia plebs scandalizata credentium de choro tuo loquitur: *Dixerunt: uanus est, qui seruit Deo. Et quid plus? quia custodiuimus mandata eius et quoniam iuimus supplicantes ante faciem Domini omnipotentis. Et nunc nos beatos dicimus alienos. Reaedificantur omnes, qui faciunt iniqua. Aduersati sunt Deo et salui facti sunt.* Quibus postea diem iudicii Dominus comminans et, quid inter iustum et iniustum futurum sit, multo ante praenuntians ait: *Et conuertimini et uidebitis quid sit inter iustum et iniustum et inter seruientem Deo et non seruientem.*

3. Haec tibi ridicula forte uideantur, et qui comoediis et lyricis scriptoribus et mimis Lentuli delectaris—quamquam ne ista quidem tibi prae nimia cordis hebitudine intellegenda concesserim—prophetarum uerba contemnas; sed respondebit tibi Amos: *In tribus et in quattuor impietatibus nonne auersabor eum? dicit Dominus.* Quoniam enim Damascus, Gaza, Tyrus, Idumaei, Ammanitae et Moabitae, Iuda quoque et Israhel saepe ad se Dei uaticinio destinato, ut facerent aliquando paenitentiam, audire contempserunt, irae suae, quam inlaturus est, Dominus causas iustissimas paefert dicens: *In tribus et in quattuor impietatibus nonne auersabor eos?* Sceleratum est, inquit, mala cogitare: concessi. Nequius excogitata uelle perficere: et hoc pro mea misericordia benignus indulsi. Numquid et opere peccatum implendum fuit et mea superbe

después de consumado, pues prefiero la penitencia del pecador a su muerte—no son, efectivamente, los sanos quienes tienen necesidad del médico, sino los enfermos (Ez 33,11; Mt 9,12)—, todavía tiendo la mano al que yace en tierra y, bañado en su sangre, lo exhorto a que se lave en sus propias lágrimas. Mas, si no quiere hacer penitencia ni, roto el navío, asirse a la tabla en que pudiera salvarse, me veo forzado a decir: *A las tres y a las cuatro impiedades, ¿no lo rechazaré?, dice el Señor,* que estima el rechazamiento como un castigo, dejando al pecador a su talante. Así se explica que hace pagar los pecados de los padres hasta la tercera y cuarta generación. No quiere castigar en el acto a los que pecan, sino que disimula en los primeros y condena en los últimos. En otro caso, si Dios vengara al instante todo crimen, las iglesias no tendrían a muchos de sus santos, y, desde luego, no a Pablo. El profeta Ezequiel, a quien poco ha hemos citado, refiriendo la palabra de Dios que le fue dirigida, dice: *Abre tu boca y come lo que yo te diere. Y vi,* dice, *una mano que se tendía a mí, y en la mano el rollo de un libro. Y lo desenvolvió delante de mí y vi que estaba escrito por delante y por detrás, y lo escrito eran lamentos, elegías y guayes* (Ez 2,8-9). La primera Escritura te toca a ti, con tal de que quieras hacer penitencia después del pecado; la segunda, a los santos, que son invitados a cantar a Dios—pues *no suena bien la alabanza en la boca del pecador* (Eccli 15,9)—, y la tercera, a los de tu ralea, que, desesperados, se entregan a la inmundicia y fornicación, al vientre y a lo que está bajo el vientre, y piensan que todo concluye con la muerte y que nada hay después de ella, y se dicen: *Si se desencadena la*

calcanda clementia? Tamen et post factum, quia malo paenitentiam peccatoris quam mortem—*non enim sani habent opus medicos, sed male habentes*—, iacenti manum porrigo et conspersum in sanguine suo, ut propriis fletibus lauetur, exhortor. Quodsi nec paenitentiam uult agere et fracto nauigio tabulam, per quam saluari poterat, non retentat, cogor dicere: *Super tribus et quattuor impietatibus nonne auersabor eum? dicit Dominus,* auersionem aestimans esse pro poena, dum suae peccator relinquitur uoluntati. Inde est, quod peccata patrum in tertiam et quartam generationem restituit, dum non uult statim punire peccantes, sed ignoscens primis extrema condemnat; alioquin, si protinus scelerum ultor existeret, et multos alios et certe Paulum apostolum ecclesiae non haberent. Hiezechiel propheta, cuius supra fecimus mentionem, Dei uerbum ad se factum referens ait: *Aperi os tuum et manduca, quae ego dabo tibi. Et uidi,* inquit, *et ecce manus extenta ad me; et in ipsa uolumen libri. Et reuoluit illud in conspectu meo et in eo scriptum erat a facie et retrorsum lamentum et carmen et uae.* Prima scriptura ad te pertinet, si tamen uolueris agere paenitentiam post delictum, secunda ad sanctos, qui ad Dei canticum prouocantur—*non est enim pulchra laudatio in ore peccatoris*—, tertia ad tui similes, qui desperantes semet ipsos tradiderunt inmunditiae et fornicationi et uentri et his, quae infra uentrem sunt, qui putant

tormenta, no descargará sobre nosotros (Is 28,15). El libro que se come el profeta es toda la serie de las Escrituras, en que se llora con el penitente, se canta con el justo y se maldice al que se desespera. Nada repugna tanto a Dios como un corazón impenitente. Es el solo pecado que no puede alcanzar perdón. Y es así que se perdona a quien, después del pecado, deja de pecar, y el que ruega conmueve al juez; el empedernido, por lo contrario, provoca a iracundia al que lo juzga. De ahí es, repito, que la desesperación es el único pecado que no admite medicina. Ahora, pues, por que veas cómo el Señor está diariamente llamando a penitencia a los pecadores, los cuales, si se empedernecen y obstinan, de clemente y bueno lo hacen severo y duro, oye las palabras del profeta Isaías, que dice: *El Señor Sabaot,* dice, *llamó aquel día a llorar y gemir, a raeros la cabeza y ceñiros de saco; pero ellos se divirtieron y regocijaron matando novillos y sacrificando ovejas, comiendo carnes y bebiendo vino, pues decían: Comamos y bebamos, pues mañana moriremos* (Is 22,12-13). Después de estas voces, después de esta osadía de mente perdida, la Escritura termina diciendo: *Y eso fue revelado a los oídos del Señor Sabaot: No se os perdonará este pecado hasta que muráis* (Is 22,14). Y es así que, si mueren al pecado, se les perdonará el pecado, que no se les perdonará mientras vivieren en él.

4. Yo te ruego que mires por tu alma. Cree en el venidero juicio de Dios. Recuerda al obispo que te ordenó de diácono. Ni es de maravillar que un hombre, aunque santo, se pudiera enga-

omnia morte finiri et nihil esse post mortem et dicunt: *Tempestas si transierit, non ueniet super nos.* Liber ille, quem propheta deuorat, omnis series scripturarum est, in quibus et paenitens plangitur et iustus canitur et maledicitur desperanti. Nihil ita repugnat Deo quam cor inpaenitens; solum crimen est, quod ueniam consequi non potest. Si enim ignoscitur post peccatum, qui peccare desistit, et ille flectit iudicem, qui rogat, inpaenitens autem omnis ad iracundiam prouocat iudicantem, solum desperationis crimen est, quod mederi nequeat. Porro, ut scias Dominum cotidie peccatores ad paenitentiam prouocare, qui si rigidi perstiterint, de clemente eum seuerum et trucem faciunt, audi Esaiae uerba dicentis: *Et uocauit,* inquit, *Dominus Sabaoth in die illa fletum et planctum et decaluationem et accinctionem ciliciorum, ipsi uero fecerunt laetitiam et exultationem mactantes uitulos et immolantes oues, ut comederent carnes et biberent uinum dicentes: Manducemus et bibamus; cras enim moriemur.* Post quas uoces et perditae mentis audaciam scriptura commemorat loquens: *Et reuelata sunt haec in auribus Domini Sabaoth: Non dimittetur uobis peccatum hoc, donec moriamini.* Si enim peccato mortui fuerint, tunc eis dimittetur peccatum, quod, quamdiu in peccato uixerint, non dimittetur.

4. Parce, quaeso, animae tuae. Crede Dei futurum esse iudicium, recordare, a quali episcopo diaconus ordinatus sis. Nec mirum quamuis sanctum hominem tamen in homine eligendo potuisse falli, cum et Deus

ñar en la elección de otro hombre. Dios se arrepiente de haber mandado ungir por rey a Saúl; de entre los doce apóstoles salió un traidor; de los hombres de tu propio orden se cuenta haber sido antaño Nicolao, de Antioquía, autor de todas las inmundicias y de la herejía de los ofitas. No te voy ahora a repetir que se cuenta de ti haber violado a varias vírgenes; que nobles matrimonios, por ti violados, han sido pasados por pública espada; que has corrido, impuro y rufián, por los lupanares. Grave es todo esto por su propio peso; pero resulta leve en comparación con lo que voy a añadir. Dime, ¿qué aberración será crimen, cuando el estupro y adulterio es cosa menuda? ¡Oh tú el más infortunado de los mortales! ¿Conque tienes cara para entrar en aquella cueva en que nació el Hijo de Dios, en que *la verdad brotó de la tierra y la tierra dio su fruto* (Ps 84,12-13); para entrar con el fin de urdir un estupro? ¿No temes que desde el pesebre dé vagidos el Niño, te vea la Virgen Madre, te esté mirando la Madre del Señor? Los ángeles gritan, los pastores corren, la estrella rutila desde lo alto, los magos vienen a adorar, se espanta Herodes, Jerusalén se alborota, ¿y tú te cuelas al aposento de una virgen para engañar a una virgen? Me espanto, ¡oh miserable!, y me horrorizo en cuerpo y alma cuando intento ponerte ante los ojos tu propia obra. Toda la iglesia resonaba con el nombre de Cristo durante las vigilias de la noche y, en medio de la diversidad de naciones y lenguas, un solo espíritu se concertaba en alabanza de Dios; y tú, entre lo que un día fueron puertas del pesebre del Señor y ahora lo son de su altar, metías cartas amatorias, para que luego aquella miserable, como quien va a adorar doblada la rodilla, las encon-

paeniteat, quod Saul in regem unxerit et de duodecim apostolis Iudas proditor sit repertus et de quondam ordinis tui hominibus Nicolaus Antiochenus inmunditiarum omnium et Ophitarum hereseos auctor extitisse referatur. Non tibi illa nunc replico, quod plures uirgines uiolasse nareris, quod a te nobilium uiolata matrimonia publico caesa sint gladio, quod per lupanaria inpurus et helluo cucurristi. Magna quidem ista sunt pondere suo, sed fiunt eorum, quae inlaturus sum, conparatione leuiora. Rogo, quantum crimen est, ubi stuprum et adulterium parum est? Infelicissime mortalium, tu speluncam illam, in qua Dei filius natus est *et ueritas de terra orta est et terra dedit fructum suum,* de stupro condicturus ingrederis? Non times, ne de praesepe infans uagiat, ne puerpera uirgo te uideat, ne mater Domini contempletur? Angeli clamant, pastores currunt, stella desuper rutilat, magi adorant, Herodes terretur, Hierosolyma conturbantur et tu cubiculum uirginis uirginem decepturus inrepis? Paueo, miser, et tam mente quam corpore perhorresco ponere tibi uolens ante oculos tuos opus tuum. Tota ecclesia nocturnis uigiliis Christum Dominum personabat et in diuersarum gentium linguis unus in laudem Dei spiritus concinebat; tu inter ostia quondam praesepis Domini, nunc altaris amatorias epistulas fulciebas, quas postea illa miserabilis quasi flexo adora-

trara y leyera. Luego te metías en el coro de los salmodiantes y hablabas con impúdicos guiños.

5. ¡Qué horror! No puedo proseguir. Los sollozos prorrumpen antes que las palabras y, a par de indignación y de dolor, el aliento queda cortado en su paso por la garganta. ¿Dónde está aquel mar de la elocuencia tuliana? ¿Dónde el torrente impetuoso de Demóstenes? Ahora, ahora fuerais los dos, sin género de duda, mudos y se trabara vuestra lengua. Se ha dado un caso que ninguna elocuencia pudiera explicar. Se ha hallado un crimen que ni un mimo pudiera fingir, ni un bufón representar, ni atelano alguno declamar. Es costumbre en los monasterios de Egipto y Siria que tanto la virgen como la viuda que se consagran a Dios y, renunciando al siglo, ponen debajo de sus pies todos los deleites del siglo, ofrezcan a las madres de los monasterios su cabellera para ser cortada, si bien luego no van, contra la voluntad del Apóstol (1 Cor 11,5ss), con la cabeza descubierta, sino atada a par y velada. Y esto nadie lo sabe, fuera de los que cortan el pelo y las cortadas. Si no es que lo que todas hacen lo saben casi todas. Ahora bien, por doble causa se ha hecho ya esta costumbre naturaleza: o porque no hay lavatorios, o porque no conocen el aceite ni para la cabeza ni para la boca. Con ello evitan verse abrumadas por los animalejos que suelen criarse entre el cabello descuidado y la suciedad acumulada.

6. Veamos, pues, ¡oh varón excelente!, qué hiciste tú en esta situación. Y fue que, como una especie de rehenes del futuro matrimonio, tomaste los cabellos en aquella cueva venerable, te lle-

tura genu inueniret et legeret; stabas deinceps in choro psallentium et inpudicis nutibus loquebaris.

5. Pro nefas, non possum ultra progredi. Singultus prorumpunt ante quam uerba et indignatione pariter ac dolore in ipso meatu faucium spiritus coartatur. Vbi mare illud eloquentiae Tullianae? Vbi torrens fluuius Demosthenis? Nunc, nunc profecto muti essetis ambo et uestra lingua torpesceret. Inuenta est res, quam nulla eloquentia explicare queat. Repertum est facinus, quod nec mimus fingere nec scurra ludere nec Atellanus possit effari. Moris est in Aegypti et Syriae monasteriis, ut tam uirgo quam uidua, quae Deo se uouerint et saeculo renuntiantes omnes delicias saeculi conculcarint, crinem monasteriorum matribus offerant desecandum non intecto postea contra apostoli uoluntatem incessurae capite sed ligato pariter ac uelato. Nec hoc quisquam praeter tondentes nouit et tonsas, nisi quod, quia ab omnibus fit, paene scitur ab omnibus. Hoc autem duplicem ob causam de consuetudine uersum est in naturam, uel quia lauacra non adeunt uel quia oleum nec capite nec ore norunt, ne paruis animalibus, quae inter incultum crinem gigni solent, et concretis sordibus obruantur.

6. Videamus igitur, tu, uir bone, inter quid feceris. Futuro matrimonio in spelunca illa uenerabili quasi quosdam obsides accipis capillos, sudariola infelicis et cingulum, dotale pignus, reportas, iuras ei te nullam

vaste los pañuelos y ceñidor de la infeliz—buena prenda dotal— y le juraste que a ninguna amarías como a ella. Luego corriste al lugar de los pastores y, entre la armonía de los ángeles que resonaba de lo alto, lo confirmas con las mismas palabras. No añado que te lanzaras a los besos y la abrazaras. Todo puede realmente creerse de ti; pero la santidad del pesebre y del campo no me permiten creer que cayeras sino con la voluntad y el corazón. ¡Miserable! ¿No es así que, cuando empezaste a estar con la virgen en la cueva, se te nublaron los ojos, se te trabó la lengua, se te cayeron los brazos, te tembló el pecho y se te tambalearon los pies? Después de haberse consagrado en la basílica del apóstol Pedro con el velo de Cristo, después de prometer otra vez, en las festividades de la Cruz, de la Resurrección y de la Ascensión del Señor, que viviría en el monasterio, ¿te atreves a tomar una cabellera que ha de dormir por las noches contigo, una cabellera que la virgen se cortó para Cristo? Luego, desde la tarde a la madrugada, estás sentado junto a su ventana y, ya que la altura no os permitía estar cerca uno de otro, por una cuerda tomas o envías lo que quieres. Mira cuánta fue la diligencia de la señora para que jamás vieras a la virgen sino en la iglesia y que, aun teniendo los dos ganas de ello, no os pudierais hablar sino de noche por la ventana. Como luego me enteré, salía el sol a despecho tuyo. Exangüe, marchito y paliducho, para alejar de ti toda sospecha, aún solías cantar, como si fueras diácono, el evangelio de Cristo. Nosotros atribuíamos la palidez al ayuno, y nos maravillaba ver exangüe tu cara, contra tu regla y costumbre, como si estuviera consumida por las vigilias. Ya tenías pre-

similiter amaturum. Deinde curris ad pastorum locum et angelorum desuper strepitu concinente in eadem uerba testaris. Nihil dico amplius, quod in oscula rueris, quod amplexus sis. Totum quidem de te credi potest, sed ueneratio praesepis et campi non me sinunt plus credere quam te uoluntate tantum et animo corruisse. Miser! nonne, quando in spelunca cum uirgine stare coepisti, caligauerunt oculi, lingua torpuit, conciderunt brachia, pectus intremuit, nutauit incessus? Post apostoli Petri basilicam, in qua Christi flammeo consecrata est, post crucis et resurrectionis et ascensionis dominicae sacramenta, in quibus rursum in monasterio se uicturam spoponderat, audes crinem accipere tecum noctibus dormiturum, quem Christo messuerat in spelunca? Deinde a uesperi usque mane fenestrae illius adsides et, quia propter altitudinem haerere uobis comminus non licebat, per funiculum uel accipis aliquid uel remittis. Vide, quanta diligentia dominae fuerit, ut numquam uirginem nisi in ecclesia uideris et, cum talem uterque uestrum habuerit uoluntatem, nisi per fenestram nocte facultas uobis non fuerit conloquendi. Oriebatur tibi, ut postea didici, sol inuito, exsanguis, marcidulus et pallidus, ut suspicione omni careres, euangelium Christi quasi diaconus lectitabas. Nos pallorem ieiunii putabamus et exsangue os contra institutum ac morem tuum quasi confectum uigiliis mirabamur. Iam tibi et scalae, per quas deponeres miseram,

paradas las escalas por donde ibas a bajar a la desgraciada, ya tenías dispuesto el viaje, señalada la nave, fijado el día, perpetrada en tu corazón la fuga, cuando el ángel, portero que es del aposento de María, custodio de la cuna del Señor y ayo de Cristo niño, ante cuyos ojos cometías tanto pecado, ese mismo te descubrió.

7. ¡Oh tristes ojos míos! ¡Oh día aquel digno de mil maldiciones en que, con alma consternada, leí tus cartas, que aún retengo! ¡Qué de torpezas en ellas! ¡Qué caricias! ¡Qué júbilo del pactado estupro! ¡Que un diácono pudiera, no diré decir, mas ni aun saber esas cosas! ¿Dónde, infeliz, aprendiste tales cosas, tú que te jactabas de haberte criado en la iglesia? ¡Claro que en las mismas juras no haber sido nunca casto, ni diácono tampoco! Si intentaras negarlo, tu misma mano te redargüirá, los rasgos mismos de tu letra lo proclamarán. Goza entre tanto de una ventaja de tu infamia: no puedo insertarte lo mismo que escribiste.

8. Yaces, pues, postrado a mis pies; suplicas—para usar de tus palabras—«una hemina de sangre» (cf. SEN., *De tranquillitate an.* 14,3) y—¡oh miserable de ti!—, despreciando el juicio de Dios, sólo temes mi vindicta. Te perdoné, lo confieso. ¿Qué otra cosa pudiera hacerte como cristiano? Te exhorté a que hicieras penitencia y te revolcaras en cilicio y ceniza, que te marcharas al desierto, que vivieras en el monasterio, que, con lágrimas continuas, impetraras la misericordia de Dios. Mas tú, ¡oh sostén de buena esperanza!, inflamado por los aguijones de la serpiente, te convertiste para mí en arco falaz y disparas contra mí las saetas

parabantur, iam iter dispositum, decreta nauigia, condicta dies, fuga animo perpetrata—et ecce angelus, ille cubiculi Mariae ianitor, cunarum Domini custos et infantis Christi gerulus, coram quo tanta faciebas ipse te prodidit.

7. O funestos oculos meos! O diem illam omni maledictione dignissimam, in qua epistulas tuas, quas huc usque retinemus, consternata mente legi! Quae ibi turpitudines! Quae blanditiae! Quanta de condicto stupro exultatio! Occine diaconum non dicam loqui sed scire potuisse! Vbi, miser, ista didicisti, qui in ecclesia te nutritum esse iactabas! Nisi quod in isdem epistulis iuras te numquam pudicum, numquam fuisse diaconum. Si negare uolueris, manus tua te redarguet, ipsi apices proclamabunt. Habeto interim lucrum sceleris: non possum tibi ingerere, quae scripsisti.

8. Iaces itaque aduolutus genibus meis: «heminam», ut tuis uerbis utar, «sanguinis» deprecaris et—o te miserum—neglecto uidicio Dei me tantum quasi iudicem times. Ignoui, fateor; quid enim tibi aliud possem facere Christianus? Hortatus sum, ut ageres paenitentiam et in cilicio et cinere uolutareris, ut solitudinem peteres, ut uiueres in monasterio, ut Dei misericordiam iugibus lacrimis inpetrares. At tu, bonae spei columen, excetrae stimulis inflammatus factus es mihi in arcum peruersum et contra me conuiciorum sagittas iacis. Inimicus tibi factus sum uera dicens. Non

de tus insultos. Me he hecho enemigo tuyo por decirte la verdad. No me duelen tus maldiciones—¿quién no sabe que tu boca sólo alaba lo infame?—. Lo que lloro es que tú no te llores a ti mismo, que no te des cuenta de que estás muerto; que, como un gladiador preparado para Libitina, te adornas para tu propio entierro. Te vistes de lino, cargas de anillos tus dedos, desgastas con polvos los dientes, amontonas en la rubicunda calavera tus ralos cabellos; la cerviz taurina, hinchada de capas de grasa, aun quebrantada, no se inclina. Sobre todo eso, hueles a perfumes, vas de baño en baño y batallas contra los renacientes pelos, te paseas por el foro y las plazas como amante fúlgido y pulido. *Te ha salido una cara de ramera, y no sabes lo que es vergüenza* (Ier 3,3). Conviértete, infortunado, al Señor, para que el Señor se convierta a ti; arrepiéntete, para que también El se arrepienta de todos los males con que te ha amenazado.

9. ¿A qué fin, descuidando tu propia llaga, te esfuerzas en infamar a los demás? ¿Por qué, como un frenético, me deshaces a bocados a mí, que miro bien y diligentemente por ti? ¡Yo soy un infame por mis vicios, como por ahí haces correr! Muy bien. Pues haz por lo menos conmigo penitencia. Soy un criminal, como tú me acusas. Pues imita las lágrimas del criminal. ¿Es que mis pecados son virtudes tuyas? Es que tienes por consuelo de tus males tener muchos semejantes a ti? Corran un poco de tus ojos las lágrimas entre la seda y el lino con que apareces fúlgido y hermoso ante ti mismo. Date cuenta de que estás desnudo, roto, sucio y mendigo. No hay penitencia tardía. Aun cuando bajares de Jerusalén y estés tendido, no digo en el camino, y llagado por

doleo de maledictis—quis enim nesciat nihil nisi flagitiosum tuo ore laudari?—hoc plango, quod te ipse non plangis, quod non sentis esse te mortuum, quod quasi gladiator paratus Libitinae in proprium funus ornaris. Amiciris linteis, digitos anulis oneras, dentes puluere teris; raros in rubenti caluaria digeris capillos, taurina ceruix toris adipeis intumescens nec, quia fracta est, inclinatur. Super haec unguentis flagras, mutas balneas et contra renascentes pilos pugnas; per forum ac plateas nitidus et politus amator incendis. *Facies meretricis facta est tibi, nescis erubescere.* Conuertere, miser, ad Dominum, ut ad te Dominus conuertatur; age paenitentiam, ut et ille agat paenitentiam super omnibus, quae locutus est, malis, ut faceret tibi.

9. Quid neglecto uulnere proprio alios niteris infamare? Quid me bene tibi et sedule consulentem quasi freneticus morsu laceras? Esto, ego flagitiosus sum, ut uulgo iactitas: saltem mecum age paenitentiam; criminosus, ut insimulas: imitare lacrimas criminosi. Num mea peccata uirtutes tuae sunt? An malorum tuorum putas solacium, si multos tui similes habeas? Fluant paululum de oculis lacrimae inter sericum et linteamina, quibus tibi uideris fulgidus et farmonsus; intellege te nudum, conscissum, sordidum, mendicantem. Numquam est sera paenitentia. Quamuis de Hierosolymis descenderis et non in itinere uulneratus—unde

los salteadores, de donde el buen samaritano te lleve sobre su bestia a curarte a la posada, sino muerto en el sepulcro; sin embargo, a Lázaro, que ya hedía, lo resucitó el Señor. Imita por lo menos a aquellos ciegos por los que el Señor, dejando su casa y heredad, vino a Jericó, y apareció la luz para los que estaban sentados en las tinieblas y sombras de la muerte. Ellos, que supieron pasaba el Señor, comenzaron a gritar: *Hijo de David, ten compasión de nosotros* (Mt 20,30). También tú podrás ver si así gritas; si, llamado por el Señor, arrojas tus sucias vestiduras. *Cuando te conviertas y gimas, te salvarás, y entonces te darás cuenta dónde has estado* (Is 30,15). Basta que El toque tus cicatrices, que ponga su mano sobre el rastro de los que fueron tus ojos. Aun cuando así hayas nacido desde el vientre de tu madre, aun cuando ésta te hubiere concebido en pecado, El te lavará y quedarás más blanco que la nieve (Ps 50,7ss). ¿A qué fin andas encorvado y pegado a la tierra y te hundes todo en el cieno? Aquella pobre mujer a la que por espacio de dieciocho años había atado Satanás, una vez curada por el Salvador, pudo enderezarse y mirar al cielo (Lc 13,11ss). Lo que se dijo a Caín, piensa que fue dicho para ti: *¿Has pecado? Estate quieto* (Gen 4,7). ¿A qué fin te vas más lejos de la faz del Señor y habitas en tierra de Naid? ¿A qué estás fluctuando todo en el mar y no fijas tus pies en la peña? (Ps 39,3). Está sobre aviso, no sea que también a ti te traspase Fineés con su puñal a par de esa tu moabita. ¿A qué fin, después que has mancillado, hermano y consanguíneo, a la virgen Tamar, hecho un Absalón, deseas matar al que llora de que te rebeles y mueras? Contra ti clama la sangre de Nabot y la

et Samaritanus inpositum iumento curandumque ad stabulum referat—, sed mortuus iaceas in sepulchro, tamen et faetentem Dominus suscitauit. Imitare saltem caecos illos, propter quos saluator dimittens domum suam et hereditatem suam Hiericum uenit sedentibusque in tenebris et in umbra mortis lux orta est. Qui, postquam praeterire Dominum cognouissent, coeperunt clamare dicentes: *Fili Dauid, miserere nostri.* Poteris et tu uidere, si sic clames, si accitus ab eo sordida uestimenta proicias. *Cum conuersus ingemueris, saluus eris et tunc scies, ubi fueris.* Tangat modo cicatrices tuas, pertractet luminum quondam tuorum uestigia. Licet ab utero sic genitus sis et in delictis conceperit te mater tua, asperget te hyssopo et mundaberis, lauabit te et super niuem dealbaberis. Quid incuruus terrae haeres et totus in caeno es? Illa, quam decem et octo annis satanas uinxerat, postquam a saluatore curata est, caelum erecta suspexit. Quod ad Cain dictum est, tibi dictum puta: *Peccasti? quiesce.* Quid longius recedis a facie Dei et habitas in terra Naid? Quid totus in salo fluctuas nec statuis super petram pedes tuos? Caue, ne et te Phinees cum Madianitide fornicantem siromaste configat. Quid, postquam Thamar uirginem frater et consanguineus polluisti, uersus in Abessalom occidere cupis eum, qui te et rebellantem plangit et mortuum? Clamat contra te sanguis Nabuthae et uinea Hiezrahel, hoc est «seminis Dei», quam in hortum uolupta-

viña de Jezrael, es decir, «de la semilla de Dios»—la viña que tú has convertido en huerto de placeres y hortalizas de lascivia—. Y piden que se haga en ti merecida venganza. También a ti te es enviado Elías que te anuncie tormentos y ruina. Encórvate y vístete por un tiempo de saco; también de ti podrá decir Dios: *¿Has visto cómo Acab se ha humillado ante mi acatamiento? Pues no voy a traer el mal en sus días* (3 Reg 21,29).

10. Mas acaso te lisonjeas haber sido ordenado diácono por tal obispo. Ya arriba he dicho que ni el padre es castigado por el hijo ni el hijo por el padre. El alma que pecare, ésa morirá. Samuel tuvo hijos que se apartaron del temor de Dios y echaron tras la avaricia y la iniquidad; y Helí fue sacerdote santo, pero tuvo hijos que, como leemos en el texto hebreo, fornicaban con mujeres en el tabernáculo de Dios y, a semejanza tuya, vindicaban impudentemente para sí el ministerio de Dios. Por eso fue derribado también el lugar del tabernáculo y, por los vicios de los sacerdotes, fue destruido el santuario de Dios. Si bien el mismo Helí, por haber sido demasiado blando con sus hijos, ofendió a Dios, y tan lejos está que puedas librarte por la justicia de tu obispo, que más bien es de temer que, por causa tuya, caiga de su asiento y muera al darse por detrás golpe incurable (1 Reg 4, 18). Si el levita Oza, por querer sostener el arca que iba a caerse y él debía llevar, fue herido por Dios, ¿qué piensas ha de ser de ti, que has intentado derribar el arca de Dios? Cuanto mejor es el obispo que te ordenó, tanto eres tú más detestable, por haber engañado a tal hombre. Solemos ser nosotros mismos los últimos en saber los males de nuestra casa, y, cuando los vecinos hacen

tum et lasciuiae holera conuertisti; dignam de te ultionem reposcunt. Mittitur tibi Helias tormenta et interitum nuntians: incuruare et sacco uestire paulisper; poterit et de te Deus dicere: *Vidisti, quia reueritus est Achab a facie mea? Non superducam malitiam in diebus eius.*

10. Sed forte blandiris tibi, quod a tali episcopo diaconus ordinatus es. Iam et supra dixi nec patrem pro filio nec filium pro parente puniri. *Anima* enim, *quae peccauerit, ipsa morietur.* Et Samuhel habuit filios, qui recesserunt a timore Dei et abierunt post auaritiam et iniquitatem, et Heli sacerdos sanctus fuit, sed habuit filios, qui, ut in Hebraeorum uolumine legimus, fornicabantur cum mulieribus in tabernaculo Dei et in similitudinem tui inpudenter sibi Dei ministerium uindicabant. Vnde et locus tabernaculi ipse subuersus est et propter uitia sacerdotum Dei sanctuarium destitutum. Quamquam et ipse Heli, dum est nimium lenis in filios, offendit Deum; tantumque abest te episcopi tui iustitia liberari, ut timendum sit, ne propter te de solio suo corruens ὀπισθοτόνῳ pereat insanabili. Si Ozas leuites arcam Domini, quam portare ipse debuerat, quasi ruentem sustentare uoluit et percussus est, quid de te futurum putas, qui stantem arcam Domini praecipitare conatus es? Quanto episcopus, qui te ordinauit, probabilis est, tanto tu amplius detestandus, qui talem hominem fefellisti. Solemus mala domus nostrae scire nouis-

canción de los vicios de cónyuge e hijos, nosotros estamos sin enterarnos. A ti te conocía toda Italia. Todo el mundo gemía de verte ante el altar de Cristo. Que no eras tú tan astuto que ocultaras prudentemente tus vicios. Así te abrasabas; así, rijoso y lascivo, el placer te arrastraba de acá para allá y celebrabas, al satisfacer tus torpes deseos, una especie de triunfo y victoria de los vicios.

11. Finalmente, entre las espadas de un bárbaro y de un bárbaro marido y la vigilancia de un marido poderoso, te arrebató la llama de la impureza. No tuviste empacho de cometer un adulterio en casa, en que el marido, ofendido, podía vengarse sin necesidad de juez. Eres conducido a los huertecillos, arrastrado a los arrabales, y procedes con tanta insania que, en ausencia del marido, crees tener una esposa y no una adúltera. Luego, por no sé qué conductos, logras escapar mientras ella era apresada, entras a escondidas en Roma, te metes entre los bandidos samnitas y, a la primera noticia de que el marido bajaba hacia ti, como nuevo Aníbal, de los Alpes, te crees seguro en una nave. Tanta fue la celeridad de la fuga, que tuviste la tormenta por más segura que la tierra. Llegaste, como pudiste, a Siria; de allí manifiestas tu voluntad de ir a Jerusalén y haces promesa de servir al Señor. ¿Quién no había de recibir al que se presentaba como monje, sobre todo si, ignorante de sus tragedias, leía uno las cartas comendaticias de tu obispo para los otros obispos? Pero tú, infortunado, te transfigurabas en ángel de la luz y, ministro de Satanás, te fingías ministro de justicia. Bajo piel de oveja se escondía un lobo, y, después del adulterio con una mujer, deseabas ser adúltero de Cristo.

simi ac liberorum et coniugum uitia uicinis cantantibus ignorare. Nouerat te omnis Italia, uniuersi ante altare Christi stare ingemescebant. Nec tu tam callidus eras, ut prudenter tua uitia celares. Sic exaestuabas, sic subantem te et lasciuientem huc atque illuc rapiebat uoluptas, ut quasi quosdam triumphos palmamque uitiorum de expletis libidinibus subleuares.

11. Denique inter gladios barbari et barbari mariti et mariti potentis excubias inpudicitiae flamma te rapuit. Non timuisti in illa domo adulterium facere, in qua sine iudice laesus uir se poterat ulcisci. Duceris ad hortulos, ad suburbana pertraheris, tam libere et insane agis, ut absente marito uxorem te putes habere, non adulteram. Inde per quosdam cuniculos, dum illa tenetur erumpis, Romam occultus ingrederis, latitas inter Samnitas latrones et ad primum mariti nuntium, quod nouus tibi ex Alpibus Hannibal descendisset, nauigio te credis in tuto. Tanta fugae celeritas fuit, ut tempestatem terra duceres tutiorem. Venis utcumque Syriam, inde te Hierosolymam uelle transcendere et seruiturum Domino polliceris. Quis non susciperet eum, qui se monachum promittebat, praesertim ignorans tragoedias tuas et episcopi tui commendaticias ad ceteros sacerdotes epistulas legens? At tu, infelix, transfigurabas te in angelum lucis et minister satanae ministrum iustitiae simulabas. Sub uestitu ouium latebas lupus et post adulterium hominis adulter Christi esse cupiebas.

12. Todo esto te lo he dicho para pintarte como en un breve cuadro todo el drama de tus obras y ponerte ante los ojos tus fechorías. No hagas de la misericordia de Dios y de su extrema clemencia materia de pecados, crucificando otra vez en ti mismo al Hijo de Dios y haciéndolo objeto de escarnio. Lee antes bien lo que sigue: *Y es así que la tierra que sorbe la lluvia que sobre ella viene a menudo y produce hierba útil para los que la cultivan, recibe las bendiciones de Dios; pero si produce espinas y cardos, es reprobada y está a punto de ser maldecida, y, por fin, se le pega fuego* (Hebr 6,7-8).

148 A Celantia

1. Es vieja y celebrada sentencia de la Escritura que hay una vergüenza con que se alcanza gloria y gracia, y hay otra que suele engendrar pecado (Eccli 4,25). La verdad de este dicho luce más que bastantemente, por su claridad misma, a la inteligencia de todos; pero no sé por qué se me ha presentado a mí, en el presente asunto, con brillo particular. Y es así que, invitado a escribir por tu carta, en que con admirables súplicas me lo pedías, confieso haber dudado mucho tiempo en responderte, pues la vergüenza me imponía silencio. Sin embargo, a la vergüenza resistía muy denodadamente la fiel ambición de tus súplicas, que me hacía fuerza, y contra mi vacilación luchaba fuertemente la humildad de quien me lo pedía, y con una especie de violencia de la fe batía las cerraduras de mi boca. La variedad de pensa-

12. Haec idcirco, ut totam tibi scaenam operum tuorum quasi in breui depingerem tabella et gesta tua ante oculos ponerem, ne misericordiam Domini nimiamque clementiam materiam aestimes delictorum rursum crucifigens tibimet ipsi filium Dei et ostentui habens et non legens illud, quod sequitur: *Terra enim uenientem saepe super se bibens imbrem et generans herbam oportunam illis, a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo; proferens autem spinas et tribulos reproba est et maledicto proxima, cuius consummatio in conbustionem.*

148 Ad Celantiam

1. Vetus scripturae celebrata sententia est esse pudorem, quo gloria inuenitur et gratia, et esse rursus pudorem, qui solet parere peccatum. Cuius dicti ueritas quamquam satis ad omnium intelligentiam ipsa sui luceat claritate, mihi tamen nescio quomodo in praesenti causa propius innotuit. Prouocatus enim ad scribendum litteris tuis, quae miris hoc a me obsecrationibus flagitabant, diu, fateor, de responsione dubitaui silentium mihi imperante uerecundia. Cui tamen fortissime resistebat et uim faciebat precum tuarum fidelis ambitio pugnabatque acriter cum haesitatione mea humilitas obsecrantis et magna quadam fidei uiolentia oris claustra pulsabat. Cumque sic animum in utroque nutantem cogitatio diuersa libraret, paene pudor exclusit officium. Sed me illa, quam supra

mientos mantenía en el fiel mi ánimo vacilante, y el pudor estuvo a punto de apartarme de mi deber. Mas la sentencia del sabio a que he aludido me armó para rechazar una inútil vergüenza y romper un silencio dañoso, pues la causa de escribir me parecía tan honesta y santa, que, de callar, me parecía de todo punto cometer un pecado. Más que más, considerando conmigo mismo que dice la Escritura: *Hay tiempo de hablar y tiempo de callar* (Eccle 3,7). Y otra vez: *No retengas la palabra en el tiempo de la salud* (Eccli 4,28). Y lo de San Pedro: *Prontos siempre a satisfacer a todo el que os pida razón* (1 Petr 3,15).

2. Me pides, efectivamente, y me lo pides solícita y vigilantemente, que te trace una regla sacada de las Escrituras santas, a la que puedas ajustar el curso de tu vida y, conociendo la voluntad del Señor, entre los honores del siglo y los atractivos de las riquezas, ames más el ajuar de tu carácter y, en el estado de matrimonio, no sólo puedas agradar a tu cónyuge, sino también al que permitió el conyugio. No satisfacer a tan santa petición y a tan piadoso deseo, ¿qué otra cosa fuera que no amar el adelantamiento del prójimo? Voy, pues, a obedecer a tus ruegos y, preparada que estás a cumplir la voluntad de Dios, trataré de incitarte aún más con sus mismas sentencias. Porque uno mismo es el verdadero Señor y maestro de todos, que nos manda que le agrademos y nos enseña a par la manera como podemos agradarle. Que te informe, pues, y enseñe Aquel que, cuando, en el evangelio, le pregunta el joven qué tenía que hacer para conseguir la vida eterna, le señaló al punto los mandamientos de Dios (Mt 19,16-22). Con lo que nos da a entender que hemos de cumplir la voluntad de Aquel de quien esperamos el premio. Por

posui, sapientis sententia armauit ad depellendam inutilem uerecundiam et damnosum silentium resoluendum, cum utique ipsam scribendi causam tam honestam uiderem esse, tam sanctam, ut peccare me omnino crederem, si tacerem, illud mecum scripturae reputans: *Tempus tacendi et tempus loquendi,* et iterum: *Ne retineas uerbum in tempore salutis,* et illud beati Petri: *Parati semper ad satisfactionem omni poscenti uos rationem.*

2. Petis namque et sollicite ac uigilanter petis, ut tibi certam ex scripturis sanctis praefiniamus regulam, ad quam tu ordines cursum uitae tuae et cognita Domini uoluntate inter honorem saeculi et diuitiarum illecebras morum diligas suppellectilem atque ut possis in coniugio constituta non solum coniugi placere sed etiam ei, qui ipsum coniugium indulsit. Cui tam sanctae petitioni tamque pio desiderio non satisfacere quid aliud est quam profectum alterius non amare? Parebo igitur precibus tuis teque paratam ad implendam Dei uoluntatem ipsius nitar incitare sententiis. Idem enim uerus omnium Dominus ac magister, qui nos et placere sibi iubet et docet, quomodo ei placere possimus. Ipse itaque te informet, ipse te doceat, qui interroganti in euangelio adolescenti, quid faceret ut uitam mereretur aeternam, diuina continuo mandata proponit ostendens nobis eius uoluntatem esse faciendam, a quo speramus et praemia. Propter

lo que en otro lugar atestigua: *No todo el que me dice: Señor, Señor, entrará en el reino de los cielos; el que haga la voluntad de mi Padre del cielo, ése sí entrará en el reino de los cielos* (Mt 7,21). Palabras con que manifiestamente se nos da a entender que tamaño premio no puede merecerse confesando simplemente a Dios, si a la fe no se juntan las obras de justicia.

3. A la verdad, ¿qué linaje de confesión es ésa: creer tan lindamente en Dios, que se tenga por nada su mandato? ¿O es que decimos de corazón y con verdad «Señor, Señor», si despreciamos los mandamientos del mismo a quien confesamos por Señor? De ahí que el Señor mismo diga en el evangelio: *¿A qué viene llamarme «Señor, Señor», si no hacéis lo que os digo?* (Lc 6,46). Y otra vez: *Este pueblo me honra con los labios, pero su corazón está lejos de mí* (Mt 15,8). Y otra vez dice por el profeta: *El hijo honra al padre y el siervo teme a su señor. Pues si yo soy padre, ¿dónde está el honor que se me tributa? Y si soy señor, ¿dónde está el temor que se me tiene?* (Mal 1,6). Por donde se ve que quienes no cumplen sus preceptos, ni honran ni temen al Señor. Por eso, a David, que había cometido aquel pecado, se le dice con claridad: *Has tenido a Dios en nada* (2 Reg 12,9). Y a Helí se le dice la palabra del Señor: *Yo honraré a quien me honrare; mas los que por nada me tengan, serán reducidos a nada* (1 Reg 2,30).

4. ¿Y estamos nosotros seguros y tranquilos deshonrando a Dios con cada uno de nuestros pecados, provocando a ira al Señor clementísimo, agraviando a tan soberana majestad al despreciar tan soberbiamente sus mandatos? ¿Qué cosa, en efecto, puede

quod alio testatur loco: *Non omnis, qui dicit mihi: Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum, sed qui facit uoluntatem patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum.* Quo manifeste illud ostenditur nos non sola Dei confessione tanti praemii magnitudinem promereri, nisi fidei iustitiae opera coniuncta sint.

3. Qualis est enim illa confessio, quae sic Deum credit, ut eius pro nihilo ducat imperium? Aut ex animo aut uere dicimus: Domine, Domine, si eius, quem Dominum confitemur, praecepta contemnimus? Vnde ipse in euangelio dicit: *Quid autem uocatis me Domine, Domine, et non facitis, quae dico?* Et iterum: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Et rursum loquitur per prophetam: *Filius honorificat patrem et seruus dominum suum timebit, et si pater sum ego, ubi est honor meus? et, si Dominus ego sum, ubi est timor meus?* Ex quo apparet nec honorari ab eis Dominum nec timeri, qui eius praecepta non faciunt. Vnde ad Dauid expressius dicitur, qui peccatum admiserat: *Et pro nihilo duxisti Deum,* et ad Heli sermo fit Domini: *Qui honorificat me, honorificabo eum; qui autem pro nihilo me habent, ad nihilum redigentur.*

4. Et nos securo ac bono animo sumus, qui per singula quaeque peccata inhonorantes Deum clementissimum Dominum ad iracundiam prouocamus eiusque imperia superbissime contemnendo in tantae maiestatis

haber tan soberbia, qué cosa, por mejor decir, tan ingrata como vivir contra la voluntad de Aquel de quien hemos recibido la vida misma; despreciar los mandatos de quien, si algo nos manda, es para tener motivos de galardonarnos? Y es así que Dios no necesita de nuestra obediencia, y nosotros sí que necesitamos de su mandato. *Sus mandamientos son más apetecibles que el oro y la piedra preciosa, y más dulces que el panal de miel, pues en su guarda hay galardón grande* (Ps 18,11-12). Por eso se aíra contra nosotros, por eso se ofende tanto más aquella inmensidad, aquella bondad de Dios, cuanto que lo despreciamos, perdiendo encima tan grande premio; y no sólo tenemos en nada lo que manda, sino también lo que nos promete. Por eso, muy a menudo o, por mejor decir, siempre hemos de revolver dentro de nosotros aquella sentencia del Señor: *Si quieres llegar a la vida, guarda los mandamientos* (Mt 19,17). De esto, efectivamente, se trata para nosotros en toda la ley, esto nos enseñan los profetas y los apóstoles, esto reclama de nosotros no sólo la voz, sino la sangre de Cristo, que murió justamente por todos, a fin de que los que viven no vivan para sí mismos, sino para el que murió por todos (2 Cor 5, 15). Ahora bien, vivir por El no otra cosa es que guardar sus mandamientos, y El mismo nos los mandó guardar como prenda cierta de su amor. *Si me amáis,* dice, *guardad mis mandamientos* (Io 14,15); y: *El que tiene mis mandamientos y los guarda, ése es el que me ama* (Io 14,21). Y otra vez: *Si alguno me ama, guardará mi palabra, y mi Padre lo amará a él, y vendremos a él, y haremos nuestra morada en él. El que no me ama no guarda mis palabras* (Io 14,23-24). Gran violencia tiene el verdadero amor.

imus iniuriam? Quid enim umquam tam superbum, quid uero tam ingratum, uideri potest quam aduersus eius uiuere uoluntatem, a quo ipsum uiuere acceperis, quam illius praecepta despicere, qui ideo aliquid imperat, ut causas habeat remunerandi? Neque enim obsequii nostri Deus indiget, sed nos illius indigemus imperio. *Mandata eius desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum nimis et dulciora super mel et fauum, quoniam in custodiendis illis retributio multa.* Et ideo nobis irascitur, idcirco magis illa inmensitas, illa Dei bonitas offenditur, quia eum per tanti etiam praemii detrimenta contemnimus nec solum imperia sed etiam promissa illius pro nihilo ducimus. Vnde saepe, immo semper illa nobis Domini est reuoluenda sententia: *Si uis ad uitam uenire, serua mandata.* Hoc enim tota nobiscum lege agitur, hoc prophetae, hoc apostoli docent, hoc a nobis et uox Christi et sanguis efflagitat, qui ideo pro omnibus mortuus est, ut, qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro illis mortuus est. Viuere autem illi non aliud est quam eius praecepta seruare, quae nobis ille quasi certum quoddam dilectionis suae pignus seruanda mandauit. *Si diligitis,* inquit, *me, mandata mea seruate,* et: *Qui mandata mea habet et seruat ea, ille est, qui diligit me,* ac rursus: *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit et Pater meus diliget eum et ad eum ueniemus et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat.* Grandem uim obtinet uera dilectio et, qui perfecte amatur, totam sibi

El que es perfectamente amado vindica para sí toda la voluntad del amante. No hay cosa más imperiosa que la caridad. Si amamos de verdad a Cristo, si recordamos que hemos sido rescatados a precio de su sangre, nada más debemos querer, nada en absoluto debemos hacer, sino lo que conocemos quiere El.

5. Ahora bien, dos clases hay de mandamientos en que se cifra toda justicia: unos prohíben, otros mandan. Naturalmente, se prohíbe lo malo y se manda lo bueno. En un caso se manda el no hacer; en el otro, el esfuerzo para hacer. Allí se cohíbe el ánimo, aquí se incita. La culpa en un caso está en hacer; en el otro, en no hacer. De ahí que dice el profeta: *¿Quién es el hombre que ama la vida y desea ver días buenos? Aparta tu lengua de lo malo y que tus labios no digan embuste. Apártate del mal y obra el bien* (Ps 33,13ss). Y el bienaventurado Apóstol: *Aborreced el mal, abrazad el bien* (Rom 12,9). Así, pues, este mandamiento doble y diverso—el que prohíbe y el que manda—obliga a todos con igual derecho. Ni la virgen, ni la viuda, ni la casada está exenta de esta ley. En cualquier profesión, en cualquier grado jerárquico, es igual pecado cometer lo prohibido u omitir lo mandado. Y no te seduzca el error de los que escogen a su talante qué mandamientos de Dios podrán principalmente despreciar, cuáles, como cosa barata y menuda, podrán tener en poco, y no temen la divina sentencia, según la cual los que desprecian lo mínimo irán cayendo poco a poco (Eccli 19,1).

6. Cosa es realmente propia de los estoicos suprimir toda diferencia entre los pecados y vindicar por igual todo delito. Para ellos no hay diferencia entre un crimen y un error. Nosotros, a la

amantis uindicat uoluntatem nihilque est imperiosius caritate. Nos, si uere Christum diligimus, si eius nos redemptos sanguine recordamur, nihil magis uelle, nihil omnino debemus agere, quam quod illum uelle cognoscimus.

5. Duo autem sunt genera mandatorum, in quibus clauditur tota iustitia: Prohibendi unum est, iubendi alterum. Vt enim mala prohibentur, ita praecipiuntur bona. Ibi otium imperatur, hic studium; ibi cohercetur animus, hic incitatur; hic fecisse, hic non fecisse culpabile est. Vnde propheta dicit: *Quis est homo, qui uult uitam et cupit uidere dies bonos? Prohibe linguam tuam a malo et labia tua, ne loquantur dolum. Declina a malo et fac bonum*, et beatus apostolus: *Odientes malum, adhaerentes bono*. Hoc itaque duplex diuersumque praeceptum, prohibendi scilicet et imperandi, aequo omnibus iure mandatum est. Non uirgo, non uidua, non nupta ab hoc imperio libera est. In quouis proposito, in quouis gradu aequale peccatum est uel prohibita admittere uel iussa non facere. Neque uero eorum te seducat error, qui ex arbitrio suo eligunt, quae potissimum Dei mandata contemnant quaeue quasi uilia ac parua despiciant, nec metuunt, ne secundum diuinam sententiam minima contemnendo paulatim decidant.

6. Stoicorum quidem est peccatorum tollere differentiam et delicta omnia paria uindicare nec ullum inter scelus et erratum discrimen facere.

verdad, creemos, porque así lo leemos, que hay mucha distancia de un pecado a otro. Sin embargo, decimos que mucho aprovecha para la cautela temer lo mínimo como si fuera máximo. Y es así que tanto más nos apartamos de cualquier falta cuanto más la tememos. El que tiembla aun de lo pequeño, no se abalanzará muy a prisa a lo mayor. Y, realmente, yo no sé si podemos llamar leve a pecado alguno que se comete en menosprecio de Dios. Y nadie hay tan inteligente como el que no tanto considera lo que está mandado, cuanto quien lo ha mandado. Ni piensa en la cantidad de lo que se impera, sino en la dignidad del imperante.

7. Ya, pues, que vas a edificar una casa espiritual, el fundamento, ante todo, no hay que echarlo sobre leve arena, sino sobre la roca firme de no hacer daño a nadie. Sobre ese fundamento podrás más fácilmente levantar la cúspide de la justicia. Y es así que quien a nadie ha hecho daño lleva cumplida la máxima parte de la equidad. Y bienaventurado el que puede decir con el santo Job: *A ningún hombre he dañado; en justicia he vivido con todos* (cf. Io 27,6). De ahí que le dijera con audacia, a par de sencillez, al Señor: *¿Quién es el que litiga conmigo?* (Io 13,19). Es decir: ¿Quién es el que puede apelar contra mí a tu juicio, de modo que me convenza de haber sido por mí ofendido? De conciencia muy limpia es cantar seguramente con el profeta: *Caminaba yo en la inocencia de mi corazón en medio de mi casa* (Ps 100,2). Por eso, el mismo profeta dice en otro lugar: *No privará el Señor de bienes a los que andan en inocencia* (Ps 83, 12), es decir, sin dañar a nadie. Así, pues, el alma cristiana ha de arrojar lejos de sí la maldad, el odio y la envidia, que son las

Nos uero, etsi multum inter peccata distare credimus quia et legimus, tamen satis prodesse ad cautionem dicimus etiam minima timere pro maximis. Tanto enim facilius abstinemus a quocumque delicto, quanto illud magis metuimus, nec cito ad maiora progreditur, qui etiam parua formidat. Et sane nescio, an possimus leue aliquod peccatum dicere, quod in Dei contemptum admittitur. Estque ille prudentissimus, qui non tam considerat, quid iussum sit, quam illum, qui iusserit, nec quantitatem imperii, sed imperantis cogitat dignitatem.

7. Aedificanti itaque tibi spiritualem domum non super leuitatem arenae sed supra soliditatem petrae innocentiae inprimis fundamenta ponantur, supra quae facilius possis arduum culmen iustitiae erigere. Maximam enim partem aequitatis impleuit, qui nulli nocuit, beatusque est, qui potest cum sancto Iob dicere: *Nulli nocui hominum, iuste uixi cum omnibus*. Vnde audenter ac simpliciter loquebatur ad Dominum: *Quis est, qui iudicetur mecum?* Id est: Quis tuum aduersum me potest implorare iudicium, ut se laesum a me conuincat? Purissimae conscientiae est secure canere cum propheta: *perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meae,* unde idem alibi dicit: *Non fraudabit Deus bonis eos, qui ambulant in innocentia.* Itaque malitiam, odium atque inuidiam, quae uel maxima uel sola semina sunt nocendi, Christiana a se anima

máximas, si no las únicas, raíces de donde brota el daño al prójimo, y guárdese de hacer daño no sólo de mano o de lengua, sino también de corazón. Tema el cristiano hacer daño a nadie, no sólo de obra, más ni aun de deseo. Y es así que, por lo que a la razón o esencia del dañar atañe, el que se propone dañar ya daña. Muchos de los nuestros definen de modo absoluto y total al inocente, que sería el que no daña a nadie, ni siquiera por dejar de hacerle bien. Si esto es verdad, entonces podrás realmente alegrarte de no hacer daño a nadie cuando tu conciencia te atestigua que, si puedes ayudar, no dejas de hacerlo. Pero, si son cosas distintas y que pueden andar separadas, y damos que una cosa es no dañar, lo que está siempre en tu mano; otra ayudar o favorecer cuando puedes; una cosa no hacer mal, otra obrar el bien; ten también presente que no basta al cristiano cumplir una parte de la justicia cuando las dos se le mandan.

8. Y es así que no hemos de mirar a los ejemplos de la turbamulta, que no sigue disciplina alguna moral, no lleva orden alguno de vida, y no tanto se guía por la razón como es arrebatada por una especie de impulso ciego. Tampoco hay que imitar a aquellos que, con nombre de cristianos, llevan vida de gentiles. Una cosa dice su profesión y otra su conducta; y, como dice el Apóstol, *confiesan conocer a Dios y con sus obras lo niegan* (Tit 1,16). La diferencia entre el cristiano y el gentil no ha de consistir sólo en la fe, sino también en la vida. La diversidad de religión ha de mostrarse en las obras diversas. *No llevéis*, dice el Apóstol, *el yugo a par de los infieles. Porque ¿qué tiene que ver la justicia con la iniquidad o qué sociedad forman la luz y las tinieblas? ¿Qué acuerdo puede haber entre Cristo y Belial o*

propellat neque manu tantum aut lingua sed corde quoque custodiat innocentiam nec modo opere, sed uoto etiam nocere formidet. Quantum enim ad peccati rationem pertinet, nocuit et qui nocere disposuit. Multi nostrorum illud absolute atque integre definiunt innocentem, qui ne in eo quidem nulli noceat, quod prodesse desistat. Quod si uerum est, tum demum laetare de innocentiae conscientia, si, cum potes adiuuare, non desinas; sin uero diuisa inter se ista atque distincta sunt aliudque est non nocere, quod semper potes, aliud prodesse, cum possis, aliud malum non facere, aliud operari bonum, illud tibi rursus occurrat non sufficere Christiano, si unam iustitiae partem impleat, cui utraque praecipitur.

8. Neque enim debemus ad multitudinis exempla respicere, quae nullam morum disciplinam sequens, nullum uiuendi tenens ordinem non tam ratione ducitur, quam quodam impetu fertur. Nec imitandi nobis illi sunt, qui sub Christiano nomine gentilem uitam agunt et aliud professione, aliud conuersatione testantur atque, ut apostolus ait, Deum confitentur se nosse, factis autem negant. Inter Christianum enim atque gentilem cum fides tum debet etiam uita distinguere et diuersam religionem per diuersa opera monstrare. Noli, ait apostolus, iugum ducere cum infidelibus. *Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate aut quae societas*

cómo entrará a la parte el fiel con el infiel? ¿Y qué armonía hay entre el templo de Dios y los ídolos? (2 Cor 6,14ss).

9. Haya, pues, entre nosotros y ellos la máxima separación. Distíngase por signo cierto el error y la verdad. Sientan ellos a lo terreno, pues no tienen promesas celestes; enrédense de todo en todo en la vida presente los que ignoran lo eterno; no teman pecar los que se imaginan que el pecado queda impune; sean esclavos de los vicios los que no esperan premios futuros de las virtudes. Mas nosotros, que con fe purísima confesamos que todo hombre ha de comparecer ante el tribunal de Cristo a fin de recibir cada uno lo propio de su cuerpo, lo bueno o malo que hubiere hecho (2 Cor 5,10), hemos de estar muy lejos de todo vicio. *Porque los que son de Cristo han crucificado su carne con todos los vicios y concupiscencias de ella* (Gal 5,24).

10. A la verdad, dos caminos de comportamiento y como dos direcciones contrarias de la vida señala el Salvador en el evangelio: *¡Qué ancho es,* dice, *el camino que conduce a la muerte, y cuántos son los que entran por él!* Y añade: *¡Qué estrecho es el camino que conduce a la vida y qué pocos son los que lo encuentran!* (Mt 7,13s). Mira la distancia, mira la diferencia que va de uno a otro de estos dos caminos. Uno conduce a la vida, otro va hacia la muerte; uno es frecuentado y pisado por muchos, otro apenas es hallado por unos pocos. El uno, en efecto, hecho por la costumbre como cuesta abajo y más blando para los vicios y agradable por no sé qué flores de los placeres, fácilmente atrae hacia sí a la muchedumbre transeúnte; el otro, empero, más triste

luci ad tenebras? Quae autem conuentio Christi ad Belial aut quae pars fideli cum infidele? qui autem consensus templo Dei cum idolis?

9. Sit ergo inter nos atque illos maxima separatio. Distinguatur certo discrimine error et ueritas. Illi terrena sapiant, qui caelestia promissa non habent, illi breui huic se uitae totos implicent, qui aeterna nesciunt, illi peccare non metuant, qui peccatorum impunitatem putant, illi seruiant uitiis, qui non sperant praemia futura uirtutum. Nos uero, qui purissima confitemur fide omnem hominem manifestandum esse ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum, procul esse debemus a uitiis. Qui enim sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitiis et concupiscentiis. Nec turbam sequantur errantem, qui se ueritatis discipulos confitentur.

10. Duas certe conuersationis uias et distincta in diuersum itinera uiuendi in euangelio saluator ostendit: *Quam,* inquit, *spatiosa uia, quae ducit ad mortem, et multi sunt, qui intrant per eam,* et rursum: *Quam arta uia, quae ducit ad uitam, et pauci sunt, qui inueniunt eam.* Vide, quanta inter has uias separatio sit quantumque discrimen. Illa ad uitam, haec tendit ad mortem, illa celebratur et teritur a multis, haec uix inuenitur a paucis; illa enim uitiis per consuetudinem quasi decliuior ac mollior et uelut quibusdam amoena floribus uoluptatum facile ad se rapit commeantem multitudinem, haec uero insueto calle uirtutum tristior atque

y hórrido por lo estrecho de la senda de las virtudes, sólo lo escogen aquellos a quienes no tanto importa el placer del viaje cuanto la comodidad de la mansión definitiva. Y es así que la excesiva costumbre de los vicios nos ha vuelto áspero y desagradable el camino de la virtud; mas, si esa costumbre se traslada a la otra parte, *hallará,* como dice la Escritura, *suaves las sendas de la justicia* (Prov 2,20). Pongamos ya, pues, orden en nuestra vida y, por el testimonio de nuestra conciencia, aprendamos por qué camino principalmente hemos de andar. Efectivamente, todo lo que hacemos, todo lo que hablamos, viene o del camino ancho o del estrecho. Si con los pocos damos con el camino estrecho y con una sutil senda, nos dirigimos hacia la vida; pero, si echamos por el camino de los muchos, andamos, según sentencia del Señor, derechos a la muerte.

11. Ahora bien, si nos dejamos dominar por el odio y la envidia, si cedemos a la codicia y avaricia, si anteponemos las ventajas presentes a las por venir, por la vía ancha caminamos. Para todo eso tenemos por compañera la turbamulta, y anchos escuadrones de gentes semejantes nos rodean. Si queremos satisfacer el placer de la ira y vengar la injuria; si maldecimos al que nos maldice y tenemos para con el enemigo ánimo enemigo, con los más somos igualmente arrastrados. Si adulamos nosotros mismos y oímos de buena gana al adulador; si no queremos perder la gracia o favor y tememos más ofender los sentimientos de los hombres que decir nosotros lo que sentimos, también por ahí andamos por el camino de los muchos. Tantos son nuestros compañeros cuantos los extraños a la verdad. Por lo contrario, si somos extraños a todos esos vicios, si ostentamos un alma pura

horridior ab his tantum eligitur, quibus non tam delectatio itineris cordi est quam utilitas mansionis. Asperam enim nobis et insuauem uirtutum uiam nimia effecit consuetudo uitiorum, quae si in partem alteram transferatur, inueniet, sicut scriptura dicit, *semitas iustitiae leues.* Ponamus ergo iam rationem uitae nostrae et per quam potissimum gradiamur uiam, conscientia teste discamus. Omne enim, quod agimus, omne, quod loquimur, aut de lata aut de angusta uia est. Si cum paucis angustum iter et subtilem quandam semitam inuenimus, ad uitam tendimus; sin uero multorum comitamur uiam, secundum Domini sententiam imus ad mortem.

11. Si igitur odio atque inuidia possidemur, si cupiditati et auaritiae cedimus, si praesentia commoda futuris praeferimus, per spatiosam uiam incedimus; habemus enim ad haec comitem multitudinem et late similium stipamur agminibus. Si iracundiae libidinem explere uolumus, si iniuriam uindicare, si maledicenti maledicimus et aduersum inimicum inimico animo sumus, aeque cum plurimis ferimur. Si uel adulamur ipsi uel adulantem libenter audimus, si uero gratiam (non) impedimus et magis offendere timemus animos hominum quam nos ex animo loqui, de multorum item uia sumus. Tot nostri socii, quot extranei ueritatis. At e contrario, si ab his omnibus uitiis extranei sumus, si purum ac liberum praesentamus

y libre, si ponemos bajo los pies toda codicia y sólo aspiramos a ser ricos en virtudes, caminamos denodadamente por la vía estrecha. Y es así que esta manera de obrar es cosa de pocos y es cosa muy rara y difícil hallar buenos compañeros de parejo viaje. Más bien, muchos que fingen andar por ella echan por rodeos diversos y paran en el ancho camino de la turbamulta. Hasta tal punto es de temer, que quienes creemos ser guías del camino derecho los llevemos compañeros del descarrío.

12. Así, pues, si vemos ejemplos que por este camino nos lleven a la vida y que vayan por el sendero derecho del evangelio, imitémoslos; mas, si los ejemplos faltan o se piensa que faltan, la manera de vida de los apóstoles está a los ojos de todos. El vaso de elección (cf. Act 9,15) clama y, como si nos convidara a todos a la senda estrecha, dice: *Sed imitadores míos como también yo lo soy de Cristo* (1 Cor 11,1; cf. ibid., 4,16). A la verdad—lo que es más—, para todos resplandece el ejemplo del Señor mismo, que dice en el evangelio: *Venid a mí todos los que trabajáis y andáis cargados, y yo os daré descanso. Tomad mi yugo sobre vosotros y aprended de mí, porque soy manso y humilde de corazón* (Mt 11,28s). Si es peligroso imitar a aquellos de quienes se duda si merecen ser imitados, por lo menos segurísimo es imitar y seguir las huellas de Aquel que dijo: *Yo soy el camino, la verdad y la vida* (Io 14,6). Jamás yerra la imitación que sigue a la verdad misma. De ahí que San Juan diga: *El que dice permanecer en Cristo debe andar como El anduvo* (1 Io 2,6). Y el bienaventurado Pedro dice: *Cristo padeció por nosotros, dejándoos ejemplo para que sigáis sus huellas: El, que no cometió*

animum et omni cupiditate calcata solis studemus diuites esse uirtutibus, per angustam uiam nitimur. Conuersatio enim ista paucorum est atque perrarum atque difficile idoneos itineris comites reperire. Quin etiam multi hac ire se simulant et per diuersa errorum diuerticula ad uiam multitudinis reuertuntur. Adeo timendum est, ne, quos duces recti huius itineris habere nos credimus, eos comites habeamus erroris.

12. Si igitur inueniuntur exempla, quae nos per hanc ducant ad uitam et rectum euangelii tramitem teneant, sequenda sunt; sin uero ea uel deficiunt uel deficere putantur, apostolorum forma uniuersis proposita est. Clamat uas electionis nosque quasi ad angustum hoc iter conuocans dicit: *Imitatores mei estote sicut et ego Christi.* Certe—quod est amplius omnibus—ipsius Domini relucescit exemplum, qui in euangelio ait: *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego uos requiescere faciam. Tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde.* Si periculosum est imitari illos, de quibus dubitas an imitandi sint, hunc certe imitari tutissimum est atque eius uestigia insequi, qui dixit: *Ego sum uia, ueritas et uita.* Numquam enim errat imitatio, quae sequitur ueritatem. Vnde et sanctus Iohannes: *Qui dicit se,* inquit, *in Christo manere, debet, sicut ille ambulauit, et ipse ambulare.* Beatus Petrus ait: *Christus pro nobis passus est uobis relinquens*

jamás pecado y en cuya boca no se halló embuste; El, que, cuando era maldecido, no devolvía maldición por maldición; cuando padecía, no amenazaba, sino que se entregaba al que lo juzgaba injustamente; El, que llevó en su cuerpo nuestros pecados sobre la cruz, a fin de que, muertos al pecado, vivamos para la justicia (1 Petr 2,21ss).

13. Basta de excusar nuestros descarríos, afuera todo feo consuelo para nuestros pecados. Nada vale en absoluto que intentemos escudarnos con los ejemplos de la turbamulta y contemos, para consuelo nuestro, muy a menudo los vicios ajenos y protestemos que nos faltan modelos que imitar. Ahí tenemos el ejemplo de Aquel que confesamos todos debe ser imitado. Por eso tu principal cuidado ha de ser conocer la ley divina, por la que te imagines tener como ante los ojos los ejemplos de los santos y, por consejo de ellos, debes aprender lo que hay que hacer y lo que hay que evitar. Y es así que el mayor auxilio para la justicia es llenar el alma de las palabras divinas y, lo que se desea llevar a cabo de obra, meditarlo a la continua en el corazón. A un pueblo rudo aún y a hombres poco hechos a la obediencia mándales el Señor por medio de Moisés que, como medio de recordar los preceptos divinos, se hicieran en los bordes de los vestidos fimbrias o flecos y las adornaran de púrpura color jacinto, porque de ese modo, aun mirando los ojos al azar de acá para allá, les viniera la memoria de los mandamientos del Señor (Num 15,37ss). Los fariseos son notados por el Señor a propósito de las tales fimbrias, pues las usaban torcidamente, no para recordar los mandamientos de Dios, sino para propia ostentación. Mi-

exemplum, ut sequamini uestigia eius, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui, cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur, tradebat autem iudicanti se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui iustitiae uiueremus.

13. Cesset omnis excusatio errorum, auferantur peccandi foeda solacia. Nihil omnino agimus, qui nos per multitudinis exempla defendimus et ad consolationem nostri aliena saepe numerantes uitia deesse nobis dicimus, quos debeamus sequi. Ad illius exemplum mittimur, quem omnes fatemur imitandum. Atque ideo praecipua tibi cura sit legem nosse diuinam, per quam putes quasi praesentia cernere exempla sanctorum et, quid faciendum, quid uitandum sit, illius consilio discere. Maximum enim ad iustitiam auxilium est implere diuinis eloquiis animum et, quod opere exequi cupias, semper corde meditari. Rudi adhuc populo et hominibus ad oboedientiam insuetis per Moysen imperatur a Domino, ut in signum memoriae, qua praecepta Domini recordentur, per extremitates uestimentorum fimbrias habeant easque cocco hyacinthini coloris insigniant, ut etiam casu huc illucue respicientibus oculis mandatorum caelestium memoria nascatur. De quibus fimbriis pharisaei denotantur a Domino, quod eas peruerso usu non ad commonitionem praeceptorum Dei sed ad ostenta-

raban, en efecto, a que el pueblo los tuviera por santos, como gentes que con diligencia guardaban la ley.

14. Tú, empero, no tanto has de guardar los preceptos de la letra cuanto los del espíritu; y así, espiritualmente, has de cultivar la memoria de los mandamientos divinos. No se trata sólo de recordarlos a menudo, hay que pensar constantemente en ellos. Que estén, por ende, siempre en tus manos las divinas Escrituras y continuamente les des vueltas en tu espíritu. Y no imagines que te baste saberte de memoria los mandamientos de Dios y olvidarte luego de ponerlos por obra. Has de conocerlos para hacer todo lo que sabes tienes que hacer. *Porque los justos delante de Dios no son los que oyen la ley, sino que se justificarán los que la cumplan* (Rom 2,13). Ancho, a la verdad, e inmenso es el campo de la divina ley que, adornado de testimonios variadísimos de la verdad, como con flores de una celeste primavera, apacienta y satisface el ánimo del lector con deleite maravilloso. Conocer todos esos testimonios y revolverlos constantemente dentro de uno mismo es ayuda enorme para conservar la justicia; pero hay una sentencia del evangelio que has de escoger como una cifra y compendio y universal aviso, y escribirla sobre tu corazón como síntesis de toda justicia que salió de boca del Señor: *Todo lo que queréis que los hombres hagan con vosotros, hacédselo también vosotros a ellos* (Mt 7,12). Y para expresar el alcance de este precepto, prosigue el Señor diciendo: *Porque en esto se cifra la ley y los profetas* (ibid.). Infinitas son, en efecto, las especies y partes de la justicia; no sólo seguirlas con la pluma, pero aun comprenderlas con el pensamiento es cosa dificilísima. Sin em-

tionem sui habere coeperint, ut scilicet quasi de maioris obseruationis diligentia sancti a populo iudicarentur.

14. Tibi uero seruanti non iam litterae praecepta sed spiritus diuinorum mandatorum memoria spiritualiter excolenda est, cui non tam frequenter recordanda sunt praecepta Dei quam semper cogitanda. Sint ergo diuinae scripturae semper in manibus et iugiter mente uoluantur. Nec sufficere tibi putes mandata Dei memoria tenere et operibus obliuisci, sed ideo illa cognosce, ut facias, quicquid faciendum didiceris. *Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur.* Latus quidem et immensus diuinae legis campus extenditur, qui diuersis testimoniis ueritatis uelut caelestibus quibusdam floribus uernans mira oblectatione legentis animum pascit ac refouet, quae cognoscere omnia secumque reuoluere semper ingens ad conseruandam iustitiam beneficium est, sed quasi ad compendiosum locum quoddam commonitorium illa tibi euangelii eligenda sententia est et superscribenda cordi tuo, quae ad totius iustitiae breuiarium dominico ore profertur: *Omnia, quaecumque uultis ut faciant uobis homines, haec et uos facite illis.* Cuius praecepti uires exprimens iungit ac dicit: *Haec est enim lex et prophetae.* Infinitae namque sunt species partesque iustitiae, quas non modo stilo persequi sed cogitatione etiam capere difficillimum est, quas omnes una

bargo, el Señor las encerró todas en esa breve sentencia, y, con secreto juicio del corazón, absuelve o condena la oculta conciencia de los hombres.

15. Repitamos, pues, a todo acto, a toda palabra y hasta a todo pensamiento esta sentencia. Sea para ti como un espejo que tengas siempre a mano para que te ponga delante la calidad de tu voluntad y, también, que o te reprenda de la obra injusta o te alegre de la justa. Y es así que, cuandoquiera tengas para con tu prójimo aquella disposición de ánimo que deseas tenga él para contigo, sigues el camino de la equidad; mas cuandoquiera fueres para tu prójimo cual no quisieras fuera nadie para contigo, te has salido del camino de la justicia. ¡He ahí todo lo arduo de la divina ley y todo lo difícil! ¡He ahí por qué protestamos contra el Señor por sus duros mandatos y afirmamos sentirnos oprimidos por la dificultad y hasta la imposibilidad de lo que se nos manda! No nos basta no hacer lo que se nos manda, sino proclamamos ser injusto el que nos lo manda. ¡Nos quejamos de que el autor mismo de la equidad haya dado preceptos no sólo duros y arduos, sino también imposibles: *¡Todo*—dice—*cuanto queréis que los hombres hagan con vosotros, hacédselo también vosotros a ellos!* (Mt 7,12). Quiere el Señor que, por los mutuos beneficios, se junte y trabe entre nosotros la caridad. Quiere que todos los hombres, por recíproco amor, se unan entre sí, de modo que, haciendo cada uno a otro lo que quiere y desea que el otro le haga a él, toda la justicia y este mandato del Señor redunde en común provecho de los hombres. Y—¡oh maravillosa clemencia de Dios, oh inefable benignidad suya!—prométenos premio si nos amamos

hac breui sententia comprehendit et latentem hominum conscientiam secreto animi iudicio aut absoluit aut damnat.

15. Ad omnem igitur actum, ad omne uerbum, ad omnem etiam cogitatum haec sententia retractetur, quae tibi quasi speculum quoddam paratum et ad manum semper positum qualitatem tuae uoluntatis ostendat atque etiam uel de iniusto opere coarguat uel de iusto laetificet. Quotienscumque enim talem in alterum habueris animum, qualem in te ab altero seruari cupis, aequitatis uiam tenes; quotiens uero talis erga alterum fueris, qualem in te uis neminem, iter iustitiae reliquisti. En totum illud arduum diuinae legis totumque difficile, en ob quam dura imperia Domino reclamamus et dicimus nos uel difficultate uel impossibilitate mandatorum premi. Nec sufficit, quod iussa non facimus, nisi etiam iubentem iniustum pronuntiemus, dum ipsum aequitatis auctorem non modo dura et ardua, sed impossibilia etiam praecepisse conquerimur. *Omnia*, inquit, *quaecumque uultis ut faciant uobis homines, haec et uos facite illis.* Coniungi uult inter nos atque conecti per mutua beneficia caritatem omnesque homines uicario inter se amore copulari, ut id unoquoque praestante alteri, quod sibi ab omnibus praestari uelit, tota iustitia et praeceptum hoc Dei communis sit utilitas hominum. Et—o miram Dei clementiam, o ineffabilem Dei benignitatem!—praemium nobis pollice-

unos a otros; es decir, si mutuamente nos prestamos aquellos servicios de que mutuamente necesitamos. ¡Y nosotros, con corazón a par soberbio e ingrato, resistimos a la voluntad de Aquel cuyo mandato mismo es un beneficio!

16. A nadie detraigas jamás en absoluto, ni quieras, a costa del vituperio de los demás, aparecer tú laudable. Aprende antes bien a adornar tu propia vida que no a afear la de los otros. Y acuérdate siempre de la Escritura, que dice: *No ames la detracción, porque no seas desarraigado* (Prov 20,13). Muy pocos hay que renuncien a este vicio, y por milagro hallarás quien quiera presentar tan intachable su propia vida, que no tache él de buena gana la de los demás. Y es tal el gusto que sienten las almas de los hombres por este mal, que aun los que se han apartado de los otros vicios caen en éste, como en el lazo último del diablo. Tú, empero, huye de tal modo este mal, que no sólo no detraigas de nadie tú misma, pero que ni creas jamás a ningún detractor, ni, con tu asentimiento, autorices a nadie que denigre a su prójimo. Con tu anuencia darías pábulo a su vicio. *No te avengas,* dice la Escritura, *con los que denigran a su prójimo y no cargues un pecado sobre él (unde?).* Y en otra parte: *Cerca tus orejas de espinas, y no oigas a la lengua malvada* (Eccli 28,28). De ahí es también que el bienaventurado David, enumerando las varias clases de inocencia y justicia, no se calló sobre esta virtud, y dijo: *Y no recibió oprobio contra sus prójimos* (Ps 14,3). Por lo que él mismo no sólo abomina, sino que persigue a los detractores: *Al que secretamente detrae de su prójimo, a ése perseguía* (Ps 100,5). Es, a la verdad, este vicio el que ante todo hay que exterminar,

tur, si nos mutuo diligamus, id est, si nobis ea praestemus inuicem, quorum uicissim indigemus; et nos superbo simul et ingrato animo eius renitimur uoluntati, cuius etiam imperium beneficium est.

16. Nulli umquam omnino detrahas et aliorum uituperatione te laudabilem uideri uelis, magisque tuam uitam ornare disce quam alienam carpere. Ac semper scripturae memor esto dicentis: *Noli diligere detrahere, ne eradiceris.* Pauci admodum sunt, qui huic uitio renuntient, rarumque inuenias, qui ita inreprehensibilem suam uitam exhibere uelit, ut is non libenter reprehendat alienam. Tantaque huius mali libido mentes hominum inuasit, ut etiam, qui procul ab aliis uitiis recesserunt, in istud tamen quasi in extremum laqueum diaboli incidant. Tu uero ita hoc malum effuge, ut non modo ipsa non detrahas, sed ne alii quidem detrahenti aliquando credas nec obtrectatori auctoritatem de consensu tuo tribuas eiusque uitium nutrias annuendo. *Noli,* inquit scriptura, *consentaneus esse cum derogantibus aduersum proximum tuum et non accipias super illum peccatum,* et alibi: *Sepi aures tuas spinis et noli audire linguam nequam.* Vnde et beatus Dauid diuersas innocentiae species iustitiaeque dinumerans de hac quoque uirtute non tacuit dicendo: *Et obprobrium non accepit aduersus proximos suos,* propter quod ipse non solum aduersatur, sed etiam persequitur detrahentem. Ait enim: *Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar.* Est sane hoc uitium, quod uel

y cuantos quieran ordenar santamente su vida, han de excluirlo de todo punto de su conversación. Y es así que nada inquieta tanto al alma, nada hace tan movible y ligero al espíritu como creérselo todo fácilmente y dar temerariamente asenso a las palabras de los murmuradores. De aquí proceden frecuentes disensiones, de aquí nacen odios injustos. Esto es lo que, a menudo, de amigos íntimos hace enemigos. La lengua del maldiciente disocia almas concordes, pero crédulas. Por lo contrario, gran tranquilidad de alma, gran gravedad de carácter trae consigo no dar temerariamente oídos a nada siniestro o desfavorable que se diga de otro. Bienaventurado el que de tal modo se ha armado contra este vicio, que nadie se atreva a detraer de nadie en su presencia. Y si tuviéramos esta diligencia de no creer de buenas a primeras a los murmuradores, todos temerían ya detraer para no envilecerse con la detracción. Pero este vicio es precisamente tan frecuente y hay tantos que fervorosamente lo practican, porque casi todo el mundo se complace en escuchar al que murmura.

17. Huye también, como pestes del alma, las lisonjas de los aduladores y las dañosas caricias de la falacia. Nada hay que tan fácilmente corrompa los espíritus de los hombres, nada que con tan dulce y blanda herida hiera al alma. De ahí que el sabio diga: *Las palabras de los aduladores son blandas, pero hieren lo interior del vientre* (Prov 26,22). Y el Señor dice por el profeta: *Pueblo mío, los que te llaman dichoso te seducen y perturban las sendas de vuestros pies* (Is 3,12). En muchos, sobre todo en este tiempo, domina este vicio y, lo que es más grave, se tiene por humildad y benevolencia. Así se explica que quien no sabe adular es tenido

in primis extingui debeat et ab his, qui se sancte instituere uolunt, prorsus excludi. Nihil enim tam inquietat animam, nihil est, quod ita mobilem mentem ac leuem faciat quam facile totum credere et obtrectatorum uerba temerario assensu mentis sequi. Hinc enim crebrae dissensiones, hinc odia iniusta nascuntur. Hoc est, quod saepe de amicissimis etiam inimicos facit, dum concordes quidem sed credulas animas maliloqui lingua dissociat. At contra magna quies animi magnaque est morum grauitas non temere de quoquam sinistrum aliquid audire. Beatusque est, qui ita se contra hoc uitium armauit, ut apud eum detrahere nemo audeat. Quodsi esset in nobis haec diligentia, ne passim obtrectatoribus crederemus, iam omnes detrahere timerent, ne non tam alios quam se ipsos uiles detrahendo facerent. Sed ideo hoc malum celebre est, idcirco in multis feruet hoc uitium, quia paene ab omnibus libenter auditur.

17. Adulatorum quoque assentationes et noxia blandimenta fallaciae uelut quasdam pestes animae fuge. Nihil est, quod tam facile corrumpat mentes hominum, nihil, quod tam dulci et molli uulnere animum feriat. Vnde et sapiens: *Verba,* inquit, *adulatorum mollia, feriunt autem interiora uentris.* Et Dominus loquitur per prophetam: *Populus meus, qui beatificant uos, seducunt uos et semitas pedum uestrorum conturbant.* In multis isto maxime tempore regnat hoc uitium, quodque grauissimum est, humilitatis

o por envidioso o por soberbio. Y, a la verdad, grande y muy sutil artificio es alabar a otro para recomendarse a sí mismo y, engañando, atar a sí el ánimo del pobre engañado. Y no digamos la hazaña máxima de este vicio: vender fingidas alabanzas a precio fijo. Pero ¿qué ligereza de ánimo es ésa, qué tan grande vanidad, que abandone uno su propia conciencia y siga la opinión ajena, y, por cierto, fingida y simulada; dejarse llevar del viento de la falsa alabanza, gozarse del propio engatusamiento y tomar la ilusión por un beneficio? Tú, pues, si deseas ser verdaderamente digna de ser alabada, no busques la alabanza de los hombres, y prepara tu conciencia para Aquel que *iluminará lo escondido de las tinieblas y descubrirá los designios de los corazones, y entonces cada uno recibirá alabanza de Dios* (1 Cor 4,5).

18. Esté, pues, tu espíritu alerta, y vigilante, y armado siempre contra los pecados. Tu decir sea siempre moderado y parco, y que indique más bien necesidad que ganas de hablar. Sea la vergüenza ornato de la inteligencia y, lo que siempre fue principal en las mujeres, el pudor se lleve la palma de todas las virtudes. Piensa muy despacio lo que hayas de hablar y, callada aún, está sobre aviso no digas algo de que hayas de arrepentirte. Pese tus palabras la reflexión, y la balanza del alma pese el deber de la lengua. Por eso dice la Escritura: *Funde tu oro y tu plata, y haz una balanza para tus palabras y frenos rectos para tu boca, y ten cuidado no resbales en tu lengua* (Eccli 28,29s). Nunca salga de tu boca una maldición, ya que, para colmo de bondad, se te manda bendecir a los que te maldijeren: *Misericordiosos,* dice, *y*

ac beniuolentiae loco ducitur. Eo fit, ut iam, qui adulari nescit, aut inuidus aut superbus putetur. Et sane grande et persubtile artificium laudare alterum in commendatione sui et decipiendo animum sibi obligare decepti, quodque hoc maxime uitio agi solet, fictas laudes certo pretio uendere. Quae autem haec tanta est leuitas animi, quae tanta uanitas relicta propria conscientia alienam opinionem sequi et quidem fictam atque simulatam, rapi uento falsae laudationis, gaudere ad circumuentionem suam et illusionem pro beneficio accipere? Tu ergo, si uere laudabilis esse cupis, laudem hominum ne requiras illique tuam praepara conscientiam, qui et *illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium, et tunc laus erit tibi a Deo.*

18. Sit igitur animus intentus ac uigilans et aduersus peccata semper armatus, sermo in omnibus moderatus ac parcus et qui necessitatem magis loquendi indicet quam uoluntatem. Ornet prudentiam uerecundia, quodque praecipuum in feminis semper fuit, cunctas in te uirtutes pudor superet. Diu ante considera, quid loquendum sit, et adhuc tacens prouide, ne quid dixisse paeniteat. Verba tua ponderet cogitatio et linguae officium animi libra dispenset. Vnde scriptura dicit: *Argentum et aurum tuum confla et uerbis tuis facito stateram et frenos ori tuo rectos et attende ne forte labaris lingua.* Numquam maledictio ex ore tuo procedat, quae ad cumulum benignitatis iuberis etiam maledicentibus benedicere: *Mi-*

humildes, no devolviendo mal por mal, ni maldición por maldición, sino, por lo contrario, bendecid al que maldice (1 Petr 3,8s).

19. En cuanto a mentir y jurar, sean cosas que de todo en todo ignore tu lengua. Tan grande ha de ser en ti el amor a la verdad, que palabra que digas la tengas por juramento. Sobre ello dice el Salvador a sus discípulos: *Yo, empero, os digo que no juréis en absoluto* (Mt 5,34); y poco después: *Sea vuestro hablar: sí, sí; no, no; lo que de aquí pasa, procede del maligno* (Mt 5, 37). Así, pues, en toda acción, en toda palabra, manténgase el alma tranquila y plácida, y el pensamiento esté siempre en la presencia de Dios. Sea el corazón humilde y manso, y no se exalte más que contra los vicios. Nunca lo engría la soberbia, o lo doblegue la avaricia, o lo arrebate la ira. Nada más quieto, nada más puro, nada, en fin, más hermoso debe haber que el alma que se prepara para ser morada de Dios, a quien no placen los templos refulgentes de oro ni los altares adornados de perlas, sino el alma engalanada de virtudes. Por eso los corazones de los santos son llamados templos de Dios, como lo asegura el Apóstol, que dice: *Si alguien violare el templo de Dios, Dios lo aniquilará. Porque santo es el templo de Dios, que sois vosotros* (1 Cor 3,17).

20. Nada tengas por más excelente, nada por más amable que la humildad. Ella es, en efecto, la que principalmente conserva las virtudes, una especie de guardiana de todas ellas. Nada hay que así nos haga gratos a los hombres y a Dios como ser grandes por el merecimiento de nuestra vida y hacernos mínimos por la humildad. Por eso dice la Escritura: *Cuanto más grande seas, humíllate más, y hallarás gracia delante de Dios* (Eccli 3,20).

sericordes, inquit, *humiles, non reddentes malum pro malo neque maledictum pro maledicto sed e contrario benedicentes.*

19. Mentiri uero atque iurare lingua tua prorsus ignoret tantusque in te sit ueri amor, ut, quicquid dixeris, iuratum putes. De quo saluator ad discipulos ait: *Ego autem dico uobis non iurare omnino* et paulo post: *Sit autem sermo uester: Est est, non non; quod autem his abundantius est, a malo est.* In omni igitur actu omnique uerbo quieta mens et placida seruetur semperque cogitationi tuae Dei praesentia occurrat. sit humilis animus ac mitis et aduersus sola uitia erectus; numquam illum aut superbia extollat aut auaritia inflectat aut ira praecipitet. Nihil enim quietius, nihil purius, nihil denique pulchrius ea mente esse debet, quae in Dei habitaculum praeparanda est, quem non auro templa fulgentia, non gemmis altaria distincta delectant, sed anima ornata uirtutibus. Ideo et templum Dei sanctorum corda dicuntur, affirmante apostolo qui ait: *Si quis templum Dei uiolauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis uos.*

20. Nihil habeas humilitate praestantius nihilque amabilius; haec est enim praecipua conseruatrix et quasi custos quaedam uirtutum omnium. Nihil est, quod nos ita et hominibus gratos et Deo faciat, quam si uitae merito magni, humilitate infimi simus. Propter quod scriptura

Y por el profeta dice Dios: *¿Sobre quién reposará mi mirada, sino sobre el humilde y quieto, y que teme mis palabras?* (Is 66,2). Pero tú sigue no la humildad que se ostenta y simula por el gesto del cuerpo o las palabras quebradas, sino la que es expresión del corazón. Una cosa es tener la virtud y otra la apariencia de la virtud. Mucho va de la sombra a la verdad de las cosas. No hay más fea soberbia que la que se agazapa bajo ciertos signos de humildad. Y es así que, por no sé qué traza, son más feos los vicios que se ocultan tras la careta de la virtud.

21. No te antepongas jamás a nadie por la nobleza de tu linaje ni tengas por inferiores a ti las de más oscura prosapia o nacidas en lugar más humilde. Nuestra religión no sabe de personas y condiciones de los hombres. Mira a las almas y declara a uno siervo o noble según sus costumbres. La sola libertad que existe ante Dios es no ser esclavo del pecado; la suma nobleza ante El, ser uno ilustre por sus virtudes. ¿Quién más noble ante Dios, entre varones, que Pedro? ¿Quién, entre mujeres, más ilustre que la bienaventurada María, que se nos describe como la esposa del carpintero? Y, sin embargo, al pobre pescador le encomienda Cristo las llaves del reino de los cielos, y la esposa del carpintero mereció ser madre de Aquel por quien fueron dadas a Pedro las llaves. Y es así que Dios escogió lo bajo y despreciable de este mundo para llevar más fácilmente a la humildad a los poderosos y nobles. Por lo demás, en balde se jacta nadie de la nobleza de su alcurnia cuando todos tenemos ante Dios el mismo honor y precio, pues todos fuimos comprados por la misma

dicit: *Quanto magnus es, tanto te humilia, et coram Deo inuenies gratiam;* et Deus loquitur per prophetam: *Super quem alium requiescam nisi super humilem et quietum et trementem uerba mea?* Verum tu eam humilitatem sequere, non quae ostenditur atque simulatur gestu corporis aut fracta uoce uerborum, sed quae puro affectu cordis exprimitur. Aliud est enim uirtutem habere, aliud uirtutis similitudinem; aliud est rerum umbram sequi, aliud ueritatem. Multo illa deformior est superbia, quae sub quibusdam humilitatis signis latet. Nescio quo enim modo turpiora sunt uitia, cum uirtutum specie celantur.

21. Nulli te umquam de generis nobilitate praeponas nec obscuriores quasque et humiliore loco natas te inferiores putes. Nescit religio nostra personas nec condiciones hominum sed animos inspicit, seruum et nobilem de moribus pronuntiat. Sola apud Deum libertas est non seruire peccatis, summa apud eum nobilitas clarum esse uirtutibus. Quid apud Deum in uiris nobilius Petro? quid in feminis beata Maria illustrius, quae fabri sponsa describitur? Sed illi piscatori et pauperi caelestis regni a Christo creduntur claues, haec sponsa fabri illius meruit esse mater, a quo ipsae claues datae sunt. Elegit enim Deus ignobilia et contemptibilia huius mundi, ut potentes ac nobiles ad humilitatem facilius adduceret. Nam et alias frustra sibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cum uniuersi paris honoris et eiusdem apud Deum pretii

sangre de Cristo. Nada importa en qué condición haya uno nacido, cuando todos renacemos de la misma manera en Cristo. Cierto que nos olvidamos haber sido todos engendrados de uno solo; pues, por lo menos, acordémonos que fuimos todos por uno solo reengendrados.

22. Ten cuidado no te tengas ya por santa apenas empieces a ayunar y guardar abstinencia. La virtud del ayuno es ayuda, no perfección de la santidad. Más bien has de estar alerta para que el desprecio de lo lícito no te acarree cierta seguridad en lo ilícito. Lo que se ofrece a Dios más allá de lo debido en justicia no ha de ser obstáculo, sino ayuda para la justicia. Ahora bien, ¿de qué aprovecha adelgazar el cuerpo por la abstinencia, si el espíritu se hincha por la soberbia? ¿Qué loa merecemos por la palidez del ayuno, si andamos lívidos de envidia? ¿Qué tiene de virtud no beber vino, y luego embriagarse de ira y odio? La abstinencia es gloriosa; la mortificación del cuerpo, hermosa y magnífica cuando también el alma está ayuna de vicios. Más aún: los que recta y sabiamente practican la virtud de la abstinencia afligen su carne con el fin de quebrantar la soberbia del alma; y así, como de una cumbre del desprecio de sí y de la arrogancia, descienden al cumplimiento de la voluntad de Dios, que se consuma señaladamente en la humildad. De ahí el retraer su alma del deseo de variedad de manjares, para concentrar toda su energía en el apetito de las virtudes. Y, cuando el alma tiene sed de la justicia, la carne siente menos el trabajo de los ayunos y abstinencia. Y es así que cuando Pablo, vaso de elección, castiga su cuerpo y lo reduce a servidumbre por miedo de que, proclamando a otros

sint, qui uno Christi sanguine sunt redempti, nec interest, qua quis condicione natus sit, cum omnes in Christo aequaliter renascamur. Nam etsi obliuiscimur, quia ex uno omnes generati sumus, saltem id semper meminisse debemus, quia per unum omnes regeneramur.

22. Caue, ne, si ieiunare et abstinere coeperis, te putes esse iam sanctam. Haec enim uirtus adiumentum est, non perfectio sanctitatis. Magisque id prouidendum est, ne tibi hoc, quod licita contemnis securitatem quandam illicitorum faciat. Quicquid supra iustitiam offertur Deo, non debet impedire iustitiam sed adiuuare. Quid autem prodest tenuari abstinentia corpus, si animus intumescat superbia? Quam laudem merebimur de pallore ieiunii, si inuidia liuidi simus? Quid uirtutis habet uinum non bibere et ira atque odio inebriari? Tunc, inquam, praeclara est abstinentia, tunc pulchra atque magnifica castigatio corporis, cum est animus ieiunus a uitiis. Immo, qui probabiliter ac scienter abstinentiae uirtutem tenent, eo affligunt carnem suam, quo animae frangant superbiam, ut quasi de quodam fastigio contemptus sui atque arrogantiae descendant ad implendam Dei uoluntatem, quae maxime in humilitate perficitur. Idcirco a uariis ciborum desideriis mentem retrahunt, ut totam eius uim occupent in cupiditate uirtutum. Iamque minus ieiuniorum et abstinentiae laborem caro sentit anima esuriente iustitiam. Nam et uas

campeones, sea él mismo reprobado (1 Cor 9,27), no lo hace solamente, como se imaginan algunos ignorantes, por razón de la castidad, ya que la mortificación no es ayuda solamente para la castidad, sino para todas las virtudes. Ni es tampoco grande gloria, o, por lo menos, no es toda la gloria del Apóstol, no fornicar. No. Lo que intenta Pablo es cultivar su espíritu por la mortificación del cuerpo, y que, cuanto menos ganas tenga de placeres, tanto más pueda pensar en las virtudes. El maestro de la perfección no había de mostrar en sí nada imperfecto. El imitador de Cristo nada podía hacer fuera de lo que Cristo manda y quiere, ni enseñar menos con el ejemplo que de palabra. En otro caso, se exponía a ser heraldo de los demás y ser él mismo reprobado, y tener que oír lo que se dijo de los fariseos: *Dicen y no hacen* (Mt 23,3).

23. Pero es a par precepto y ejemplo del Apóstol que cuidemos no sólo de nuestra conciencia, sino también de nuestra fama. Y no es superflua y sin provecho esta enseñanza del maestro de las naciones. Quiere él que aun los extraños a la fe se aprovechen, y que la disciplina de la religión recomiende a la religión misma. Por eso nos manda que brillemos en el mundo *como luminares en medio de una nación torcida y perversa* (Phil 2,15), a fin de que las mentes incrédulas de los que yerran, por la luz de nuestros actos, comprendan las tinieblas de su ignorancia. De ahí es que diga él mismo a los romanos: *Proveer lo bueno no sólo delante de Dios, sino también delante de los hombres* (Rom 12,17). Y en otro lugar: *Y no sirváis de tropiezo ni a judíos, ni a griegos, ni a la Iglesia de Dios, a ejemplo mío, que trato de dar gusto en*

electionis, cum castigat corpus suum et in seruitutem redigit, ne aliis praedicans ipse reprobus inueniatur, non ob solam, ut quidam imperiti putant, hoc efficit castitatem; non enim huic tantummodo sed omnibus omnino uirtutibus abstinentia opitulatur. Neque magna aut tota apostoli gloria est non fornicari, sed hoc agit, ut castigatione corporis erudiatur animus, quantoque nihil ex uoluptatibus concupiscit, tanto magis possit de uirtutibus cogitare, ne perfectionis magister imperfectum in se aliquid ostendat, ne Christi imitator extra praeceptum quicquam ac uoluntatem Christi faciat neue minus exemplo quam uerbo doceat, cumque aliis praedicauerit, ipse reprobetur audiatque cum pharisaeis: *Dicunt enim et non faciunt.*

23. Apostolici uero et praecepti est et exempli, ut curemus non conscientiae tantum sed etiam famae. Non superfluum et a fructu uacuum gentium magister hoc docet; uult enim etiam extraneos ad fidem homines per fidelium opera proficere, ut religionem ipsam religionis disciplina commendet. Et ideo *sicut luminaria* in mundo lucere nos iubet *in medio nationis prauae et peruersae,* ut incredulae mentes errantium ex nostrorum actuum lumine ignorantiae suae tenebras deprehendant. Vnde et ipse ad Romanos ait: *Prouidentes bona non solum coram Deo sed etiam coram hominibus* et alibi: *Sine offensione estote Iudaeis et gen-*

todo a todos, no buscando mi conveniencia, sino la de muchos (1 Cor 10,32s).

Dichoso el que tan santa y gravemente ordena su vida, que no pueda ni fingirse de él siniestro alguno; aquel cuyos grandes merecimientos combaten el maligno placer de los detractores, hasta el punto de que nadie se atreva a inventar lo que sabe que nadie ha de creer. Mas si eso es difícil de conseguir y empresa demasiado ardua, pongamos por lo menos en nuestra vida aquella diligencia que no deje a los espíritus malignos asidero para la detracción. Que no salga de nosotros una chispa de la que pueda levantarse contra nosotros un incendio de maledicencia. En otro caso, en balde nos irritamos contra nuestros censores cuando nosotros les procuramos materia de censura. Ahora si nosotros miramos en todo diligente y solícitamente a la honestidad, y todos nuestros actos se inspiran en el temor de Dios, y ellos, con todo eso, siguen locos, consuélenos nuestra conciencia, que entonces está sobre todo segura cuando no ha dado ni ocasión siquiera para que nadie sienta mal de ella. Y es así que a aquéllos les dirige su guay el profeta, pues dicen a lo bueno malo, y a la luz llaman tinieblas, y a lo dulce dan nombre de amargo (Is 5,23). A nosotros, empero, se nos aplicará la palabra del Salvador: *Bienaventurados de vosotros cuando los hombres hablen mal de vosotros, mintiendo* (Mt 5,11). A nosotros sólo nos toca obrar de manera que nadie pueda hablar mal de nosotros, si no es mintiendo.

24. Lleva de tal manera la solicitud de tu casa, que des también alguna vacación a tu alma. Escoge un lugar oportuno y

tibus et ecclesiae Dei, sicut et ego per omnia omnibus placeo non quaerens, quod mihi utile est, sed quod multis.

Beatus est, qui tam sancte tamque grauiter disposuit uitam suam, ut de eo sinistri aliquid ne fingi quidem possit, dum aduersus obtrectatorum libidinem pugnat meriti magnitudo nec fingere quisquam ausus est, quod a nullo putat esse credendum. Quodsi id assequi difficile atque nimis arduum est, saltem hanc nostrae adhibeamus uitae diligentiam, ne malae mentes occasionem inueniant detrahendi, ne ex nobis scintilla procedat, per quam aduersum nos sinistrae famae flamma confletur. Alioquin frustra irascimur obtrectatoribus nostris, si eis ipsi obtrectandi materias ministramus. Si autem nobis diligenter atque sollicite omnia ad honestatem prouidentibus cunctisque actibus nostris timorem Dei praeferentibus illi nihilo minus insaniunt, consoletur nos conscientia nostra, quae tunc maxime tuta est, tunc optime secura est, cum ne occasionem quidem male de se sentiendi dedit. Illis enim uae dicitur per prophetam, qui dicunt, quod bonum est, malum, qui lucem appellant tenebras et, quod dulce est, amarum uocant. Nobis ergo Saluatoris aptabitur sermo: *Beati estis, cum uobis maledixerint homines mentientes.* Nos modo id agamus, ut male de nobis nemo loqui absque mendacio possit.

24. Ita habeto domus sollicitudinem, ut aliquam tamen uacationem animae tribuas. Eligatur tibi oportunus et aliquantulum a familiae stre-

un tanto apartado del estruendo de la familia. Acógete a él como a un puerto, como quien sale de una gran tormenta de preocupaciones. Calma con la tranquilidad del retiro las olas de los pensamientos que excitan los asuntos de fuera. Pon allí tanto empeño y fervor en la lección divina, sucédanse tan frecuentes tu oraciones, sea tan firme y denso el pensamiento de la vida futura, que fácilmente compenses con esta vacación todas las ocupaciones del tiempo restante. No te digo esto porque intente retraerte de los tuyos; lo que intento más bien es que allí aprendas y allí medites cómo hayas de portarte con los tuyos.

25. Rige y anima de tal forma a tu familia, que más parezcas madre que no señora de los tuyos. Exige de ellos el respeto más bien por la bondad que por la severidad. Siempre es más de fiar y más grato el obsequio u obediencia que se recibe del amor que no el que procede del temor. Pero, sobre todo en el matrimonio venerable y sin mácula, guárdese el orden de la regla apostólica.

26. Guárdese, ante todo, al marido su autoridad y aprenda de ti toda la casa el honor que le debe. Tú demuestra con tu sumisión que él es el señor, demuestra con tu humildad que é es grande, pues tanto serás más honrada cuanto más a él honrares. *Y es así,* dice el Apóstol, *que la cabeza de la mujer es el varón* (1 Cor 11,3; cf. Eph 5,23). Y no hay cosa que más honre al resto del cuerpo que la dignidad de la cabeza. De ahí que el mismo Apóstol diga en otra parte: *Mujeres, estad sumisas a vuestros maridos, como conviene en el Señor* (Col 3,18). Y también el bienaventurado Pedro dice: *E igualmente las mujeres estén sumisas a sus maridos; y así, si hay quienes no crean a la palabra, por la*

pitu remotus locus, in quem tu uelut in portum quasi ex multa tempestate curarum te recipias et excitatos foris cogitationum fluctus secreti tranquillitate componas. Tantum ibi sit diuinae lectionis studium, tam crebrae orationum uices, tam firma et pressa de futuris cogitatio, ut omnes reliqui temporis occupationes facile hac uacatione compenses. Nec hoc ideo dicimus, quo te retrahamus a tuis; immo id agimus, ut ibi discas ibique mediteris, qualem tuis te praebere debeas.

25. Familiam tuam ita rege et confoue, ut te matrem magis tuorum quam dominam uideri uelis, a quibus benignitate potius quam seueritate exige reuerentiam. Fidelius et gratius semper obsequium est, quod ab amore, quam quod a metu accipitur. Praecipue autem in coniugio uenerabili atque immaculato apostolicae regulae ordo teneatur.

26. Seruetur in primis uiro auctoritas sua totaque a te discat domus, quantum illi honoris debeat. Tu dominum illum obsequio tuo, tu magnum illum tua humilitate demonstra tanto ipsa honoratior futura, quanto illum amplius honoraueris. *Caput enim,* ut ait apostolus, *mulieris est uir;* nec aliunde magis reliquum corpus ornatur quam ex capitis dignitate. Vnde idem alibi dicit: *Mulieres, subditae estote uiris, sicut oportet in Domino.* Sed et beatus Petrus ait: *Similiter autem mulieres*

conducta de sus mujeres, sean ganados sin palabra (1 Petr 3,1). Ahora bien, si aun a los maridos gentiles se les debe honor por derecho del conyugio, ¡cuánto más se ha de rendir a los cristianos!

27. Y con qué galas hayan de adornarse aun las mujeres unidas a sus maridos, prosigue el Apóstol: *Y vuestro ornato no sea el exterior con rizado de cabellos, collares de oro o vestidos preciosos, sino el oculto en el corazón, que consiste en la incorrupción de un espíritu tranquilo y modesto.* Esa es la hermosura delante de Dios. Y así también, en otro tiempo, se adornaban las santas mujeres, que esperaban en el Señor, sumisas a sus maridos. Ejemplo: Sara, que obedecía a Abrahán y lo llamaba su señor (1 Petr 3,3ss). Sin embargo, al mandar esto no es la intención del Apóstol echen pringue de sucias ni que se vistan de horribles harapos; lo que prohíbe es la curiosidad inmoderada y demasiado exquisita; lo que recomienda es un ornato y vestir sencillo, del que dice también el vaso de elección: *Asimismo las mujeres con hábito honesto, con reverencia y sobriedad, que no se adornen con rizado de cabellos, ni con oro y piedras preciosas, ni con costosos vestidos, sino, como conviene a mujeres que profesan castidad. con buenas obras* (1 Tim 2,9s).

28. Mas he sabido que, encendida en maravilloso ardor de fe, hace ya algunos años profesaste la continencia y consagraste el resto de tu tiempo a la castidad. Signo es ése de espíritu grande e indicio de consumada virtud: renunciar súbitamente al placer experimentado, huir los sabidos atractivos de la carne y apagar, con el ardor de la fe, las llamas de la edad aún cálida. Pero he

subditae sint uiris, ut et, si qui non credunt uerbo, per mulierum conuersationem sine uerbo lucrifiant. Si ergo etiam gentilibus maritis debetur honor iure coniugii, quanto magis reddendus est Christianis!

27. Atque ut ostendat, quibus ornamentis etiam uiris iunctae feminae decorare se debeant, ait: *Quarum sit non extrinsecus capillatura aut circumdatio auri aut uestimentorum cultus, sed qui absconditus cordis est homo in incorruptibilitate quieti et modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples.* Sic enim aliquando et sanctae mulieres sperantes in Domino ornabant se subiectae propriis uiris, sicut Sara oboediebat Abrahae dominum suum uocans. Haec autem praecipiens non eas iubet squalere sordibus et horrentibus pannorum assumentis tegi, sed immoderato cultui et nimis exquisito interdicit ornatui simplicemque commendat ornatum atque habitum, de quo et uas electionis ait: *Similiter autem et mulieres in habitu ornato cum uerecundia et sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus aut auro aut margaritis uel ueste pretiosa, sed, quod decet mulieres, promittentes castitatem per opera bona.*

28. Repperi uero te miro fidei ardore succensam aliquot iam ante annos continentiam proposuisse et reliquum uitae tuae tempus pudicitiae consecrasse. Magni hoc animi signum et perfectae uirtutis indicium est: Renuntiare subito expertae uoluptati, fugere notas carnis illecebras et calentis adhuc aetatis flammas fidei ardore restinguere. Sed illud quoque simul didici, quod me non mediocriter angit ac stimulat, te uide-

sabido algo que no me inquieta y apena poco, y es que bien tamaño lo empezaste a guardar sin el consentimiento y el acuerdo de tu marido. Es cosa que de todo punto prohíbe la autoridad apostólica, la cual, en este solo caso, somete no sólo la mujer al marido, sino también a éste a la potestad de la mujer. *La mujer,* dice, *no tiene poder sobre su propio cuerpo, sino el marido. Y, por modo semejante, tampoco el marido tiene poder sobre su propio cuerpo, sino la mujer* (1 Cor 7,4). Tú, empero, como si te hubieras olvidado de la alianza nupcial, sin acordarte de este pacto y derecho, sin consultar a tu marido hiciste voto de castidad al Señor. Pero es peligroso prometer lo que está aún en poder de otro, y no sé hasta qué punto sea grato el don cuando uno solo ofrece lo que es de dos. Por pareja ignorancia hemos oído y visto haberse deshecho muchos matrimonios, y, lo que apena recordar, que, con ocasión de castidad, se ha perpetrado el adulterio. Así, mientras una parte se abstiene aun de lo lícito, otra ha resbalado hacia lo ilícito. Y no sé, en parejo caso, quién sea más de acusar y más de culpar, si el que, rechazado por su cónyuge, fornica, o la que, rechazando de su lado a su marido, lo empujó, en cierto modo, a la fornicación. Conviene que conozcas lo que la verdad enseña en este caso, y para ello voy a ponerte unos pocos textos de autoridad divina. La regla de la doctrina apostólica no equipara, como Joviniano, con la continencia las obras nupciales; pero tampoco condena, como Manes, las nupcias. El vaso de elección y maestro de las naciones procede tan moderadamente y guardando el término medio entre uno y otro que, por un lado, permite el remedio de la incontinencia y, por otro, incita al galardón de la

licet tantum hoc bonum absque consensu et pacto uiri seruare coepisse, cum huic apostolica omnino interdicat auctoritas, quae in hac dumtaxat causa non modo uxorem uiro sed etiam uirum uxoris subiecit potestati. *Vxor,* inquit, *sui corporis potestatem non habet, sed uir. Similiter autem et uir potestatem non habet sui corporis, sed mulier.* Tu uero quasi oblita foederis nuptialis pactique huius ac iuris immemor inconsulto uiro uouisti Domino castitatem. Sed periculose promittitur, quod adhuc in alterius potestate est, et nescio, quam sit grata donatio, si unus offerat rem duorum. Multa iam per huiusce modi ignorantiam et audiuimus et uidimus scissa coniugia, quodque recordari piget, occasione castitatis adulterium perpetratum. Nam, dum una pars se etiam a licitis abstinet, altera ad illicita delapsa est. Et nescio, in tali causa quis magis accusari, quis amplius culpari debeat, utrum ille, qui repulsus a coniuge fornicatur, an illa, quae repellendo a se uirum eum fornicationi quodam modo obiecit. Atque, ut super hac causa, quid ueritas habeat agnoscas, pauca mihi de diuina auctoritate ponenda sunt. Apostolicae doctrinae regula nec cum Iouiniano aequat continentiae opera nuptiarum nec cum Manicheo coniugia condemnat. Ita uas electionis ac magister gentium inter utrumque temperatus incedit ac medius, ut et remedium incontinentiae indulgeat et ad praemium prouocet continentiam. Totus

continencia. En síntesis, su pensamiento en este punto es que o la castidad se profese de común acuerdo, o uno a otro se paguen el débito común.

29. Mas pongamos ya las palabras mismas del Apóstol y tratemos todo este pleito desde su principio. Dice Pablo a los corintios: *Respecto a lo que me habéis escrito, bueno es para el hombre no tocar mujer* (1 Cor 7,1). Aquí alaba la castidad; sin embargo, para no dar a nadie la impresión de que prohíbe el matrimonio, añade: *Mas, para evitar la fornicación, tenga cada uno su mujer y cada una tenga su marido. El marido pague el débito a la mujer, y lo mismo la mujer al marido. Ahora bien, la mujer no es dueña de su cuerpo, sino el marido, y el marido no es tampoco dueño de su propio cuerpo, sino la mujer. No os defraudéis uno a otro* (1 Cor 7,2ss). Y una vez más, por que no parezca que, defendiendo las nupcias, excluye la castidad, añade: *A no ser por algún tiempo, de común acuerdo, para vacar a la oración* (1 Cor 7,5). Y a renglón seguido, diríase que tacha la frase «por algún tiempo», para no dar la impresión de que enseña no tanto la castidad perpetua cuanto la temporal y por breve plazo. Dice, en efecto: *Por razón de vuestra incontinencia; y esto lo digo condescendiendo, no imperando* (1 Cor 7,5). Luego la frase «por algún tiempo» enseña que los cónyuges han de meditar su castidad, explorar como quien dice durante ciertos intervalos las fuerzas de su continencia, y así prometan uno y otro sin peligro lo que siempre uno y otro debieran guardar. Qué es lo que de modo absoluto quiere el Apóstol, lo dice luego: *Quiero que todos los hombres*

que in hac causa eius hic sensus est, ut ex utriusque sententia proponatur castitas aut certe ab utroque debitum commune soluatur.

29. Sed ipsa iam apostoli uerba ponamus totamque hanc causam a sui principio retractemus. Loquitur ad Corinthios: *De quibus autem scripsistis mihi, bonum est homini mulierem non tangere.* Et quamquam hic laudauerit castitatem, tamen, ne aliquibus uideatur prohibere coniugia, subiungit: *Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat (et unaquaeque suum uirum habeat). Uxori uir debitum reddat, similiter autem et uxor uiro. Mulier autem sui corporis potestatem non habet, sed uir, et uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem.* Ac rursus, ne tanta pro nuptiarum parte dicendo uideretur excludere castitatem, sequitur: *Nisi forte ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi.* Et statim quasi recusat hoc, quod dixit, ad tempus, ne non tam perpetuam quam temporalem et breuem continentiam docere uideatur. Ait enim: *Propter incontinentiam uestram; hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.* Vnde hoc, quod dixit, ad tempus docet meditationem debere fieri castitatis, ut per certa interualla temporum quasi exploratis continentiae suae uiribus sine periculo uterque promittat, quod semper est ab utroque seruandum. Quid

sean como yo (1 Cor 7,7), es decir, que todos guarden continua y perpetua castidad.

30. Ya ves con qué cautela, con qué previsión, sin dar ocasión alguna de escándalo, asegura el maestro de las naciones su sentir sobre la castidad. No quiere que tamaño bien vacile en la temeridad de uno solo, cuando debe ligarlo y asentarlo bien el asentimiento de ambos. Y, a la verdad, ¿qué más firme y seguro que aquella castidad que, abrazada por sentir de los dos, por uno y otro se guarda en común, y una parte, que no está solícita sólo de sí misma, exhorta a la otra a la perseverancia en la virtud? Porque lo de loar en este bien, como en cualquiera otro, no es tanto haber comenzado cuanto llevarlo a cabo. Como bien te percatas, hace ya rato que mi discurso se ha metido por entre escollos y lugares difíciles y no se atreve a inclinarse a una ni a otra parte. Lo mismo teme un extremo que otro. Mas, por mi dificultad, date tú cuenta de tu peligro, pues prefiero contristarte tal vez diciéndote la verdad que no, con fingida adulación, engañarte. Doble, como ves, es el mal, igual y bifronte es el peligro. De uno y otro lado te ves apretada, de uno y otro constreñida. Dar de mano y despreciar de todo punto al marido es contravenir manifiestamente la sentencia del Apóstol; mas abandonar una castidad de tanto tiempo y no dar a Dios lo que le prometiste, cosa es de temer y de espantarse. Como vulgarmente se dice, si no le cumples lo prometido, fácilmente harás del amigo un enemigo. Así dice, en efecto, la Escritura: *Si hicieres voto al Señor Dios tuyo, no tardes en cumplirlo, pues el Señor Dios tuyo te lo requerirá sin falta y se convertiría para ti en un pecado* (Deut 23,21). Dice,

absolute uelit, manifeste dicit: *Volo autem omnes homines esse sicut me ipsum,* id est in iugi ac perpetua castitate.

30. Videsne, quam caute, quam prouide, quam sine ullius occasione scandali magister firmauerit de castitate sententiam nolens tantum bonum in unius temeritate nutare, quod ligare et confirmare debet consensus amborum? Et re uera quid ea castitate firmius est quidue tutius, quam quae ex duorum coepta sententia ab utroque uel in commune seruatur nec de se tantum pars altera sollicita mutuo se ad uirtutis admonet perseuerantiam? Hoc enim sicut alia quoque bona non tantum coepisse sed perfecisse laudandum est. Iam dudum, ut intellegis, scopuloso difficilique in loco uersatur oratio nec audet in alterutram declinare partem, dum aequaliter utrumque formidat, sed ex nostra difficultate tuum agnosce discrimen; malumus enim contristare te forsitan uera dicendo quam ficta adulatione decipere. Duplex, ut uides, malum, aequale et anceps periculum est: Ex utroque artaris, ex utroque constringeris. Contemnere omnino uirum atque despicere aperte contra apostoli sententiam est; prodere uero tanti temporis castitatem et Deo non reddere, quod promiseras, timendum atque metuendum est. Vt uulgo dicitur, facile ex amico inimicum facies, cui promissa non reddas. Sic enim scriptura dicit: *Quodsi uotum uoueris Domino Deo, ne moreris reddere illud, quia quae-*

pues: Rinde a tu marido el honor debido, a fin de que, de común acuerdo, puedas cumplir lo que, por voto, le debes al Señor. No dudamos de la conciencia de él, si esperas un poco; no porque te quiera retraer a ti del bien de la castidad, sino porque quisiera incitarlo a él, con todas mis fuerzas, al oráculo de la misma castidad: a que ofrezca a Dios un sacrificio voluntario en olor de suavidad, a que arranque su espíritu de todos los tentáculos del mundo y lo desprenda de todos los placeres del cuerpo y podáis así abrazaros más estrechamente con los mandamientos del Señor. No quisiera pienses he dicho nada de todo eso a la ligera; por eso te lo he confirmado con textos de las divinas Escrituras, como dice también el Apóstol: *Y serán dos en una sola carne* (Gen 2,24; 1 Cor 6,16; cf. Eph 5,31). Ya no una sola carne, sino un solo espíritu.

31. Grande es este misterio (Eph 5,32) y arduo es el camino de la castidad; pero grandes son los premios, y el Señor nos llama a ellos cuando dice en el evangelio: *Venid, benditos de mi Padre; poseed el reino que os está preparado desde el origen del mundo* (Mt 25,34). Y el mismo Señor dice: *Venid a mí todos los que trabajáis y andáis cansados, y yo os aliviaré. Tomad sobre vosotros mi yugo y aprended de mí, porque soy manso y humilde de corazón, y encontraréis descanso para vuestras almas. Porque mi yugo es suave, y mi carga, ligera* (Mt 25,34). Dice, en efecto, el Señor a los que estarán a su siniestra: *Apartaos de mí, malditos, al fuego eterno que mi Padre preparó para el diablo y sus ángeles* (Mt 25,41). *No os conozco, obradores de iniquidad. Allí será el llanto y crujir de dientes* (Lc 13,27-28). Sí, llorarán y ge-

rens quaeret illud Dominus Deus tuus abs te et erit tibi in peccatum. Ait ergo: Debitam honorificentiam uiro exhibe, ut ex utroque Domino debitum, quod uouisti, reddere possis. De cuius conscientia non diffidimus, si paululum expectasses: Non quod te a bono castitatis retrahamus, sed huius animum ad castitatis oraculum totis uiribus incitemus, ut uoluntarium sacrificium offerat Deo, in odorem suauitatis, ut exuta mens a cunctis retinaculis mundanis atque corporalibus uoluptatibus sit et ualeatis plenius inhaerere dominicis praeceptis. Quod tamen, ne quid a nobis negligenter esse dictum arbitreris, diuinarum scripturarum testimoniis edocuimus, sicut etiam apostolus dicit: *Et erunt duo in carne una;* iam non una caro, sed unus spiritus.

31. Hoc sacramentum magnum est arduumque est iter castitatis, sed magna sunt praemia uocatque nos Dominus in euangelio dicens: *Venite, benedicti patris mei, possidete praeparatum uobis regnum ab origine mundi.* Idem ipse Dominus dicit: *Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam. Tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris; iugum enim meum suaue est et onus meum leue.* Dicit enim idem Dominus his, qui ad sinistram eius erunt: *Discedite a me, maledicti, in ignem aeternum, quem praeparauit Pater meus diabolo et angelis*

mirán todos aquellos que de tal manera se envuelven en los cuidados de la vida presente, que se olvidan de la por venir. El advenimiento del Señor los sorprenderá hundidos en el sueño de la ignorancia y cubiertos por las alas de una falsa seguridad. Por eso nos dice El mismo en el evangelio: *Estad sobre vosotros mismos, no sea que se apesanten vuestros corazones en la crápula y embriaguez y con los cuidados de la presente vida y caiga súbitamente sobre vosotros aquel día. Porque sobrevendrá como un lazo sobre todos los que se asientan sobre la faz de la tierra* (Lc 21, 34-35). Y otra vez: *Vigilad y orad, porque no sabéis cuándo será el tiempo* (Mc 13,33).

32. Bienaventurados los que de tal manera aguardan aquel día, de tal manera lo atalayan, que cada día se preparan para él; los que, no lisonjeándose a sí mismos por su pasada justicia, se renuevan, según el Apóstol (cf. 2 Cor 4,16), cada día en la virtud. Y es así que, el día mismo que uno deja de ser justo, la justicia no le vale para nada, como, por lo contrario, desde el día que el inicuo se convierte, para nada le dañará su iniquidad (cf. Ez 18, 26-28). Luego ni el santo ha de sentirse seguro mientras está aún en el combate de la presente vida, ni debe desesperar el pecador que, según la antedicha sentencia del profeta, puede hacerse justo en un solo día. Es menester que durante el tiempo todo de tu vida, cuanto ésta se extiende, puedas practicar la justicia; y no confíes, para aflojar en el fervor, en la pasada justicia; imita más bien al Apóstol, que dice: *Olvidándome de lo de atrás, me abalanzo a lo que tengo delante hasta llegar a la meta, que se me destina, de mi superior llamamiento* (Phil 3,13s), sabiendo, como

eius. Nescio uos, operarii iniquitatis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Illi utique omnes plangent illique lugebunt, qui ita se curis uitae praesentis inuoluunt, ut obliuiscantur futuram, quos somno quodam ignorantiae et malae securitatis oppressos fluctibus Domini comprehendet aduentus. Vnde ipse in euangelio ait: *Attendite uobis, ne forte grauentur corda uestra in crapula et ebrietate et curis huius uitae, ne forte superueniat in uos repentina dies illa; tamquam laqueus enim superueniet in omnes, qui sedent super faciem omnis terrae,* et rursum: *Vigilate et orate; nescitis enim, quando tempus sit.*

32. Beati sunt, qui ita expectant, ita illum speculantur diem, ut se ad eum cotidie praeparent, qui non de praeterita sibi iustitia blandientes secundum apostolum per dies singulos in uirtute renouantur. Iustitia enim non proderit ei, a qua die iustus esse desierit, sicut etiam iniquo non nocebit iniquitas sua a die, quo se ab iniquitate conuerterit. Nec sanctus ergo securus esse debet, quamdiu in huius uitae agone uersatur, nec desperare peccator, qui secundum praedictam prophetae sententiam una die iustum se efficere potest. Sed totum, quo tenditur, spatium uitae tuae ut peragere possis iustitiam, nec de praeterita iustitia confidens remissior efficiaris, sed, sicut dicit apostolus: *Posteriora obliuiscens, ad ea autem, quae anteriora sunt, me extendens ad destinatum persequar*

sabía, estar escrito que Dios es inspector del corazón (Prov 24,12). Y por eso se esfuerza por tener un alma limpia de pecado. Por lo cual se escribe: *Guarda tu corazón con toda vigilancia* (Prov 4,23). Y otra vez: *Ama el Señor los corazones limpios, y le son aceptos todos los sin mácula* (Prov 22,11). Procura, pues, ordenar el resto de tu vida sin tropiezo, a fin de que puedas cantar seguramente con el profeta: *Caminaba en la inocencia de mi corazón, en medio de mi casa* (Ps 100,2). Y otra vez: *Entraré al altar de Dios, que alegra mi juventud* (Ps 42,4). Porque no basta haber empezado. La justicia está en acabar.

149 DISPUTATIO DE SOLEMNITATIBUS PASCHAE

Tomada del códice Vaticanus lat. 642 s.XI-XII, Vallarsi fue el primero que editó este breve tratado entre las cartas de San Jerónimo. Como no es carta ni es de San Jerónimo—como el propio Vallarsi reconoce—, la omitimos aquí. Su interés es muy escaso. Puede verse en Migne.

150

Omitida por Hilberg, por no estar dirigida a Jerónimo Estridonense, sino a otro Jerónimo egipcio. Se conserva, sin embargo, la numeración de la edición de Vallarsi. El texto latino de la carta de Procopio, escrita originalmente en griego, puede verse en el citado Vallarsi (MIGNE).

151 A RIPARIO

A Ripario, señor verdaderamente santo y hermano digno de todo respeto, Jerónimo.

1. Por relación de los muchos que acá vienen, sé que has

brauium supernae uocationis, sciens scriptum esse cordis inspectorem Deum. Et idcirco satagit, ut animam mundam habeat a peccato. Propter quod scriptum est: *Omni custodia serua cor tuum* et iterum: *Diligit Dominus munda corda, accepti autem sunt ei omnes immaculati.* Idcirco age, ut ordines reliquum tempus uitae tuae sine offensa, ut possis secure canere cum propheta: *Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meae,* et iterum: *Introibo ad altare Dei, ad Deum, qui laetificat iuuentutem meam,* quia non inchoasse sufficit, sed perfecisse iustitia est.

150

Epistulae Procopii Gazaei ad Hieronymum, non Stridonensem, sed alium quendam Aegyptium saeculo posteriorem, Graece scriptae uersionem Latinam cur in hanc editionem non receperim, non est quod exponam. Nihilo minus numerum editionis Vallarsianae non deleui.

151 AD RIPARIVM

Domno uere sancto et suscipiendo fratri Ripario Hieronymus.

1. Fortiter te contra hereticos dimicasse et Domini uicisse certa-

luchado denodadamente contra los herejes y que has vencido en los combates del Señor. Y es así que con sus embustes y perjurios manchan no sólo las Galias e Italia, sino la misma populosísima ciudad de Palestina, como quienes tienen por patrono y cómplice de su maestro a aquel que el Señor Jesús mató con el aliento de su boca (2 Thess 2,8), dejándonos un ejemplo de cuán peligroso sea resistir a la fe católica y querer transtornar los fundamentos de la Iglesia.

2. No logro saber dónde haya en lo por venir de estar tu santidad y si todavía te encuentras en la Urbe, a fin de que por lo menos una rara carta al año que nos escribamos, no se pierda. Y bien es que con mutuas cartas fomentemos nuestra empezada amistad en Cristo. En cuanto a mí, la repentina dormición de la santa y venerable virgen de Cristo Eustoquia me ha contristado sobremanera y casi ha venido a cambiar el estado de nuestra vida. Y, por añadidura, muchas cosas que queremos no las podemos, y la flaqueza de la senectud vence el ardor del espíritu.

3. Los santos hermanos que están conmigo se te encomiendan mucho. Recomiendo a tu dignación a mi santo hijo el diácono Teón, y te ruego me escribas familiarmente acerca de tu vida y situación o dónde te decides a vivir. La clemencia de Cristo, Dios nuestro, te guarde sano y salvo y te acuerdes de mí, señor verdaderamente santo y hermano digno de toda mi consideración.

mina multorum aduenientium relatione cognoui. Non solum enim Gallias et Italiam, sed et Palaestinae urbem celeberrimam suis fraudibus periuriisque maculant habente patronum et consortem magistri tui, quem Dominus Iesus interfecit spiritu oris sui et omnibus reliquit exemplum, quam periculosum sit catholicae fidei resistere et ecclesiae cupere fundamenta subuertere.

2. Tua autem sanctitas ubinam sit futura uel utrum adhuc in urbe uersetur, scire non possum ut saltim rara scriptio per annos singulos non pereat, sed coeptas in Christo amicitias mutuis epistulis frequentemus: nos sanctae (ac) uenerabilis uirginis Christi Eustochiae repentina dormitio admodum contristauit et paene conuersationis nostrae mutauit statum, dum quoque, quae uolumus, multa non possumus et mentis ardorem superat inbecillitas senectutis.

3. Sancti fratres, qui mecum sunt, plurimum te salutant. Sanctum filium meum Theonem diaconem commendo dignationi tuae et quaeso, ut mihi super omni conuersatione et statu tuo uel ubi disponas uiuere, familiaria scripta transmittas. Incolumem (te) et memorem mei Christi, Dei nostri, tueatur clementia, domne uere sancte et suscipiende frater.

152 A Ripario

A Ripario, señor verdaderamente santo y hermano digno de toda mi consideración y muy recordado, Jerónimo.

Mucho gozo me ha procurado la venida del santo y venerable presbítero Inocencio, pues me ha entregado tu carta y me ha contado también, de palabra, el fervor de tu ardiente fe. En cuanto al furor de Juliano y compañía, las tonterías de Pelagio y la garrulería de Celestio, no te preocupes demasiado: el uno blasfema por cuenta propia, el otro habla con palabras mendigadas. Tampoco me inquietan sus escritos, pues sé que, si la voluntad de blasfemar es pésima, no tienen talento ni elocuencia y les falta, sobre todo, conocimiento de las Escrituras santas, que son fundamento de la fe, derecho del fuero eclesiástico y autoridad de los mayores. Sin embargo, si escribieren y algo cayere en mis manos, para no hablar soberbiamente, sino para asemejarme a su insania, todos los volúmenes por ellos elucubrados pienso han de ser refutados con su misma verbosidad y acaso en una sola trasnochada y un solo dictado. En cuanto a tu exhortación a que escriba, quieres echar una carga pesada sobre un asnillo ya viejo. Y es así que me han de todo punto abandonado la agudeza del ingenio y las fuerzas del cuerpo. Estas las he ido perdiendo por el continuo enflaquecer de las enfermedades. La clemencia de Cristo, Dios nuestro, te guarde sano y salvo y te acuerdes de mí, señor verdaderamente santo y hermano muy recordado.

152 Ad Riparivm

Domno uere sancto et multum suscipiendo et desiderando fratri Ripario Hieronymus.

Multum mihi gaudii praestitit sancti et uenerabilis Innocenti presbyteri aduentus, quod et tuas mihi litteras tradidit et te fidei calore feruentem etiam suis sermonibus indicauit. De furore autem Iuliani et sociorum eius Pelagiique naeniis et garrulitate Celestii magnopere non cures, quorum alter propria uerbositate blasphemat, alius emendicatis uerbis loquitur, nec eorum scriptis, quae ignoro, moueor, cum sciam uoluntatem quidem blasphemiae pessimam, sed uires prudentiae et eloquentiae non habere praecipueque sanctarum scripturarum notitiam, quae sunt fidei firmamentum et ius ecclesiastici fori auctoritasque maiorum. Tamen, si scripserint et in meas aliquid peruenerit manus, ut non superbe loquar, sed sim par insaniae eorum, omnia elucubrata uolumina eadem uerbositate et una forsitan lucubratiuncula et dictatione confutanda reor. Quod autem ad scribendum cohortaris, graue asello uetulo imponis onus. Nos enim et acumen ingenii et uires corporis penitus deseruerunt, quas adsidua morborum debilitate perdidimus. Incolumem te et mei memorem Christi, Dei nostri, tueatur clementia, domne uere sancte et multum desiderande frater.

153 A Bonifacio

A Bonifacio, beatísimo papa, Jerónimo

Cuánto haya sido mi gozo al saber tu ordenación de sumo pontífice—noticia que, juntamente con la carta de tu beatitud, me ha traído el santo presbítero Inocencio—, cosa es de que no puede dudar tu reverencia, pues nos une viejo cariño y antes comenzamos a amarnos que a conocernos. El hombre exterior está tan unido dentro de sí, que no se da cuenta de los descalabros del hombre exterior. La noticia de tu elevación ha sido lo único que ha mitigado nuestro dolor por la dormición de la santa y venerable virgen de Cristo Eustoquia, si bien, aun en esto mismo, no es menor la pena de que se haya visto ella privada de tamaña alegría. ¡Qué alegría, en efecto, no se hubiera apoderado de ella de haber merecido oír en vida esa noticia; qué preces, qué acciones de gracias no hubiera dirigido a Cristo de haber sabido que su santo y venerable padre era sucesor de la sede apostólica! La niña Paula, que se crió en tus manos, como una prenda de Leta, de santa y venerable memoria, está ahora impuesta sobre nuestro cuello. ¿Tendremos fuerzas para llevar esta carga? El Señor lo sabe, a quien no se oculta lo futuro. En nosotros nada hay, fuera de la santa voluntad, que no se mide por el resultado de las cosas, sino por el deseo del ánimo. Suplico a tu reverencia que nos escribas siempre como a los tuyos, y sabe que, por nuestra parte, nos alegramos del adelantamiento y honor de tu reverencia como de cosa propia. Por lo demás, el santo y venerable presbítero Inocencio

153 Ad Bonifativm

Beatissimo papae Bonifatio Hieronymus.

Quantum gaudii super ordinatione pontificatus tui sancto Innocentio presbytero et nuntium et litteras tuae beatitudinis perferente susceperim, ambigere non potest tua reuerentia, cum olim mutuo iungamur affectu et ante coeperimus nos amare quam nosse interiorque homo ita sibi coniunctus sit, ut exterioris hominis damna non sentiat. Haec sola res dolorem nostrum super dormitione sanctae ac uenerabilis uirginis Christi Eustochiae mitigauit, nisi quod et in hoc tristitia non minor sit, quod tanto nobiscum priuata sit gaudio. Quo enim illa, si hoc in corpore constituta audire meruisset, gestisset gaudio, quibus precibus et gratiarum actione Christi clementiam flagitasset, quod sanctum ac uenerabilem parentem suum apostolicae cathedrae successorem esse didicisset! Infans Paula, quae in tuis nutrita est manibus, quasi pignus sanctae ac uenerabilis memoriae Laetae nostris est inposita ceruicibus; quod onus utrum ferre ualeamus, Domini est scire, quem futura non fallunt, in nobisque nihil opis est praeter sanctam uoluntatem, quae non rerum effectu sed desiderio animi conprobatur. Obsecro reuerentiam tuam, ut quasi ad tuos semper adscribas et nos proprie super profectu et honore reuerentiae <tuae> gaudere cognoscas. Certe sanctus ac uenerabilis In-

podrá informar a tu beatitud cuán grande gozo hayamos experimentado aun en medio de nuestra pena, y de qué modo, a ser posible, desearíamos abrazarte estrechamente.

Posdata

Lo que escribo a tu beatitud lo escribo de mi propia mano. Que los herejes se den cuenta que eres enemigo de la perfidia y que te aborrezcan, para que seas más amado de los católicos. Sé ejecutor y cumplimentador de la sentencia de tus predecesores y no consientas, en la dignidad episcopal, protectores y cómplices de los herejes.

154 A DONATO

A Donato, señor santo y digno de toda consideración, Jerónimo.

1. Escrito está: *Muchos son los azotes del pecador* (Ps 31,10). También nosotros confesamos haberlos sufrido y estarlos aún sufriendo, si bien para provecho de nuestra salud venidera. Mas que los pechos de los herejes no admiten purificación posible, testigo soy yo, que tengo como dogma no creer jamás en su arrepentimiento, pues simulan caridad para matar así por fingida amistad a quienes no pudieron asesinar por enemistad. Sus pechos están llenos de ponzoñas y, como muy bien has dicho tú mismo, ni el etíope puede cambiar su piel ni el leopardo sus manchas (Ier 13,23). Sin embargo, creemos en la misericordia de Cristo,

nocentius presbyter beatitudini tuae poterit indicare, quantum in ipso maerore gaudii ceperimus et quomodo, si fieri posset, tuis cuperemus haerere conplexibus.

<*Item*>

Propria manu quod scribo, beatitudini tuae scribo. Sentiant heretici inimicum te esse perfidiei et oderint, ut a catholicis plus ameris, et executor atque conpletor sis sententiae praecessorum tuorum nec patiaris in episcopali nomine hereticorum patronos atque consortes.

154 AD DONATVM

Domno sancto et multum suscipiendo Donato Hieronymus.

1. Scriptum est: *Multa flagella peccatorum,* quae nos et merito sustinuisse et sustinere testamur, dummodo proficiant in futuram salutem. Hereticorum autem pectora non posse purgari ego testis sum, cui decretum est numquam paenitentiae eorum credere. Ad hoc enim simulant caritatem, ut, quos per inimicitias occidere non potuerunt, per fictas amicitias interficiant. Pectora eorum plena sunt uenenis et—secundum quod optime locutus es «nec Aethiops mutare pellem nec pardus uarietates suas». Tamen credimus in Christi misericordiam, quod domnus

que mi santo y venerable señor, el obispo Bonifacio, los arrancará de raíz con el espíritu, y es bien le perdonemos que, en sus comienzos, les ofrezca la caridad y se esfuerce en salvar, por su clemencia y mansedumbre, a quienes, sin embargo, no han de sanar jamás. Voy a decir con franqueza lo que siento: En estos herejes hay que poner por obra aquello de David: *Por la mañana mataba a todos los pecadores de la tierra* (Ps 100,8). Hay que exterminarlos, hay que matarlos espiritualmente o, más bien, hay que cortar la cabeza con la espada de Cristo a quienes con emplastos y blandas curas no han de recobrar jamás la sanidad.

2. La dormición de la santa y venerable señora Eustoquia nos ha contristado profundamente. Es bien sepáis que ha rendido su espíritu en el ardor mismo de la confesión de la fe y que prefirió perder la hacienda familiar, abandonar su casa y sufrir un honroso destierro, antes que mancillarse con la comunión de los herejes.

3. Ruégote saludes de mi parte a mi santo hijo Mercator, y avísale que muestre el ardor de su fe y deteste a los que están manchados de alguna sospecha de herejía pelagiana. Suplícote señaladamente me encomiendes a mis santos hijos Marco, Jenaro, Primo, Restituta y Trajano, compañeros todos de armas en el Señor. La perdición ajena fue para ellos ocasión de salud. En cuanto a mí, consumido de tristeza y larga edad, quebrantado por añadidura de frecuentes achaques, apenas si he podido echar estas pocas palabras por la boca.

meus sanctus et uenerabilis episcopus Bonifatius eradicet eos spiritu Christi, cui debemus ignoscere, si in principiis suis offert caritatem et per clementiam suam et mansuetudinem seruare conatur, qui tamen numquam curandi sunt. Vere dicam, quod sentio: in his hereticis illud exercendum est Dauiticum: *In matutinis interficiebam omnes peccatores terrae.* Delendi sunt, spiritaliter occidendi, immo Christo mucrone truncandi, qui non possunt per emplastra et blandas curationes recipere sanitatem.

2. Sanctae et uenerabilis domnae Eustochiae nos uehementer dormitio contristauit, quam in ipso confessionis ardore sciatis spiritum reddidisse, libentiusque habuit et rem familiarem et domum suam dimittere et honorata exilia sustinere, quam hereticorum conmunione maculari.

3. Sanctum filium meum Mercatorem ut meo obsequio salutes precor et moneas, ut ostendat ardorem fidei et detestetur eos, qui suspicione aliqua Pelagianae hereseos maculati sunt. Praecipueque obsecro, ut sanctos filios meos Marcum, Ianuarium, Primum, Restitutam, Traianum, omnes conmilitones in Domino, salutes, quorum aliena perditio fuit causa salutis. Ego autem et maerore et longa aetate confectus et frequentibus morbis fractus uix in haec pauca uerba prorupi.

INDICE EXEGETICO*

* Se incluyen en este índice los pasajes escriturísticos que son comentados por San Jerónimo con alguna detención. Los números romanos indican el volumen; los arábigos remiten a la página correspondiente.

INDICE DE MATERIAS *

* Los números romanos remiten al volumen; los arábigos indican la página correspondiente.

ACABÓSE DE IMPRIMIR ESTE SEGUNDO Y ÚLTIMO VOLUMEN DE LAS «CARTAS DE SAN JERÓNIMO», DE LA BIBLIOTECA DE AUTORES CRISTIANOS, EL DÍA 24 DE DICIEMBRE DE 1962, VIGILIA DE LA NATIVIDAD DE NUESTRO SEÑOR JESUCRISTO, EN LOS TALLERES DE LA EDITORIAL CATÓLICA, S. A., MATEO INURRIA, NÚMERO 15, MADRID

LAUS DEO VIRGINIQUE MATRI